greditur, templum spoliat, urbem diripit, multos
cives trucidat 1. Macc. 1.**

**Prædixit hoc Daniel cap. 11 his verbis: Ad tempus
præfixum iterum ingreditur Australē terram
(Ægyptum) nō tamen posterior expeditio simi
lis erit prior. Venient enim contra eum naves
Kittim (legati Romanorum) & consternabitur,
ac revertens indignabitur sancto foederi (templo
& urbi Ierusalē) & iurabit consilia cum desertori
bus sancti foederis.**

3805

*La. Emilius Paulus Roma triumphat de Rege Perse per
triduum, 28 29. & 30. Novemb. Eius triumphum
ita descripsit Plut. ut & inde triumphandi ratio peti
possit: & nihil uspiam legatur de triumphus simile.
Ductus est ante currum Rex Perseus una cum duo
bus filiis.*

166

Eodem.

Eodem anno L. Anicius Gallus Praetor Illyricum & Dalmatiam debellavit, & in provinciâ Romanam redegit, & post Paulum Aemilium aliquot diebus triumphavit. Gentio Illyriorum Rege cum fratre, conjugè & liberis ante currum ducto.

Rex Perses cum Alba in custodia decessisset: Senatus Rom. questorem misit, qui eum publica funere effere-
ret: ne reliquias regias jacere inhonoratas patere-
nt. Val. Maxim. l. 5. cap. 1. d. 1. Velleius mor-
tem Perses refert ad ann. V. C. 589. Alyadan. V.
C. 180

3806 Annus Graecorum 145. V. C. 587. 165

LXVII Historia hoc loco desinit. Reliqua pars historia
ex Epitome Flori & alijs auctoribus continuanda
est.

Andria Terentij acta.

IANNA HYRCANUS Dux ultimus de Domo
David manus sibi intulit metu Antiochi. Hic de-
fuit regnum stirpis Davidicae. Successerunt Mac-
cabeï. Ioseph. lib. 12. cap. 5.

MATATHIAS Sacerdos pater Maccabæorum re-
gnat an. 1. Hujus viri filiorumque ejus pietate,
virtute ac fortitudine insanes conatus Antio-
chi Epiphanis adversus Iudæos repressi, & divini-
tus infanti cultus suæ puritati & integritati re-
stituti sunt.

Idolum Jovis Olympij collocatur Hierosolymis in
templo, die 15. mens 9. anno Graecorum 145 die
25. in ara nova sacrificant Idolis. 1 Macc. 1. Est
annus à dedicato templo secundo 350. Tot an-
nis distant hujus templi dedicatio, & ejusdem
profanatio.

3807 Iudzi Sabbatho pugnare incipiunt. 164

MATATHIAS pater Iudæ Maccabæi moritur an
Graecorum 146. 1 Maccab. 2.

IUDAS MACCABÆUS Primus Asmonæorum,
Dux Iudæorum an. 6. 1. Macc. 2

- Iudas Maccabæus profligat exercitum Appollonij
eius occisi gladio posthac in prælijs usus est: Fun-
duntur & Seronis præfecti Syriaci copiarum parva
que manu trucidantur octingenti hostes. 1. Mac-
cab 3
- Hæ primæ victoriæ clarum ubique fecerunt nomen
Maccabæi.
- Templum ante annos 167 extructum in monte Ga-
rizim, dedicatur appellatione Iovis Cretenfis.
Ioseph.
- Hecyra Terentij acta V C 588.*
- 3808 Olympias 154. V. C. 589. Annus Græcorum 147 163
XLIII. HEBDOMAS DANIELIS inci-
pit, id est, 295. annus hebdomadum.
- Antiochus expeditione suscipit in Persidæ, & Gor-
giam mittit ad devastandam Iudæam, cum quo
feliciter præliatur Iudas Maccabæus, & trucidat
3000. hostium. 1. Macc. 4
- 3809 ENCOENIA, id est, festum repurgati templi 162
die 25 mensis 9 celebrari cœptum à Iuda Mac-
cabæo anno Græcorum 148. 1. Maccab 4. Hinc
ad templum à Pompeio profanatum 100
Iudas Maccabæus fundit exercitum Lysia. 1. Mac-
cab. 4.
- Rex Ptolemæus à minoris fratre regno spoliatus, petendi
auxilij gratia Romanum venit. Val. M. 5.*
- Heautontimorumenos Terentij acta. V. C. 590.*
- 3810 V. C. 591. Græcorum 149. 161
Iudas Maccabæus debellavit & devicit Idumæos, Am-
monitas, Tyrios, item Timotheum, in cuius ex-
ercitu perire ad 8000. 1. Maccab. 5.
- ANTIOCHUS EPIPHANES perit. 1. Macc. 6
- ANTIOCHUS EUPATOR Antiochi E-
piphanis filius IX. Rex Syria. an. 2.
- Annus Græcorum 150. Sabbatarius. V. C. 592.*
- 3811 ELEAZAR Iudæ Maccabæi frater, confossi à se c 160
elephanti lapsu oppressus perit. 1. Macc. 6.

Purchase full membership to immediately unlock this page

DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'
Full Membership gives
access to 797,885 ancient
and modern, fiction and
non-fiction books.

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



- 3815 **XLIV. HEBDOMAS DANIELIS** incipit, 156
hoc est, 302. annus hebdomadum.
Asilius Arator fit Imperator. *Valer. Max. 4*
cap 4.
- 3816 **Olympias 156 V. C 597. Græcorum 155. A morte Ro** 155
muli 560. Hinc ad natalem Julij Cesaris 56.
Bacchides cum Ionathapacem componit, & Iudæa
à bellis aliquantisper quiescit. 1. Macc. 9.
- 3817 **P. Cornel Scipio Nasica Cos. Dolminis Dalmatarum** 154
urbem expugnavit
- 3819 **V. C. 600. Cons. primum Calend Ianuarij cœpe-** 152
runt inire magistratum. Cassiod. Florus.
Bellum Cælibericum annis 20. gestum: & Numantia
excidio finitum est.
- 3821 **Annus Græcorum 160.** 150
Ionathas donatus summo Sacerdotio, ab Alexandro
noovo rege Syriæ, induit stolam sanctam mense 7.
die Scenopægiorum. Tenuit Pontificatum an.
10. 1. Macc 10
Corduba in Hispania condita à M. Claudio Marcello.
Strab. 3.
- 3822 **XLV. HEBDOMAS DANIELIS** 149
incipit, id est, 309. annus hebdomadum.
Hoc anno Cicero fingit Catonem Majorem habuisse ser-
monem de senectute, quem annis ab hinc 106. peculiaris-
ri scripto complexus est.
DEMETRIUS Syria Rex in prælio adversus A-
lexandrum occumbit. 1. Mac. 10.
ALEXANDER XI. Rex Syria annis 5. aut 6.
incoatis.
- 3823 **V. C. 604. Tertium bellum Punicum, quadrien-** 148
nio gestum à Romanis adversus Carthagenenses,
& Carthaginis excidio finitum est. De quo Ap-
pianus Alexandrinus & alij. Hinc ad bellum civile
Julij & Pompeij 100. Plinius & Censorinus refe-
runt hoc bellum ad an. V. C. 605. secundum Varro-
nem: Solinus verò ad 604. secundum Dionysium.
Cato

Cato major mor. etat. 85. Cic. Plin. alij 84.

Nuptia Alexandri regis Syriae & Cleopatra, quibus interest Ionathas summus Pontifex, & honore summo afficitur. 1. Macc. 10.

3824 Olymp. 158. V. C. 605. *Annus Gracorum 163.* 147

Bellum Macedonicum III. adversus Pseudophilippum, alias Andriscum, qui Philippi nomine sumpto se Persei Regis Macedoniae filium esse mentitus fuerat, gestum: quo victus est à Q. Caecilio Metello: is ab hac victoria Macedonici nomen sortitus est. Vell. Flor. Oros Eutrop

Masinissa Numidae rex, Rom. populi amicus decessit. Scipio inter filios Masinissa regnum divisit. Val. lib. 5. cap. 2.

3825 *Primus Consulatus Scipionis Africani Minoris, de quo dictum est: Dormiant hodie leges.* 146

Bellum Achaicum gestum contra Achaeos & Corinthios.

3826 V. C. 607. *Finis tertij belli Panici.* 145

CARTHAGO urbis Romanae aemula deleta à Scipione & Emiliano: quinde Africani cognomen tulit.

Historiam everse Carthagini Orosius lib. 4. cap. 23. his verbis describit: Cum sex continuis diebus noctibusque pugnatum esset, ultima Carthagenenses desperatione ad ditionem traxerunt petentes, ut quos belli clades reliquos fecit, saltem servire liceat. Primum agmen mulierum satis miserabile, virorum post magis acforme descendit. Nam fuisse mulierum viginti quinque milia: virorum triginta milia, memoria traditum est. Rex Asdrubal se ultro dedit. Transfuga qui Esculapy templum occupaverant, voluntario precipitio dati, igne consumpti sunt. Vxor Asarubalis se duosque filios secum viri dolore, & furore foemineo in medium jecit incendium eundem nunc meritis exitum faciens novissima regina Carthagini, quem quondam prima fecisset ipsa autem civitas 17 diebus continuis arsit, miserumque spectatum de varietate condationis

conditionis humana victoribus suis prebuit. Val. M.

lib. 3. cap. 2. d. 8. Vide etiam Appian, Alexandrinū.

Hic finis fuit tertij belli Punicij, cum à primo bello Punico suscepto exacte essent huc usque anni 119.

CORINTHUS Achaia caput capta & excisa à L. Mummiō Cos. qui inde Achaici cognomen sumpsit. Appian. Lybic.

P. Cornel. Scipio Africanus minor Romae triumphat de Pœnis & Asdrubale. Distat hic triumphus Scipionis Africani Minoris à triumpho Scipionis Africani Majoris an. 55.

Q. Metellus Macedoniam in provinciam Rom. redegit, deq; ea triumphavit, & Macedonici nomen accepit.

Polybius historicus & Panæus Philosophus florent.

Appollonius dux exercitus Demetrii victus à Ionatha. 1. Macc. 10.

3827 Cleopatra erepta Alexandro socero Ptolemao Philometore, & tradita Demetrio, Demetrii superioris filio. 144

ALEXANDER Syria rex occiditur.

PTOLEMÆVS PHILOMETOR Egypti rex triduo post moritur. 1. Macc 11. Justin. 35. Florus 52.

L. Mummius Achaicus triumphavit de Achaia & Corinthis.

3828 Olymp. 159. V.C. 609. Annus Græcorum 167. 143

DEMETRIUS NICANOR XII Syria rex an. 8. incoatis, connumerato triennio Tryphonis.

PTOLEMÆVS EVERGETES I. Lagidarum, VII Egypti Rex. an. 29.

3829 Annus Græcorum 168. 142

XLVI. HEBDOMAS DANIELIS, idest, 316. annus hebdomadum incipit.

3830 Annus Græcorum 169. A reperio libro legis 500. à morte Davidis 900. 141

Ionathas cum Romanis & Spartanis fœdus renovat per legatos. Iona-

C H R O N O L O G .

79

Ionathas frater Iudę Maccabę occisus infidis Tri-
phonis cum duobus filis. 2. Macc. 12.

Secundus liber Maccabęorum cap. 1. recitat Episto-
lam scriptam hoc anno Gręcorum 169.

*M. Antonius Orator Ciceronis encomiis clarus nasci-
tur, trecentio ante L. Crassum Oratorem.*

3831

Annus Gręcorum 170. à regno Salomonis 900.

140

Simon Dux Maccabęus regnat an. 8.

Iudęi excutiunt jugum gentium. 1. Macc. 13.

3832

Simon arcem Sion ejecto hostiũ przsidio occupat, 139
illudque solenni ritu expiat, ingenti omniũ læti-
cia, mensis secundi die 23. quem & quotannis fe-
stivo gaudio celebrari præcepit. 1. Macc. 13. Hinc
ad coronationem Herodis factam Romę 100.

*L. Crassus Orator, cuius Cicero tantum laude mem-
bit, nascitur. Cic in Bruto.*

*Bellum Numantinum V. C. 613 à morte Ascanij filij
Æneę 1000*

3833

Simon fœdus cum Romanis renovat 1. Macc. 14.

138

TRYPHON interfecto Antiocho Theo (cuius tu-
tor erat.) regnat an. 3. 1. Macc. 13. Joseph

Rex Demetrius in Mediã ad auxilia contrahenda pro-
fectus, ut Tryphoni bellum inferret. ab Arsace rege
Persiæ ac Mediæ captus in custodiam traditus est. 1.
Macc. 14. Iustin. 36.

3835

Legati Simonis Roma redeunt. 1. Macc. 15.

136

ANTIOCHUS SEDETES cum Simone fœ-
dus facit. 1. Macc. 15 Hinc aliqui numerant 9. an-
nos regni Antiochi.

A monarchia Cyri & reditu primo Iudęorum ex Ba-
bylone an. 400. compl.

*Hoc anno à quatuor millibus Numantinorũ victa sunt
30 millia Romanorum Flor 55. Val Max.*

3836

Olymp. 161 V. C. 617. Annus Gręcorum 175.

135

XLVII. HEBDOMAS DANIELIS inci-
pit hoc est, 323. annus hebdomadum.

Tryphon occisus. Ab hujus necē **ANTIOCHVS SE-
DETES**

- DETES XII** Rex Syriae solum regnat. 1. Macc. 15. Joseph. 18
- 3837 **Bellus** servile primus: cum servi in Sicilia adversus Romanos iam auxilium sumpserant, & Praetores aliquos superasset. 134
- 3838 **Simon Maccabaeus** à Ptolemaeo genero suo nefarie interceptus in convivio, anno Graecorum 177. mense undecimo. 1 Macc. 16.
- Definit 1. Liber Maccabaeorum.
- Secundus Consulatus Scipionis Africani Minoris.
- 3839 **Annus Graecorum 178. Sabbatarius V. C. 620.** 132
- Numantia excisa** à P. Scipione.
- Numantini** tanta fame laborarunt: ut jumentis omnibus & herbis consumptis tora & pelles scuis detraetas comederint. Tandem ipsi cives, ne in manus victoris venirent, invicem sese trucidarunt, ignique subjecto & sese & Urbem perdidit. Vide etiam Val. Max 17 c. 6. d. 3
- Tib Gracchus** Tribun. pleb. qui ad popularem aequam captandam legem de agrorum divisione tulit, & Cn. Octavio Collegem magistratum abrogaverat, ab optimatibus auctore P. Cornel Nasica in Capitolio occisus, & una cum alio in eadem seditione trucidatis insepultus in flumen projectus est. Hoc fuit initium in urbe Roma sanguinis civilis. Inde jus viobrutum: potentiorque habitus prior. Vide Appianum belli civil. lib. 1. Item Valer. Max. lib. 3. cap. 2 d. 17.
- ATTALUS** Rex Asiae moriens populum Romanum regni sui heredem constituit.
- Iohannes Hircanus** filius Simonis, Iudaeorum Dux & Pontifex an. 31 Joseph.
- 3840 **Olymp. 162 V. C. 621** 131
- P. Corn. Scipio Africanus** de Numantia triumphavit, an 14. post, quam de Carthagine triumphum egerat Cic. Art. lib. 13. Florus.
- Antiochus** Sedes Iudaeam devastat, & Hierosolyma in obside ne

obsidione cingit, quam solvit exacto festo tabernaculorum.

Hircanus aperto Davidis sepulcro reperit pecuniam, cuius pensione placatum dimittit Antiochum. Ioseph.

Est annus à morte Davidis 910. ab eius natali 980. id est, bis 490. à dedicato tēplo Salomonis 900. Hinc ad excidium Hierosolymor 201.

3841 *Bellum Asiaticum gestum à Romanis cum Aristonico, 130*
qui Attalo Regem mortuo Asiam occupaverat. Cic.
Phil. 11.

Hircanus cum Romanis foedus renovat. Ioseph. lib. 14. cap. 17.

3842 *Aristonicus à M. Perpenna Cos. victus, Roma jussu 129*
Senatus in carcere strangulatus est. Val. Max.

3843 **XLVIII HEBDOMAS DANIELIS** 128
incipit, id est, 330. annus hebdomadum.

V. C. 624. Scipio Africanus Minor, qui duas urbes Rem imperio infestissimas, Carthaginens & Numantiam delevis, moritur aetat. 56. Cic. à regno Beli 2000.

Laelius sermonem habet de amicitia, quem Cicero post annos 85. in literas retulit.

Carneades Philosophus moritur quo tempore eclipsis Lunae conspecta est, teste Laertio. Hanc Crusius refert ad diem 5 Novembris.

Ptolemaeus expulsus à Egypto.

DE METRIUS Syria rex an. 4. completis.

3844 *Olymp 163. V. C. 625.* 127

Templum in monte Garizim ab Hircano eversum.

3847 **Bellum Allobrogicum cepit: quo primùm Rom.** 124
cum Gallis trans Alpes dimicârunt.

3848 **ANTIOCHUS GRYPHUS** Rex Syria an. 123
12 (circiter) Euseb.

3849 *V. C. 630. Clima est Graecorum annus 188.* 122

Hujus anni meminit 2 liber Maccab. cap. 1.

ALEXANDER Rex Iudeorum nascitur.

- Carthago instaurata an. 22. post, quam excisa fuerat.*
Oros. Eutrop.
Bellum Balearicum.
C. Sextus Procos victa Saluatorum gente Coloniã Aquas Sextias condidit, ob aquarum copiam, & calidos ac frigidos fontes à nomine suo appellavit.
- 3850 **IVBILÆVS MVNDI, 77. Mosis 27.** 121
XLIX. HEBDOMAS DANIELIS incipit,
id est, 337. annus hebdomadum.
 Circa hæc tempora ortæ sunt Sectæ Phariseorum, Sadduceorum & Essæorum, quæ puriori doctrinæ magnam caliginem ac tenebras effuderunt
- 3851 *C. Sempronius Gracchus occisus, (post interfectum fratrem Tib. Gracchum an 12.) cum per biennium tribuen. pleb. Rempub seduciosis legibus perturbasset: & hæc cades fuit initium bellorum civilium. Velleius.* 120
- 3852 *Olymp. 165. V. C. 633. Annus 400. templi secundi.* 119
- 3854 *Hircanus Samariam solo requavit Euf. Ioseph.*
Cretenses obsidione Q. Cecilij Metelli ad ultimam usq, penuriam compulsi, sua iumentorumq, suorum vitium suum torserunt, verius quam sustentarunt. & dum vincunt, id passi sunt, quod eos ne victor quidem pati coegisset. Valer. Max. lib. 7 cap. 6. 117
- 3856 **PTOLEMÆVS LATHYRVS** aliàs Soter & Physcon VIII Ægypti rex an 15 Hic 30000 Indæorum occidit, & reliquos occisorum carnibus vesci coegit, anno 491. à principio captivitatis Babylonica. 115
- M. Terentius Varro Philosophus & Poeta nascitur Euseb.*
- 3857 **L. HEBDOMAS DANIELIS id est, 344.** 114
 annus hebdomadum: qui est annus 532 à principio Ieremię.
Q. Cecilius Metellus Macedonicus moritur: qui tres vidit filios Coss. è quibus unum etiam & Censorem & triumphantem, quartum autem prætorem, eosque salvos

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



panie, C. Attilio Serrano, & Q Servilio Cepione *Coff.* 3. *Ian.* anno V. C. 641. propè completo. Marcus pronomē, Tullius nomen est & gentile. Ciceronis à Cicere factum est cognomen: cuius figura tuberculum habuisse in nasi extremitate dicitur, qui primus hoc familie cognomen intulit. *Plur. Cic. Mater Ciceronis fuit Helvia.*

POMPEIUS MAGNUS nasc. 30. Septembr *Septennio ante Iulium Cæs. Plin. Vellejus. Cicer.*

JUGURTHA capitur à C Mario (ut colligitur ex *Salustio*) & bellum in Numidia finitur.

3867 **Manlius Cof & Q Capio Procos.** adversus *Cimbros* in felici pugnarunt, caesis 80. millibus Romanorum, 6. Octob *Capioni imperium abrogatum est, ejusque bona publicata. Oros Cic. Liv.* 104

3868 **C. Marius II. Cof de Jugurtha triumphat.** *Calend. 103 Januar.*

Aquilam Romanis legionibus in secundo Consulatu suo C. Marius propriè dicavit. *Plin. lib. 10. c. 4.* Hinc ad ingressum Aquilæ Romanæ in terram sanctam anni 170.

3869 **Iohannes Hyrcanus** moritur & princeps *Judæorum* & summus pontifex & propheta. cum quo Deus ita colloquebatur, ut etiam futura ignoraret. *Ioseph.* 102

3870 **Aristobulus** rex *Judæorum* an. 1. Hic post captivitatem *Babylonicam* primus sibi diadema imposuit, & principatum in Regno dignitatem commutavit. *Ioseph.* A morte *Salomonis* 900. à regno *Davidis* 980 Hinc ad regnum *Herodis* in *Jerusalem* 65. ad conceptum *Christum* 100

M. Antonius Orator in *Ciliciam* procos. proficiscens *Athenas* venit, ubi dies complures propter navigandi difficultatem commemoratus est. *Cic. 1. de Orat. Triennio post factus est Cof.*

*Tentones ad Aquas Sextias à Mario victi amplius
150. millibus hostium priore ac postero die trucidatis.
Sirab. 4. Orof. 5.*

Archias Poeta Romam venit. Cic.

371

LII HEBDOMAS DANIELIS id 100
est, 158. annus hebdomadam incipit.

ALEXANDER Iudzorum rex ann. 27. inchoa-
tis .

*Aquillus adversus fugitivos in Siciliam missus, bellum
Servile, Athenione duce interfecto, confecit. Diod
lib 36.*

Cimbri ad Athesin fluvium victi à Mario.

*C. Marius cum non multo ante Tentonum exercitum
numerofissimum trucidasset, 29 Iuly alterum exer-
citum Cimbricum ingenti pugna vicit & delevit. In-
terfecti sunt 120000. homines: capti 60000. Post ac-
ceptam cladem matres jugularunt, liberos suos: viri
fugientes ex acie, sibi ipsis intulerunt manus. Multi
cum deessent arbores, ex quibus suspenderentur, cor-
nibus boum collis se alligaverunt, à quibus cum præ-
cipites traherentur, sunt strangulati. Conspicitur est
in castris infelix mater, qua de alto currus se suspen-
derat, cui ex utroque pede parvi nati mortui pendi-
bant. Plut.*

PTOLEMÆUS LATHYRUS à matre
*Cleopatra regno expellitur. In Ægypto regnant
PTOLEMÆUS ALEXANDER &
CLEOPATRA an 12. aly 10. Hinc ad captam
Ægyptum ab Augusto 70.*

3872

Olymp. 170. V. C. 653.

99

PTOLEMÆUS ALEXANDER in
Ægypto regnat an. 10. Euseb

*C. JULIUS CÆSAR nascitur, post natum
Ciceronem septennio, C. Mario VI L Val. Flac-
co Coss. die 12 Iul. (que mensis post eius mortem lege
Antonia Iulius est ea de causa dictus Macrobi. 1 Sa-
tur. cap 12.) patre C. Iulio Cesare viro Prætorio ma-*

tre Aurelia C. Aurely Cotta filia apud quam puer educatus est. Cognominis rationem alij aliam tradunt quidam quod qui primus Iuliorum sic dictus est, casu matris utero natus sit: alij ab elephanto caso: alij à casis oculis, vel casarie. Sed de elephanto, qui Caesar Punicæ lingua diceretur, sententia multis est visa probabilior: cum quod matris utero casos Romani proprio vocabulo casones dixerint: tum quod inter Caesaris numos non pauci spectentur cum nota Elephanti: interq; ceteros unus Punicis literis circa Elephantum inscriptus: ut merito videri possit Caesar, ea ratione sua familie cognominis originem publicare voluisse præsertim nullo evidente alienius rei gestæ argumento, quare Elephantum in numis suis signavit. Hac Goltzius. De Caesarum familia Suet Fuit, inquit, in gente Julia & Caesarum familia quo cognomine primum usum tradunt Sext. Julium Casarem, qui anno belli Punicæ sec. undecimo M. Claudio Marcello T. Quintio Crispino Coss (V.C 545) Siciliam provinciam Præ obtinuit, ab hoc in universam familiam cognomen defluxisse. Sylla de Casare adhuc puero dixit, ei multos inesse Marios, futurumque eum aliquando optimatum sectæ exitio.

Est annus à morte Cyri 430. nato Alexandro M. 256. eius Monarchia 230 eius morte 224 nato Romulo 670. eius morte 616. Hinc ad bellum civile Julij & Pompey 51 Paria sunt spacia à regno Cyri ad Monarchiam Alexandri M. & inde ad Julij Cas. natalem, utrinque 230. A nato Cicer. & Pompejo 7.

L. Appuleius Saturninus & C. Servilius Glaucia ob motam seditionem à C. Mario Cos. interfecti Cic pro Rabir & in Bruto.

SVETONII historia incipit.

3874 Mathan avus Mariæ virginis nascitur, juxta Sylo 97
ruin traditionem, anno patris L. VI 40 Annus
Verb.

Purchase full membership to immediately unlock this page

DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'
Full Membership gives
access to 797,885 ancient
and modern, fiction and
non-fiction books.

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



3883 **PTOLEMÆVS LATHYRVS** in Ægypt. 88

iterum regnare incipit an 8.

Cicero atq. 18. operam dat studio Iuris Civilis: & Tyro est in exercitu Cn. Pompey

L. Portius Cato, Cos. in pugna cecidit. Cn. Pompejus Cos. Asculum cepit, & Vestinos atque Pelignos ad deditiōem coegit. Idem de Asculanis triumphavit. Appian. & aly. Ab hoc triumpho patris Pompey ad triumphum filij Pompey Magni anni 28. ad primū eius Consulatum 19. ad secundum 34. ad tertium 37 ad mortem eius 41.

Velleius. Tam varia atque atroc fortuna Italici belli fuit, ut per biennium continuo duo Romani Coss. Rutilius & deinde Cato ab hostibus occiderentur.

3884 **Olymp. 173 V. C. 665**

87

Primum civile bellum inter Syllam & Marium: inde dictum Marianum. Hinc ad civile bellum Iulij & Pompey 40.

Primus Sylla Consulatus.

Bellum Mithridaticum.

Mithridates Asia in potestatem redacta omnes ciues Romanos in omnibus Asia civitatibus uno die, unoq. nuncio interficiendos curavit Q. Oppium Procos et M. Aquilium Legatum captos necavit. Huius miserandæ cadis Romanorum civium meminit Cic. pro Manil. & pro Flacco. Vide Appian. in Mithridaticis & Val. Maxim. lib. 9. cap. 2. d. 3. Oros. lib. 5. cap. 19. Eutrop. lib. 5.

Q. Mutius Augur Ciceroni exposuit sermonem de Amicitia habitum à Lelio ante ann. 41.

3885 **LIV. HEBDOMAS DANIELIS**, id est, 86

372. annus hebdomadam incipit. V. C. 666

Cinna & Marius haud incruentis utriusq. certaminib. editis, Romam occupaverunt.

Tres Oratores crudelissimè interfecti: M. Antonius Triumvir avus, Q. Catulus, & C. Julius. Cic. Bruto. Hinc ad mortem Ciceronis 44.

Circa

Circa hunc annum Cicero (etate 20.) edidit Commentarios de Inventione. Moloni uero Rhodis Romam dedit operam.

Catullus Poeta nascitur.

Post hunc annum, triennium ferè urbem sine armis fuisse, Cicero in Bruto ait.

3886 V. C. 667. *Crispus Salustius Historicus nascitur.* 85

Marius Sext. Licinium Senatorem de saxo deici iussit: edisq; multis sceleribus Idib. Ian. decessit. Vir cuius si examinentur cum virtutibus uita, haud facile sit dictu, utrum bello melior an pace perniciosior fuerit: adeo quam Remp. armatus seruauit, eam primo rogatus omni genere fraudis, postremo armis evertit. Epit. Flori lib. 80.

Sylla interim cum Mithridatis prefectis circa Athenas Bœotiamq; & Macedoniam ita dimicauit: ut Athenas reciperet. Uell.

3887 Incipiunt 84. anni Hannæ prophetisæ Luc. 2. Medium inter captã ab Antiocho Hierosolymam, & inter natalem Iesu Christi. Utrunque distantia annorum 84. 84

Ilium captum à Sylla anno 1100. ab excidio Troja: in cluso anno 2788. Appianus in Mithridaticis.

3888 Olymp. 174. V. C. 669. 83

Cinna lapidibus occisus à suo exercitu. Hoc anno Verres fuit Questor in Sicilia in quem Cicero Verrinas scripsit post annos 14.

Cum mutuis fratrum odiis & bellis regnum Syria consumptum esset, populus Syria ad auxilia externa confugiens, peregrinos sibi reges circumspicere cepit. Tigranes itaq; accitus regno Syria per 18. annos potitus est. Justin 40.

3889 Bellum civile Syllanum. 82

Sylla cum exercitu ingressus in Italiam, crudeliter sauit in ciues Romanos Plus.

Capitolium Roma consummavit 6. Iulij. Salustius. Plutarch.

- Scipio fluctibus reipub. expulsus, Massilia postea in exilio vixit. Cis. pro Sest.
- 3890 V. C. 671. 81
Sylla Dictator creatus circa huius anni exitum interfecit Coss. Mario Juniore, & Papyrio Carbone: & felicem se appellari voluit. Eius honoris usurpatio (ut scribunt Velleius & Plutarchus) per annos 120. intermissa fuerat.
- Obsequens scribit centena millia hominum Italico, civilique bello consumpta.
- 3891 Annus 1000. à morte Saulis & regno Davidis. 80
Pompeius (ætat. 25.) triumphavit de Hiarda Numidarum Rege, & à Sylla Dictatore Magnus appellatus est. Hic primus eques Romanus triumphasse legitur. Hinc ad alterum triumphum an. 20.
- Cicero primam causam privatam pro Quintio dixit ætat. 26. V. C. 672.
- PTOLEMÆUS AULETES** aliàs Dionysius, id est, Ægypti rex annos 30. aly 31.
- 3892 Olymp. 175. Cyclus Sol. 139. V. C. 673. 79
L. V. HEBDOMAS DANIELIS incipit, id est, 379. annus hebdomadum.
- Oratio Ciceronis pro Sexto Roscio ætat. 27. Gell. Cicer. Brut. Quintil.
- Mirylena in Asia expugnata à Romanis & Julius Cæsar corona civica donatus est ætat. 20 Sueton. Liv Epitom. lib. 89.
- Captus est bellum Sertorianum in Hispania. Flor. Val. Maxim.
- 3893 Huius anni estate Cicero (ætat. 28) hortatu amicorum in Asiam profectus est. 78
Sylla se abdicavit Dictatura, quam in perpetuum ceperat, & dimisso à se presidio pub. palam in foro dixit, se omnium à se gestarum rerum paratum esse reddere rationem. Appian Plut.
- 3894 Sylla animi concitatione nimia atque immoderato voce impetu convulso pectore spiritum crnore ac misera summa 77

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



ALEXANDRA Regina Iudeorum ann. 9. Est annus 1000 à regno Davidis in Ierusalem. Post tot itaque annos regnum Davidis recidit in foeminam. Hæc Regina evexit Phariseos, eorumq; potentiam auxit. Paria sunt spacia à Creatione ad natalem Abrahamæ: & à nato Abraham ad hunc annum: utrinque 1949. & bis 1949. sunt 3898.

Hircanus loco patris defuncti cõstituitur summus Sacerdos.

*Nicomedes Bythinæ rex moritur, populum Rom relin-
quens regni heredem. Eutrop. Flor. Cic. pro Planc.*

3899 **LVI. HEBDOMAS DANIELIS**, id est, 72
annus 386. V. C. 680.

*Hinc incipit L. Lucullus imperium, quod duravit septen-
nio.*

*L. Lucullus, qui anno superiore contra Mithridatem
profectus fuerat, ad Cyzicum urbem exercitum e-
jus fame ferroq; deleuit. Liv. lib 95.*

*Bellum Servile sive Gladiatorium duce Spartaco in Ita-
lia excitatum. Item Sertorius interfectus. Sigo-
nius*

3900 **IVBILÆVS MVNDI 78** *Mosis 28.* 72
Olymp. 177. V. C. 681. Ciceronis 35.

*Lucullus Mithridatem persecutus, Pontum Romanis
legionibus patefecit, qui antea populo Romano clau-
sus erat. Cic.*

**Seculum Simeonis, Annæ prophetissæ, Zachariæ,
Elizabethæ, &c. penes quos hoc tempore inter
tot Sectas Iudeorum, fuit veræ doctrinæ custo-
dia.**

3901 **Bellum Servile confectum à Praetore M. Crasso:** cum 70
fusses extractum in annum tertium. App.

*Pompejus iterum triumphavit ult. Decembris, postri-
die Consulatum iniurus.*

*Mithridates metu Luculli ex Ponto adventantis ad Ti-
granem regem Armenia profugit. Flor Eutrop.*

Circa hunc annum natus est Herodes Ioseph

Primus

- 3902 *Primus Pompeij Consulatus.* 69
Verrinae actiones Cic. atq. 37.
Vergilius Poeta nasc. 15. Octob. in pago, cui Andes dicuntur, haud procul à Mantua, à nato Romulo 700. Socrate. 400. à morte Ennii 100.
- 3903 *DIONIS Cassij Nicaei historia Romanae incipit.* 68
Tigranes victus à Lucullo: Tigranocerta urbs capta à Lucullo prid. non. Octob. Dio. Plutarch.
Cicero Aedilis Curulis aet. 38.
Capitolium denuo instauratum dedicatur.
Aristobulus parat bellum adversus patrē & fratrem Alexandrum regnantem in Iudaea. Ioseph.
- 3904 *Olympias 178 V. C. 685.* 67
Bellum Creticum à Romanis gestum adversus Creteuses.
Tigranes & Mithridates iterum victi à Lucullo. Nisibus urbs capta.
- 3905 *Bellum Piraticum à Pompejo media estate confectum,* 66
Cic. Dio.
Insula Creta subacta, & bellum Creticum finitum est.
- 3906 *Lucullus Romam revocatur Successit Pompejus, qui* 65
nocturno praelio Mithridatem in Armenia minore vicit, castra diripuit, & 40. nulla ex ipsius exercitu cecidit. Dio. Eutrop.
Manilius ut Pompeij gratiam colligeret, legem (quae postea Manilia dicta est) promulgavit, ut Pompejo bellum Mithridaticum, quod Lucullus jam annis 7. gesserat, committeretur
Lucullus in Galatia occurrens Pompejo, suavit ut recederet, quod bellum confectum esse, atq. legatos jam diu expectari diceret. verum ille Pompejo id non persuasit.
Tigranes Armenia Rex urbem Artaxata & sese dedit Pompejo, qui ei Syriam ademisset, quam haecenus annis 18. tenuerat. regnum tamen Armenia ei restituit. hoc modo Syria in Romanorum potestatem pervenit, de quo Cicero pro Sexto Tigranem Pompeius, cum in suis castris supplicem abjectumque vidisset,

erexit

erexit, & insigne regium, quod ille de capite suo abje-
cerat, reposit, & imperatus ceteris reb regnare iussit:
aque pulcrum (ut scribit Val. Max.) esse iudicans,
& vincere reges & facere. Vide Flor. Epitome 100
Inst 40. Appian Syr Val. Max

Cicero Praetor fuit aetate 41. à primis Praetoribus 300 in
praetura Cal fan Orationes pro lege Manilia &
pro Cluentio habita.

ALEXANDRA regina Iudaeorum moritur aetate
73. cum praefuisset Iudaeis ferme novendium, an-
no 100. regni Maccabaeorum Ioseph Egesippus

ARISTOBULUS Rex & Pontifex Iudaeorum an.
3. mens. 3.

3907 Hyrcanus cohortante Antipatro patre Herodis fu- 64
git ad Arctam regem Arabum Ioseph.

Horatius Poeta nasc. 8. Decemb. V. C. 688.

3908 Olymp. 179. annus 496. Templi Secundi completus. V. 63
C. 689.

ARETAS rex Arabum invadit Iudaeam: Hieroso-
lymis obsidet Aristobulum Hyrcani fratrem. Ari-
stobulus Pompeium vite aurea aliisque muneri-
bus invitatum accersit in Iudaeam: ita fratrum dis-
sidia primum Romanos in Iudaeam attraxerunt
Pompeius Aristobulo regi subsidio mittit Scau-
rum cum exercitu Aretas ex Iudaea discedit. O-
mas vir sanctus, cum & obsessis & obsidentibus be-
ne precaretur, à Iudaeis interfectus est. Hinc ad-
belli Iudaeici initium, defectionemque Iudaeorum
à Romanis 130.

Prima Epistola Cic. lib. 1. ad Att. scripta: Cicero aetate
43. auctus est filiola Tulliam filiam C. Pisoni de-
spondit.

Cicero Consulatum petit, competitore Catilina, qui do-
lore repulsa, quam tum passus est, odisse cepit Cicero-
nem hominem novum inde exstitit Catilina con-
iuratio.

3909 V. C. 690. Pompeius Hierosolymam & templum 62
capit,

Purchase full membership to immediately unlock this page

DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'
Full Membership gives
access to 797,885 ancient
and modern, fiction and
non-fiction books.

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



Circa hæc tempora Iojakim, alias Eli, pater Mariæ virginis natus creditur eo anno, quo Iudæa Romanis tributaria facta, ac in provinciæ formam redacta est. Testabantur ista in propinquo esse tempus adventus Messiz.

Julius Cesar Roma fit summus Pontifex. Dio.

3910 *Caecilia perit oppressus armis à C. Antonio, qui collega Cic. in Consulatu fuerat. 61*

Clodius infidiatur pudicitia Pompeje, uxoris Iulij Cesaris, in templo Bonæ Deæ, die 30. Septembris cumq; accusaretur in iudicio, Cicero contra illum testimonium dixit. Qua re Cicero Clodij odium in se concitavit.

Orationes Cic pro Sylla & pro Archia Poeta habita.

3911 *Hoc anno Q Cicero, Marci frater, Asiã provinciam obtinuit eamq; administravit triennium. Videlib. 1. ad Att epist. 12. 60*

Syria à Pompejo Magno victa, leges Romanas accepit, & provinciarum Roman. numerum auxit. Triumphavit Põpejus tertium die 29. & 30. Sept pridie sui natalis, ex Syria, ex Asia, Ponto, Armenia, Paphlagonia, Cappadocia, Cilicia & Iudæis: item de regibus Mithridate & Tigrane. Aristobulum Regem Iudæorum ejusq; filium Antigonom in triumpho duxit. Hinc ad excidium Ierosolymæ & ad triumphũ Vespasiani de Iudæis 130.

Cicero etat 46. cum Clodio contendit in Senatu Idibus Maij.

3912 *Olymp. 180. V. C. 693. 59*

Diodorus Siculus, historica bibliotheca autor, perlustat Ægyptum, studio antiquitatis cognoscenda.

Conspiratio inter tres principes civitatis, Pompejum, Crassum & Casarem Epitom & aly.

3913 **LVIII. HEBDOMAS DANIELIS incipit 58**

Primus Consulatus Iulij Caf. etatis 41 Est ann. a regno Cys 500. à primis Coss. 450. Hinc ad mortem Iulij 15.

*Cesar hoc Consulatū, legem Agrariam diu multumque re-
pugnante Bibulo Collega, sed suffragantib. ubiq; & per o-
mnia Crasso & Pompeio, pertulit. Itaq; agri a Decemvi-
ro diuisi: addito etiam Campano agro, qui trium liberorū
& plurium patribus diuideretur.*

*Cesar Ciceroni & clam & palam iniquissimus, Clodium illi
inimicissimum fouit, Tribunatumq; ei confecit, ut perni-
ciam Ciceroni facilius machinaretur.*

*Eodem anno Cicero ad Q. Fratrem scripsit Epistolam illam
pulcherrimam, qua est prima libro 1. ad Q. Fratrem, in
qua fratris praescribit omnia prouincia bene administran-
da praecepta.*

TITVS LIVIVS historiographus nasc. Euseb.

Oratio pro Flacco aet. Ciceronis 48.

3914 *V. C. 695. Bellum Gallicum Transalpinum à Iulio Cesare
nouennio gestum.* 57

*Libri IV LII CÆSARIS de bello Gallico incipiunt, &
singuli libri singulorum annorum res gestas re-
-tant.*

Exilium Ciceronis aet. an. 49.

*Pub. Clodius Tribunus pl. diem Ciceroni dixit, quod conu-
ratos Catilina, homines nobiles indemnatos necasset in
carcere? Cicero nolens se obicere furori Tribuni-
tio, vrbe cecit. Bonaeus diripiuntur, domus incen-
ditur.*

3915 *Gabinus in Syriam prouinciam venit, inde in Iu-
dæam, ubi pralio vicit Alexandrum regem Iudæo-
rum, Aristobuli filium, peremptis 3000. Iudæo-
rum & totidem captis. Ioseph.*

P T O L E M Æ V S Ægypti Rex regno pulsus Romam venit,
petens reductionem in regnum.

*Roma in Senatu agi captum de reuocando Cicerone. Lex de
eo lata est 4. Augusti, quo & Dyrrachio profectus est. Po-
stridie venit Brundisium, ubi Tulliola praesto usi fuit die
suo natali. Urbem ingressus est 4 Septembr. maximo con-
gratulantium cuius plausu.*

Orationes Ciceronis post reditum ad Quirites: pro domo sua.

Catullus Poeta mor. atat. 30. Euseb.

Secundus liber belli Gallici huius anni res gestas recitat.

3916 *Epistola Ciceronis famil. 1. incipiunt.*

Hoc anno scripta est prima Epist. Cicer. 1. lib. famil. sicut & reliqua de reductione Ptolemæ regis Ægypti P. Lentulo decernenda. Anno V. C. 697. Ciceronis 51.

Oratio Cic. de prouinciis Consularibus dicta, item Haruspicum responsis.

Tertius annus belli Gallici, cuius res gestas habet Caesar lib. 3.

Gabinus Romam scribit de rebus à se in Palestina gestis: cui Senatus die 15 Maii supplicationem denegat. Cic. ad Q Fratrem lib. 2. epist. 5.

Circa hæc tempora Aristobulus Iudæorum rex, cum Antigono filio Roma profugit, & nouum in Iudæa bellum concitauit. Verum à Gabinio superatus mittitur Romam cum filio victus. Iosephus.

3917 *Hic est 4. annus belli Gallici, cuius res gestas vide apud Caesar. 54 lib. 4.*

IULIUS CAESAR *primus omnium ponte factò cum exercitu in Germanos mouens Rhenum transgreditur: Sed visa tantum Germania, post dies pauculos rebus infectis & rescisso ponte regreditur, metuens haud dubie, ne Germani discedentem insequerentur. Primus etiam Romanorum hoc anno in Britanniam traiecit, Romanis ante hac incognitam & inaccessam. Caf.*

De hac bellica expeditione Iulii Caesaris ita scribit Goltzius: Germani (inquit) qui Rhenum transierant, maxima strage edita, à Cesare vincuntur. Hoc bello confecto, Caesar quo se Germanis terribiliorem redderet, suisque illos rebus

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



rom agens. A sacris etiam templorum pecuniis non absti-
nuit.

Cicero pro Vatino, Scauro, item pro Plancio dixit.

Gabinus cui Crassus in Syria successerat, Romam noctu in-
trauit 28. Septemb. eum Cicero defendit.

Epistola 6. 7 8. 9 10. lib. 7. Fam. ad Trebat scripta. Item
epist. vlt. lib. 2. ad Q. Fratrem. In extremis mensibus hu-
ius anni Cicero omnes Epistolas lib. 3. ad Fratr. & postre-
mas lib. 4. ad Atticum, & longam ad Lentulum scri-
psit.

Iulius Caesar Britanniis subactus obsides imperavit, & vecti-
gal, quod Pop. Rom. singulis annis penderent, constituit.
Goltzius.

3919 V.C 700. Crassus templum Hierosolymis spoliat hu- 52
ius anni (inuentis) hieme decennio post, quam
Pompeius templum ingressus pecunias illas intactas reliquerat
Eiusdem anni ætate Crassus sacrilegi pœnas morte sua luit.

Crassus occisus à Partho vna cum vniuerso exercitu circa 9.
Iunii. Ouid 6. Fast Quidam referunt, inquit Dio, Par-
thos aurum liquefactum in os Crassi infudisse. verbum insu-
per insultantes. Casium in Syria administratione succedit
Crasso.

Roma per hoc tempus ita tumultuatum est, & iudiciis & co-
mittis per largitiones profusissimas corruptis: vt septimo
tandem mense anni non sine max. turbis Coss. creati sint.
Goltzius.

Cesar ponte eodem fere loco, eademq; ratione, qua prius, bre-
uissimo tempore constituto, Rhenum secundo traiecit.
Goltzius.

Sex prima epistola lib 2 fam. scripta. Item 11. & sequentes
lib. 7. fam.

3920 Annus à mundi creatione octies 490.

Olympias 182. V.C. 701.

LIX. HEBDOMAS DANIELIS

incipit. Estq; annus hebdomadam 407.

Pompeius III. Cos creatus est solus, quod nulli ante contigerat Hunc Consulatam Cicero vocat diuinum. Pompeius legem de Comitibus & iure magistratum tulit, quae omnes magistratum petidores comitibus interesse iuberet, absentium rationem haberi vetaret. Sanciuit quoque ut quicumque à primo suo Consulatu in illum diem magistratus gessissent, actorum rationes reddere cogerentur frementibus atque agerrime utrunq; hoc Pompeii decretum ferentibus Caesariano, quod priore quidem Caesar à secundo Consulatu petitione summoueretur, altero vero, acta Consulatibus eius, in disquisitionem vocarentur. Goltz. Inter alias leges etiam hoc sanxit, ut ad dicendum accusator 2. horas: reus tres haberet: eodemq; die illo res iudicaretur.

Milo interfecit Clodium 20 Ian.

Oratio pro Milone: at. Ciceronis 55.

Corpus Clodii comburitur, quae flamma conflagrat Curia.

V I I. & vltimus liber Cas de bello Gallico desinit.

3921 **Cicero Proconsul in Cilicia aetat. 56. Imperator appellatur 50 apud Issum.**

Nonus Oct. in Senatu recitatae sunt Ciceronis literae, quas publice de Parthico tumultu miserat. Epist. 1. lib. 15. fam.

Parthi Syriam armis hostiliter inuadentes à Cassio praefecto non magno negotio ex ea eiciuntur & repelluntur. Dio. Hic finis fuit belli Parthici, postquam durasset an 4.

Hirtius belli Gallici historiam continuat, lib. 8.

PTOLEMÆVS AVLETES X. Rex Ægypti moritur. Cic fam. lib 8. epist. 4.

CLEOPATRA in Ægypto regnat an. 22.

Cicero scripsit libros de Legibus.

Ad hunc annum pertinet 15. lib. Epist. Famil & lib. 2. epist.

7. 9. Item lib. 8. epist. 4. 9. 11. Item lib. 16. epist.

10.

3922 **Cicero (aetat 57.) ex prouincia decedit 30. Iulii. Athenas venit 14. Octobr.** 49

Huc pertinent Epistola Ciceronis lib. 16. fam. ad Eronem Libertum, qui è Cilicia in Italiam reuertens egrotare cepit in itinere.

Hortensius Orator & amicus Ciceronis moritur aet. 64. aequavit Ciceronem annu vita. Cicero è prouincia Cilicia decedens Rhodi cognouit de morte Hortensii. Cic. in Bruto.

Cesar nouem illis annis in Gallia trescentos, vel ut alii tradidere, quadringentos popp. subegit: oppida octoginta per vim cepit: praelio tricies dimicauit: Galliam denique totam Romanis subiectam in prouincia formam redegit.

Roma in Senatu diuersis de Pompeii & Caesaris imperio sententia diu variatum est. Curione potissimum pro Caesare strenue decertante. In cuius sententiam, censens verique imperium abrogandum, tandem longe maior Senatorum pars discessit, indignante C. Marcello Cos. altero, exclamanteq;: Vincite tandem, ut Dominum habeatis Caesarem. Coltzium.

1923 BELLVM CIVILE Iulii & Pompeii. V C. 704.

Cicero Romam rediit 4. Ianuarii postridie sui natalis: quod tum incoabat annum aet. 58. Ita Cicero (ut ipse loquitur) incidit in ipsam belli civilis flammam inter Iulium & Pompeium, cui se miscere noluit, frustra interim tentatis inter eos pacis & concordiae conditionibus.

LIBER I. IULII CAESARIS
DE BELLO CIVILI INCIPIT:
in quo ipse Caesar huius anni res
exponit.

Die 7. Ianuarii perscriptum est Senatusconsultum: Darent operam Coss. ne quid Respubl. detrimenti caperet: quo armati sunt Coss. & Pompeius aduersus Iulium. Fuitque hoc classicum belli civilis. De hoc bello vide Appianum & Lucanum. Senatusconsultum autem tale fieri non sole-

Purchase full membership to immediately unlock this page

DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'
Full Membership gives
access to 797,885 ancient
and modern, fiction and
non-fiction books.

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



enim è Pompeianis 6. millia, alii 25. millia: è Caesarianis vero praeter 30 Centuriones 1200. perisse scriptum reliquerunt. Ipse autem Caesar è suis quidem ducentos nec amplius desideratos auctor est, & praeter hos Centuriones 30. è Pompeianis vero 15. millia caesa refert. Capta ibidem praeterea fuerunt 24. millia, signa militaria 180. & novem Aquila ad Caesarem relata. Goltzius.

Pompeius ad Pharsalum victus in Aegyptum ad Ptolemaum Auleta filium (cuius patrem expulsam regno & exulantem Senatus commendaverat regnumq; eidem summa cum fide restituerat) supplex confugit, ibiq; cum ad Pelusium oppidum è maiori nauigio in minorem scapham exceptus fuisset, ab Achilla & L. Septimio Ptolemaei Regis familiaribus, quorum posterior bello Piratico sub eo meruerat, in conspectu Corneliae coniugis & Sexti filii obtruncatus est, pridie quam compleret annum aetatis. 58. eo ipso die, quo quondam de Mithridate & pirata triumphum duxerat, 30. Septembris, alii postridie: à profanato templo Hierosolymitano an. 15. Huius caput amputatum cum postea Caesari Alexandria offerretur: & in genuisse ille cum lacrymis: & illud sepelisse honorifice in suburbio dicitur: Percussoribus non tantum non laudatus: sed etiam è medio sublatum: & in eo loco fano Nemesis erecto. O miserabilem exitum tanti viri, qui semper in ore habuerat versum Homericum.

οἰὲν ἀριστεύειν, δὲ ὑπείροχον ἔμμεναι ἄλλων.

Allato nuncio Romam de pugna Pharsalica caedeq; Pompeiana fama confirmata, Pompeii & Syllae imagines, quae pro rostris stabant, disiectae sunt Caesariq; inter summos honores cum annua Dictatura Tribunitia potestas in perpetuum decreta est. Goltzius.

Q V A R.

QVARTA ET VLTIMA
MONARCHIA RO.

M A N A.

IVLIVS CÆSAR (ætat. 52.) primus Monarcha & Imperator Romanus imperavit an. 3. mens. 6. Numeramus autem annos Monarchiæ à pugna Pharsalica & morte Pompeii.

Ab exitu ex Aegypto ad hunc annum sunt 1470. compl. à reditu Israelis ex Babel & monarchia Cyri 1490. à desolatione primi templi & captiuitate Babylon 560. à Nehemia reparante urbem 397. à vocatione Abraham 1900. A monarchia Alexandri 283. à principio regni Medorum & fine regni Assyriorum & Sardanapali interitu 777. Ab electis regibus 460. à primo Dictatore 452. Decembris 402.

Bellum Alexandrinum circa huius anni finem gestum à Iulio Hirto.

Definit Iulius Cæsar de bello civili.

3925 *Iulius Cæsar secundam Dictaturam gessit: sed anno superiore 46 ei decretam.*

Antipater Iudæus (qui prius Pompeii partes iuuerat) Iulium Cæsarem in bello Alexandrino adiuvat, adductis tribus millibus Iudæorum, Syrisque compluribus & Arabum primatibus, iussu Hyrcani summi Pontificis.

Cæsar Alexandria, atq; adeo vniuersa Aegypto sibi subacta, Cleopatra regnum concessit, & minorem Ptolemaum illi matrimonio iungit, Arsinoen vero minorem filiam regno eduxit & Romam misit. Atq; ita bellum Alexandrinum, in quo Ptolemaus, qui Pompeium interfici iusserat, perit, confectum est. Hinc ad occupatam Aegyptum ab Augusto 17.

Bibliotheca Alexandrina conflagrauit. Plut. Feruntur in ea fuisse ad 700. ferme millia voluminum à Ptolemaus Aegypti regibus congestorum.

Pharnaces Pontis rex victus à Julio, quarta postquam in conspectum venissent hora: quare de hoc scripsit: VENI, VIDI, VICI, qui fuit etiam triumphus titulus Ferunt item Casarem profligato statim Pharnace exclamasse. O se beatum Pompei, qui cum talibus bello Mithridatico decertans, MAGNI cognomen accepisti. Goltzius.

Roma seditiones à P. Cornelio Dolabella Tribuno pleb. & Tullia marito legem ferente de nouis tabulis excitatae sunt, de quibus Liu lib. 113. Dio. lib. 42.

Epistola Ciceronis lib. 11. ad Att. scripta. Item epist. 20. lib. 14. fam.

IUDAEA PROCVRATOR ANTIPATER.

Antipater Herodis Magni pater à Julio Casare praeficitur Iudaeae ut tutor: Hyrcano confirmatur sacerdotium: instauratio murorum urbis Ierusalem Antipatro conceditur: & Iudaei suis legibus vivere permittuntur. Et haec facta sunt anno 490. (septies septuagesimo) à soluta captiuitate Babylo-nica & reditu Iudaeorum in terram suam.

3926 *Iulius Dictator III. Cos. III. V. C. 707. à deleta Carthagine 48*
100. Ciceronis 61.

Pugna ad Thapsum. Bellum Africanum Iulii Cas. susceptum mense Ianuario aduersus P. Scipionem, Catonem & regem Iubam, de quo Hirtius. Scipionis exercitus fugatur. Cato (etat. 49.) & Scipio sibi manus inferunt, Rex vero Iuba interficitur.

Regnum Mauritania Casar tributarium populo Romano reddidit: eique Sallustium Crispum praefecit, ignouitque Pricensibus & Catonum filio. Filiam quoque Pompeii in ea vrbe deprobensam cum duobus liberis ad fratrem mulieris misit incolumen. Intellecta morte Catonis plurimum indoluisse fertur, exclamasseque: Ego tibi Cato mortem inuideo, qui mihi gloriam salus tua inuideris. Goltzius.

Senatus accepto victoriae Africanae nuncio, decreta quadraginta

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



ANNVS emendatur à Julio. Fuitq; hic annus mensium ferme 15. aut dierum circiter 445. De intercalatione vide *Maer. Saturn. l. 1. c. 14.*

Numidia in formam prouinciae redacta. Dio.

Brutus, id est, Liber de claris oratoribus à Cicerone (aet. 61) scriptus & anno sequenti editus. Item liber dictus orator ad Brutum.

Oratio pro M. Marcello à Cicerone dicta, cum Iulius Marcellum recepisset in gratiam,

Antipater muros vrbs Ierusalem reaedificat - quos Pompeius ante 17. annos destruxerat. Eius rei potestatem Antipater à Iulio Cael. acceperat anno superiore. Estque hic annus 400. ex quo Nehemias permittente Artaxerxe Longimano illos ipsos muros Ierusalem excitauerat. Ioseph. Hinc ad excidium vrbs Ierusalem 115.

3927 **V. C. 708. Ciceronis 62.**

44

LX. HEBDOMAS DANIELIS incipit, id est, 414. annus hebdomadum.

Iulius Dictator IV. Cos IV.

Cicero, Terentia dimissa, virginem Publiliam uxorem duxit, ut illius facultatibus as alienum (quod permagnum habebat) dissolueret. Plur.

Tullia filia Ciceronis apud Lentulum pariens decessit. Cicero cum omnem consolationem vinceret dolo, se ipse per litteras consolatus est, scripsitq; librum, quem consolationem, vel de luctu minuendo inscripsit. Scripsit item Hortensium, quo in libro Philosophiam ab Hortensio accusatam & vituperatam ipse defendit & collaudauit. Huius libri lectione D. Augustinus se ad vera, hoc est, Christiana Philosophia contemplationem incensum fuisse, aliquot locis fatetur. Scripsit libros Academicos, & vnum Catulum, alterum Lucillum appellauit quorum posterior adhuc extat. Scripsit libros de finibus. Orationes pro Deiotaro & pro Ligario dicta. Scripsit epistolas lib. 12. & 13. ad Att.

Post

Post Tullia mortem, Tullius M. Filius Arbenas cum L. Tullio Montano profectus est: vbi Crasippum audiuit.

Confecto bello Africano T. Quintius Scapula nouum in Hispania commouit, cuius meminit Cic. epist. 13. lib. 9. fam.

Primus annus Iulianus scilicet correctus & emendatus.

Bellum Hispaniense Iulii Cas. aduersus Cneum & Sextum Pompeii filios, de quo Hirtius.

Pugna ad Mundam & postrema victoria Iulii Casarii, in qua ad diem 17. Martii ceciderunt ad 30. millia hominum. Cneus Pompeii filius interfectus, cuiusque caput prid. Id. Aprilis ad Casarem allatum est.

Huius frater Sextus à Corduba salutem fuga comparans, tracto paululum temporis inter Hispanos bello, Siciliam ad rebellandum sollicitauit, post in Asiam è Sicilia fugiens captus ab Antonianis ductoribus Miletis occisus est.

Prælium Mundense plurima aduersa portenta, quæ haud dubiam alteri partium perniciem portendere credebantur, præcessere. Inter quæ præ cæteris obseruatione dignum est. quod aquila in Pompeianarum legionum signis fulminibus aureis, quibus insistebant, proiecta, motuque alio à Pompeio ad Casarem auolantes, certissimum Pompeianis exitum denunciare videri poterant. Quo loco prælium commissum est, statim post victoriam palmam enatam esse ferunt. Quod ostentum non tam Casari, quam Octauio Casaris ex sorore nepoti, qui tum forte cum Casare militabat, felices rerum successus portendisse volunt: quanquam Casar ad se traheret Post hanc pugnam Cas. ad amicos dixisse fertur pro laude se & gloria sapius: tum autem pro salute demum & vita decitasso.

Casar Romam reuersus, quintum ex Hispania triumphum (cuius apparatus ex argento raris fuisse tradunt) egit.

non sine gravi invidia & dolore populi: quod de civibus
causis agi videretur. Goltzius.

Iulius proximo ante mortem anno Carthaginem & Corin-
thum hactenus desertas & neglectas, missu eo cum civi-
bus libertini generis, tum pluribus è militibus suis, Co-
lonias pop. Rom. constituit: pristinusque suis nomi-
nibus restitutas, novis operibus exornavit. Gol-
tzius.

Suffecti siue Honorarii Coss. primùm creati cœpti,
anno a primis Coss. 464.

Hoc anno Hispania recepta, ob omnia bella civilia confecta,
& singularem in civem clementiam, C. Iulius Caesar Libe-
rator, parens patriæ & Dictator perpetuus appellatus
est: primusque I M P E R A T O R I S prænomen ac-
cepit.

Iulius Caesar Testamentum 13. Septemb. à se conditum tradit
servandum Vestalibus.

3928 Olympias 184. V. C. 709. Cicero 63.

Iulii Dictatura V. siue perpetua, Consulatus V.

Iulius Caesar ovans ex monte Albano urbem ingressus est die
48. antè quàm interficeretur, videlicet 26. Ian.

I V L I V S C A E S A R à Bruto & Cassio, eorumque
conjuratu interfectus. et. 56. die 15. Martii, à morte Ale-
xandri M. 280. Philippi Macedoni 293. Romuli 672.
Cyrus 486. Moysi 1435. Ante eadem paucis diebus cum
nunciaretur immolanti in curia cor in vixta víctima non
reperitum, irrisit: & Spurina auguri, qui periculum non
vltra Idus Martias differri dixerat, ipso die cecidit, venisse
Idus, ait: cui ille, venisse, sed non præterisse. Ita ingres-
sus curiam peremptus est 23. vulneribus. Post ipsius ca-
dem testamentum apertum & palàm recitatum est: fu-
nusque ei amplissimum, prosequentibus. cum universo fere
Senatu Magistratibus. frequentique cum civium tum mili-
tum etiam armatorum ad corporis custodiam multitu-
dine, factum est.

Hoc anno mensis Quintilis appellatus est Iulius, in
hono.

Purchase full membership to immediately unlock this page

DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'
Full Membership gives
access to 797,885 ancient
and modern, fiction and
non-fiction books.

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



AUGUSTI CÆSARIS IMPERIVM.

Octavianus Caesar quadringentos milites Romam ad Senatum misit: qui Consulatum sibi nomine exercitus deposcerent: cum quidem cunctante Senatu, Cornelius Centurio princeps legationis, reiecto sagulo, ostendens gladii capulum, non dubitasset in curia dicere: Hic faciet: si non fecerit vos. Suet. Dio. Consulatum primum inuit die 22. Sept. (alii malunt 19. Aug.) pridie sui natalis, exeunte anno etat. 20. Hinc numeramus 56. annos imperii Augusti. alii habent 57. scilicet à morte Iulii ad mortem Augusti.

Antipater Herodis Magni pater veneno necatur per pincernam pecunia corruptum à Malicho. Herodis animum ita percellit hoc indignum facinus, ut Hierosolymam ingressus sit cum militibus instante festo & ieiunante populo. Tandem arte Herodis per milites Cassii Malichus occisus est. Ioseph.

Cicero hoc anno habuit quintam orationem Philippicam & nouem reliquas.

Epistolarum lib. 10. fam. ad hunc annum pertinet, presertim Planci Epistola.

TRIVMVRATVS Antonii, Octauii Augusti & Lepidi cepit 27. Nouemb.

Consul factus Octavius Ciceronem valere iussit, & pace cum Antonio Lepidoque facta, copias omnes in vnum locum contraxerunt: ibique imperium Romanum quasi possessionem aliquam inter se diuiserunt. In hoc triumuiratu alii alios hostes proscripserunt, Antonius Ciceronem.

Tabula prescriptionis Senatorum ac ciuium propofita.

Ouidius Poeta nascitur 20. Martii.

Qui

Quidam etiam Tibulli Poeta natalem huc referunt ex eius lib. 3.

Cicero interfectus 7. Decemb. à Consulatu 20. Vixit ann. 64. minus 26. diebus. De eo quidam scripsit: Cicero mortuus est ut philosophus, vixit ut homo. Mors Ciceronis videtur referenda esse ad finem huius anni: quia, ut Sigonius ex lapide Colotiano demonstrat, interunt illi Triumviratum 27. Nouembri, & postea tabulam proscriptionis proposuerunt: cuius iudicio interfectus est Cicero.

Antonius percussori Ciceri Popilio Tribuno (quem parricidii reum olim defenderat Cicero) pro allato capite, dedit 25. millia coronatorum, Goltzius: id est, ut Hostius supputat, Ioachimicos 31250. Caput eius pro rostris positum una cum dextra, publicum praeiussit spectaculum.

Mors Davidis & Ciceronis distant annis 1000. Considera nouissima verba utriusque videbis ibi lucem, hic tenebras.

VERREM triumviralis proscriptio sustulit: cum quidem ante sui accusatoris mortem audisset. Lactant. lib. 2. cap. 5.

3930 *V. C. 711. à reditu ex Babel 496. à morte Adam 3000. 48
Simsonis 1120. Leui 1596 à morte Davidis & re-
gno Salomonis 1000. Hinc ad Baptismum Chri-
sti 70.*

COLLATIO SALOMONIS ET
AVGVSTI CÆSARIS.

*Vterq, potens, sapiens, pace florens, bello felix, & euentibus sui temporis clarissimus. sub illo conditum templum. sub hoc natus Christus Nec ingenii, moribus ac fortuna admodum dissimiles. Sola religione & cultu Dei nequaquam confere-
rendi.*

Bellum Philippense, in quo perierunt percussores Casaris, Cassius & Brutus. Cassius αὐτόχειρ Brutus transfusus à

comite fuga. Nullo magis praelio quam isto de libertate & statu reipubl. populari actum est. Ab hoc praelio nunquam ad libertatem Pop Rom. oculos sustulit. A se ipso enim superatus sibi ipsi & cladem attulit & accepit. Dio.

Victo Casio Caesar in Italiam rediit. Antonius in Asiam.

TYBERIVS Imp. nasc. 16 Nouemb.

Legati Iudæorum accusaturi Phaselum & Herodem, non audiuntur ab Antonio Hyrcanus Antonio donat coronam auream, & impetrat editum, ut agri ablati Iudæis restituantur, & captivi dimittantur.

Herodes & Phaselus fratres ab Antonio creantur
TETRARCHÆ Iudææ. Ioseph.

3931 Antonius Cleopatra amoribus vacans, omnia boni Imp. munia negligit. interim Parthi in Syriam irruunt, Duce Labieno Inde est, quod aliqui scribunt, eum cum Cleopatra 12. annis vixisse. 40

Bellum Perusinum ab Augusto contra Antonium susceptum propter agrorum diuisionem. Caesar secundum pactum, quod cum Antonio fecerat post victoriam, omnibus suis, Antonisque militibus agros diuidere volebat, ut eorum sibi animos beneuolentia obstringeret Antonius & Fulvia suis militibus competentem partem assignare volebant. Dio.

Prima Ecloga Virgilii hoc tempore scripta, quando Augustus veteranis militibus agros diuidi, & in eos militares colonias deduci iussit.

3932 Olympias 185 V. C. 713.

Perusia vrbs incendio consumta. Multi Senatores & Equites ad aram Iulio Casari sacratam mactati sunt. 39

Fulvia Antonii vxor, qua Ciceroni mortui linguam aciculis confixerat, Sicyone moritur. Dio.

Mortua Fulvia Augustus & Antonius armis positis redierunt in gratiam, & tum denuo imperii diuisio facta, bellique contra Sextum Pompeium societas inter utrumque iura, etsi Antonius per internuncios se obstrinxe

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



Hæ literæ contractæ genuerunt vocem Aera, qua significatur principium vſitatæ alicuius ſupputationis annorum, dependens ab inſigniali quo euentu. Nos vocamus *Eine Jarzahl*. De hac æra Iulianus Pomerius in libris contra Iudæos anno nati Chriſti 686. ſcriptis ita, Aera, inquit, inuenta eſt annis 38. ante, quam Chriſtus naſceretur: & nunc eſt Aera 724.

Lex Falcidia lata à C. Falcidio Tribunopl. Dio. Euf. Iſid. Zaf. & Freyman.

3934 Antonius aliquot Legiones Romanas mittit in Iudæam, opem laturus Herodi Hieroſolymam oppugnanti. Ioseph. 37

Iosippus frater Herodis interemptus.

Annus 1000. à condito templo Salomonis completus.

Pacorus Parthorum rex interfectus à Ventidio, eo die quo ante annos 15. Crassus à Parthis interfectus fuerat, Augustus Caesar nuptias celebrat cum Livia matre Tiberii Imp. Vixit cum marito annos 51. supervixit marito annis 15 Interrogata hæc matrona: quam ratione maritum ita in ſuam poteſtatem redegiſſet. reſpondit: Exquiſita pudicitia. omnia eius mandata libenter exequendo. nullas eius res ſcrutando: & quadam eius villa non perſequendo, ſed diſſimulando.

Claudius Drusus ex Livia naſcitur mense tertio à nuptiis: quia Livia erat ex marito ſua grauida mense iam ſexto Vnde natum eſt proverbiū. fortunatus etiam trimeſtres naſci liberos.

3935 Regnum Herodis in Ierusalem. 36
Ierololyma capta ab Herode & ſceptrum ablatum à Iuda: quod Iacob monturus prædixerat ante annos 1680 (includ) id eſt, 6. Cyclos Sol Hinc ad excidium Ierololymorum Iosephus (includ.) numerat annos 107. in quo nobiſcum concordat.

HERODES Iudæorum Rex Hieroſolymis regnat ann.

ann.37. Annus à creatione quinquies 787. à Cyri Monarchia & reditu Iudeorum ex Babel 500. à morte Philippi Macedonis & principio regni Alexandri 300. à regno Marathie patris Maccabæorum (inclus.) 130. Hinc ad mortem & ascensum Christi (inclusiue) 70. quorum medium est conceptio Christi: & utrumque est distantia annorum (incoatorum) 35.

Omnes septenarii post 3900. sunt insignes eventibus ad Ecclesiam vel Politias pertinentibus 3907. 14. 21. 28 35. (medium) per Herodem ablatum sceptrum à Iuda 42.49.56.63.70.

ANTIGONVS vltimus Regum Iudeorum ex Almonzis, ab Antonio occisus Antiochiæ, hoc vel sequenti anno Ioseph.

Bellum Siculum aduersus Sext. Pompeium Cn. Pompeii Magni filium minorem ab Augusto gestum. Dio.

3936 Olymp. 186. V. C. 717.

Fugato Pompeio comperit Caesar M. Lepidum occulte pacta cum Pompeio fecisse. Victus itaq; Lepidus, & Casari supplex factus, vix vitam impetrat, & triumviratu se abdicare cogitur.

Aristobolus frater Mariannes coniugis Herodis constituitur summus Sacerdos Iudeorum: præfuit ann. 1.

Salustius historicus moritur quadriennio ante bellum Adriacum. Euseb.

Dioscorides Medicus vixit.

3937 Sextus Pompeius Magnus filius ab Antonianis captus necatur; à natiuitate 10 à morte patris 13.

Aristobolus summus Sacerdos anno ætatis 18. submergitur per Iudum Hierichuntis, calliditate Herodis.

3938 C. Sosius Procos. ex Iudæa & aliis locis triumphat 3. Septemb.

Antonius regem Armenia Artabazum accersitum ad collo-

quidam, argenteis catenis vinxit, & universam Armeniam partim vi, partim deditione in suam potestatem accepit. Dio.

3939 **Cesaris & Antonii mutua accusationes erumpunt, unde & postremum civile bellum exoritur** 32

Pactum Antonii cum Rege Medorum adversus Casarem. Antonius in Graciam properavit belli contra Casarem adornandi gratia.

3940 **Olymp. 187. V. C. 721.**

Pomponius Atticus, summus Ciceronis amicus, mor. aet. 77. die 31. Martii.

Antonius à Senatu iudicatus hostis, & bellum contra eum & Cleopatram decretum.

3941 **V. C. 27. LXII. HEBDOMAS DANIELIS incipit, id est, 428 annus hebdomadum.** 30

Pugna Actiaca: qua victus est navali certamine Antonius ab Augusto ad Actium Epiri promontorium die 2. Septemb. & Monarchia Romana ad Augustum translata. A monarchia Alexandri Magni 300. Post pugnam Casar templum Actiae Apollini construxit, treveries consecrauit, ludos & quinquennale sacrum, quod Actium dicebatur, instituit. Hanc pugnam descripsit Virgilius 8. Aeneid. Orosius lib. 6, cap. 19. Eramosum & magnum hoc bellum apud Actium fuit. Ab hora 5 vsq; in horam 7. incerta vincendi spe, gravissima utrimq; caedes acta: reliquum dies cum subsequente nocte in victoriam Casaris declinavit. Prior regina Cleopatra cum 60. velocissimis navibus fugit. Antonius fugientem uxorem secutus est. Ex victis 12. millia cecidisse referuntur: septem millia vulnerata sunt: è quibus mille inter curandum defecerunt. Ab hac victoria plerique numerant 44. annos Monarchiae Augusti, quod hoc tempore solus rerum patris sit. Haec enim pugna cum Antonio imperatoris aet. 17.

Purchase full membership to immediately unlock this page

DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'
Full Membership gives
access to 797,885 ancient
and modern, fiction and
non-fiction books.

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



- 3943 *Augustus V. Cos. etat. 34. triduo triumphavit, Primo scilicet die (8. Julii.) de Pannonibus, Dalmatis, Iapydis. & Gallis. Secundo (9. Julii.) de Antonio ad Actium caeso: quem Actiacum dixit triumphum Tertio (10. Julii) de Aegypto, in quo Cleopatra regina imago ad vinum expressa, cuius sinistro brachio aspu mordicus affixa habebat, perlata est. Plutarchus. Macrobius hos triumphos refert ad mensem Augustum.* 28
- Ianus clausus ab V. C. III. ab Augusto I.*
- Herodes Mariannem conjugem suam à nuptiis 8. interfecit.*
- Imp. Caesar Octavianus in hoc honore republ. conservata à S. P. Q. R. pater Patriae est appellatus.*
- 3944 *Olymp. 188 V. C. 725. etat. Augusti 35.* 27
- Quinquennales ludi ab Augusto instituti. Dio.*
- 3945 *Octavianus VI. Cos. appellatur Augustus a Senatu ac 36 die 17. Ian.* 26
- 3946 *Cornelius Gallus poeta, cuius facum deplorat Virg. Ecloga 10. sibi ipsi manus infert, etat. 43.* 25
- Eodem tempore vixit Poeta Manilius, cuius extant ad Augustum libri Astronomici. Et Propertius, cuius saepe meminit Ovidius.*
- Bellum Cantabricum gestum in Hispania ab Augusto.*
- 3947 *V. C. 728. Janus IV. clausus.* 24
- Olymp. 189. V. C. 729*
- 3948 *Horrenda fames in Iudaea, subleuatur munificentia & ope Herodis, regni eius 13. Ioseph.* 23
- 3949 *V. C. 730. Augustus XI. Cos. Tribuniciam potestatem accepit etat. 40 die 27. Iunii Hoc summi fastigii vocabulum Augustus reperit, ne Regis aut Dictatoris nomen adsumeret: & tamen aliqua appellatione imperia caetera praemineret. Tacitus.* 22
- Augustus gravissimè decumbens sanitati restituitur ab Antonio Musa medico.*
- Marcellus filius Octaviae sororis Augusti, quem Augustus sibi adoptaverat, moritur in Baiano etat. 18. Huc peruenit versus Virgilii in fine libri 6. Aeneidos, de Marcello,*

cello, &c. pro quibus (teste Servio) Virgilius ab Octavia Augusti sorore, Marcelli matre, accepit 210 sestertia, id est, ut Hostius supputat, 6562. Ioachimicos.

3950 **IUBILÆVS MVNDI 70. Mosis 29.** 28

3952 *Olymp. 190. V. C. 733.* 19

Annus 500. Templi secundi completur mens 9.

Augustus in Syria agens, Herodem magnis honoribus adficit, eiusque regnum adiecta nou. ditione ampliat. Ioseph.

Pax facta cum Parthis, signis receptis à clade Crassi an no 33.

3953 **Annus 1500. ab exitu ex Aegypto.** 18

Templum ab Herode renouatum.

Herodes ruinas templi Hierosolymitani partes renouare aggressus est, & additis porticibus similibusq, ædificis templum exornauit, regni sui anno 18, (ante N. C. 18.) Ioseph. Estque hic annus ab eodem templo sub Dario condito 500. Hinc ad ministerium Christi 46. plen. Ioan. 2.

Contendunt aliqui tria fuisse templa Ierosolymis condita: Primum à Salomone: secundum sub Dario: tertium ab Herode, regni eius 18. anno, de quo Ioseph. lib. 15. cap. 14. belli Iudaici lib. 1. cap. 16. Verum Aggæi cap. 2. dicitur, gloriam posterioris templi (quod Darii edicto tum condebat) fore maiorem quam prioris, videlicet propter præsentiam Messie, qui stante templo secundo, docturus, miracula editurus, & opus redemptionis completurus erat. Nequaquam igitur Herodes nouum vel tertium templum extruxit; sed vetus illud reparauit, ampliauit & exornauit. Priora templa condita erant expresso Dei mandato: quid tale de Templo Herodis legitur? Et verò præcipuum argumentum aduersus Iudæorum blasphemias peritur ex hoc Aggæi loco de templo secundo, Vile erat templum se-

cundum præ magnificentia & splendore prioris sub Salomone. Verùm ubi Deus dicit, maiorem fore gloriam secundi quàm prioris, collationem instituit inter utrumque templum, quo ad ornatum: & affirmat, visibilem conspectum additurum templo secundo verius decus, quàm aurum in parietibus. Plura de hoc anno vide in Isagoge, harmonia 6. de millenariis.

Augusto Casari ex provinciis redeunti curtus cum corona aurea decretus est, quo ascendere noluit. Cassiod. Nunc Romani Augusto regiam coronam, sceptrum ac imperium deferunt, quam regi Tarquinio Superbo ante annos 490 detraxerant.

Vergilius Poetarum Latinorum princeps Brundisii moritur 22 Sept. ætat. 51. æl. 52.

3955 **LXIV. HEBDOMAS DANIELIS** ¹⁶
incipit, hoc est, 442. annus hebdomadum.

Beata virgo **M A R I A** Domini nostri **I E S U C H R I S T I** Mater, hoc anno vel concepta vel nata creditur ex patre Eli, qui & Ioakim vel Eliakim: Ab erecto tabernaculo in deserto 1500 A condita Reg'a Salomonis 1014. eadem completa 1002. à templo secundo condito 503 eodem perfecto 499. à morte & vaticinio Iacobi 1700. inclusivè.

Ludi Seculares V. facti ab Augusto, in quibus se dominum appellari vetuit.

Clades Lolliana victus M Lollius à Germanis.

Agrippa filios Caium & Lucium nepotes suos ex filia Iulia Augustus adoptat. Dio.

3956 **Olympiæ 191. A diluio 2300. P C 737.** ¹⁵

Augustus in Galliam proficiscitur.

M. Agrippa invitatus ab Herode rege venit Hierosolymam, ibique in templo obtulit hostias Deo Israelis Philo.

3957 **Rheti qui inter Noricum & Galliam ad Alpes Tridentinas** ¹⁴
sedes suas habent, prælio victi & à Druso ac Tyberio subacti sunt, Dio. Pan

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



- 3964** *Augustus emendat annum. Macrob.*
Olymp. 193. V. C. 745.
Dionysius Halicarnassensis historiam Romanam conscribere cepit, ut ipse testatur initio sui operis. Hunc autorem ut fide dignissimum plerumq, in historia Romana secuti sumus.
Mecenas Augusti consiliarius & eruditorum patronus excimus moritur. Dio.
Horatius Poeta moritur æt. 57. Euseb.
Mensis Sextilis adpellatur Augustus. Dio. Censor.
- 3965** *Annus 600. à captivitate Babylonica Israelitarum.*
Tiberius II. Cos. de Germanis triumphat Cal. Ian. & tribuniciam potestatem accipit in quinquennium.
Augustus Tiberium loco Drusi ad imperium prouexit, & nomine Imperatoris decorauit.
- 3966** *Iulia Augusti filia Tiberii uxor, propter impudicitiam relegata est in insulam Pandatariam. Dio.*
- 3967** **INDICTIONES** ab huius anni autumno numerantur à Beda, qui scribit **CHRISTVM** natū esse indictione 4 ineunte, aliearum initium referunt ad an. Christi 312 Est autem Indictio spatium 15. annorum. *Vide Isagogen.*
Augustus Caium filium suum adoptiuum in forum deducit, principemq, iuuentutis creat.
- 3968** *Olympias 194. V. C. 749.*
Annus postremus euentum veteris Testamenti, distat à Genesi 1678.
Caius Cæsar Augusti ex sorore nepos Iudæam præteruectus, Hierosolymis Deo Iudzorum sacrificia offerre noluit: quod Augustus (ne peregrinas religiones adprobare videretur) collaudauit, Sueton.
- 3969** *V. C. 750. LXVI. HEBDOMAS DANIELIS incipit, id est, annus hebdomadum 456.*
Templi secundi 517. à uocatione Abraham 1945.

NOVI TESTAMENTI historiae ab **Euangelistis** descriptae incipiunt de vita & curriculo **Domini nostri IESU CHRISTI**, & praecursoris eius **Ioannis Baptistae**: hoc tamen discrimine: **Lucas** narrationem suam orditur ab hoc anno: & capitibus 24. complectitur historiam an. 34. mensium ferme 8. à tempore annuntiatæ concept. **Baptistæ** ad **Christi** ascensionem. **Matthæus** à sequenti: **Marcus** & **Iohannes** ferme à prædicatione **Baptistæ**.

Angelus Gabriel nunciat **Zachariæ** natiuitatem **Iohannis Baptistæ**. **Luc. 1.**

IOHANNES BAPTISTA conceptus (24. Septemb. ut credit **Ecclesia**) mense sexto ante, quam **Christus** conciperetur.

MARIA desponsatur **Iosepho**.

Natus **GALBA** Imp. 9. Cal. Ian. **Sueton.**

397° *V. C. 751. Augustus Caesar XIII. Plautus Silvanus Coss.*

Hic est felix ille & ultimus **Consularis Augusti**: à quo initium capiunt narrationes sacrae in **Novi Testamenti** libris expositæ.

CONCEPTIO CHRISTI.

Angelus GABRIEL in oppido **NAZARETH** nunciat **Virgini MARIAE** incarnationem **Messiae** ex ipsa nascituri: itaque conceptus est **IESUS CHRISTVS** **Dominus noster** in utero **beatiss. Virginis** obumbrante, operante, admirandamq; illam actionem perficiente **SPIRITVS SANCTO**. **Luc. 1. Ecclesia** refert ad 25. **Martii**.

Conceptio **Isaci** & **Christi** distant annis 1922. confer verba **Mariæ** cum verbis **Saræ**. **Gen. 18. videbis** harmoniam.

CANTICVM **MARIÆ** **VIRGINIS**, **QVOD** **EST** **IN** **NOVO**
Testamento primum.

MARIA

M A R I A accepto nuncio Angelico festinante abiit in loca montana, de hoc diuino opere edoctura cognatam suam Elisabeth. Cumque Elisabeth audiret salutationem Mariæ, exiit foetus in utero eius, & Baptista (vt Augustinus ait) Christum motu salutauit, quem voce non potuit. Maria repleta Spiritu Sancto, canit in domo Zachariæ sanctissimum illud Canticum suum: **M A G N I F I C A T A N I M A M E A D O M I N V M.** Lucæ 1. Eius rei typum elegantissimum vide Exodi 15 vbi Maria siue Miriam, soror Moïsi primum Canticum veteris Testamenti inchoat in choro fœminarum psallentium, & Deo gratias agentium pro liberatione ex Aegypto. Conferat Lector utriusque Cantici verba, videbit miram typi convenientiam cum his quæ canit virgo Maria. Distat Canticum Miriam à canico beatæ Virginis annis 1517. Cecinit Miriam illud suum ἰπινισορ in ipso Paschate: fortè Maria quoq; suum **M A G N I F I C A T** sonuit circa tempus Paschatis. quia dicitur apud Lucam, id factum esse mense 6. à concepto Baptista. Refert autem Ecclesia festum concepti Baptistæ ad 24. Septemb & Conceptionem **C H R I S T I** ad mensem Martium fermè & ad tempus vicinũ Paschati. Congruet igitur ratio, si numeres à Septembri vsq; ad Martium.

NATIVITAS IOHANNIS BAPTISTÆ.

IOHANNES BAPTISTA nascitur ex matre sterili & effœta Elisabeth. Lucæ 1. Ecclesia festum natalis Baptistæ celebrat die 24. Iunii, circa Solstitium æstiuum.

CANTICVM ZACHARIÆ IN NOVO TESTAMENTO secundum.

Purchase full membership to immediately unlock this page

DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'
Full Membership gives
access to 797,885 ancient
and modern, fiction and
non-fiction books.

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



DISTANTIÆ.

Distat hic annus à morte Adæ 3040. à diluuiò 1314:
 à natali Abrahamæ 2021. Isaaci 1921. Moſis 1597. Da-
 uidis 1110: à Vocatione Abrahamæ ex Haran 1947:
 ex Vr 1950: à morte Iacob 1714: ab exitu ex Æ-
 gypto 1517: morte Moſis 1477: partitione terræ,
 & Iubilæorum initio 1470: à morte Samſonis
 1160: à regno Dauidis 1080: à morte Dauidis, &
 Coronatione Salomonis 1040: à regno Samue-
 lis, & reducta arca ad populum Iſrael 1120: à con-
 dito Templo Salomonis 1037: eodem completo
 1030: morte Salomonis 1000: à captiuitate Baby-
 lonica, & vr̄bis deſolatione prima 606. à fine ca-
 ptiuitatis Babylonice, & reditu populi in terram
 Iuda 536: à condito templo ſecundo 518: eodem
 perfecto 514: à principio hebdomadum Danielis
 457: ab ablato ſceptro per Pompeium 61: à coro-
 natione Herodis 38: à regno Herodis in Ieruſa-
 lem, & ablato ſceptro à Iuda per Herodem regem
 alienigenam 35. à prima victoria, primoque Con-
 ſulatu Auguſti Cæſ. 41. monarchia Auguſti 30. in-
 cunte. 29. completo: ab Auguſti monarchia poſt
 mortem Antonii 28. à renouato templo per He-
 rodem 18. eodem dedicato 8: à natali Mariæ Vir-
 ginis 15. plus minus complet: Roma condita 751.

OBSERVATIO EX
VELLEIO.

*Vixit Roma tempore Chriſti Velleius Paterculus, hiſtoria
 Romana ſcriptor, cuius fragmenta extant. In libro ſecun-
 do, de anno quo natus eſt Chriſtus, memorabile quiddam
 refert. At in Vr̄be, inquit, eo ipſo anno, quo magnifi-
 centiſſimi gladiatorii maneris, naumachiaque ſpectacu-
 lu D. Auguſtus ab hinc annos 30. ſe & Gallo Caninio
 Coſſ. dedicato Martis templo, animos oculosq; Pop. Ro-
 mani*

mani repleuerat, feda dicta, memoriaq; horrenda in ipsius domo tempestas erupit. Quippe filia eius Iulia nihil, quod facere turpiter posset famina luxuria & libidine, infectum reliquit. Julia relegata in Insulam, patria & parentum oculis subducta est. Hac Velleius.

Tria ferè commemorat Velleius de anno quo Augustus postmodum Caf. fuit, & quo Christum ex Maria Virgine natum esse diximus.

I. Quod dedicari templum Martis, id est, egerit Marti gratias pro tot. victoriis, cumq; inuocari, vt deinceps quoq; preliantem adiunaret.

II. Quod repleuerit omnium oculos ludorum & spectaculorum varietate & vanitate.

III. Quod scelera & turpitudines Iulia, filia Imperatoris, eruperint, & velut oceanum malorum vniversam Augusti hauriam obruerint.

Attende Lector Optime, quanto his gloriosiora & diuiniora sint, quæ in Ecclesia apud Iudææ oppidum Bethlehem fiunt ad præsepe Domini, recens ex Virgine nati: & quanta sit eorum dissimilitudo, quæ Augustus Romæ, & quæ D E V S in Ecclesia agit.

I. In Bethlehem non dedicatur Templum Idolo Martis, sed ipse D E V S angelicis Concionibus & Cantionibus dedicat templum omnium Augustissimum nato Christo, qui non est commentum numen, vt Martis Idolum, sed est D E V S & Homo, & autor nostræ pacis cum Deo. Nihil hic auditur Martiale: nihil quod terreatur mens iræ Dei sensu anxia: sed introducit nos Deus in nouum illud Templum pacis à se conditum, quod & Angelorum lætitia atq; cantu dedicat, & hominibus præcipit, vt cum fiducia ad thronum gratiæ accedant, & ad propitiatorium confugiant, & ipse in eo templo erexit, & velut commune alyu omnibus onere peccati & iræ Dei oppressis aperu. Hæc pax per Immanuelem inter Deum & homines

nes facta, promulgatur voce Angelorum clamantium: **ET IN TERRA PAX.** Ecce templum Pacis, quod quidem est huius festi & dedicationis templi beneficium summum, quale nobis non prestat vel Augusti magnificentia, vel ullius creature potentia.

II. Augustus Romae, ut diximus, replet nugacissimis ac vanissimis gaudis stultae multitudinis oculos & aures, postremum forte Consulatum his factis insigniturus. In Bethlehem vero inter nocturnas tenebras Angelus Domini, amictus gloria lucis diuinae, apparet, & pastoribus nunciat verum, æternum, mundoque ignotum gaudium, cum ait: **ECCE EVANGELIZO VOBIS GAUDIUM MAGNUM:** magnum, inquam, quod erit non tantum vni, sed omni populo. quia natus est vobis hodie Saluator, qui est Christus Dominus in Ciuitate David. Mox spectantur in caelo myriades Angelorum, laudantium Deum & dicentium: **GLORIA IN EXCELSIS DEO, ET IN TERRA PAX, ET HOMINIBUS LAETITIA.** Haec caelestia spectacula verè commouent, & gaudio sancto replent animas, corda, oculos & aures piorum, qui intrantes in arcanum consilium Dei saluantis nos per Filium, plenum gratia & veritate, concipiunt gaudium maius mundo, & sentiunt in vita & morte consolationem, quae est vitae aeternae initium.

III. In vrbe Roma scelerum & impudicitiae mulieris infamia deformat Augusti domum. In Ecclesia vero assidet ad praesepe Christi mater eius, Maria Virgo sanctissima & castissima, quae Messiam Virgo concepit, & Virgo peperit, & post partum Virgo permansit & partu suo omnium beatissimo nobis praeiulit semen illud benedictum, per quod omnes gentes à maledictione legis & terroribus irae Dei liberandae erunt. Hic omnia sunt casta, pura, sancta, & diuinis actionibus plenissima, & honestissimis exemplis ornata.

Itaque

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



tatis: Vbi id quoq, teneat beneuolus Lector, distare principia annorum Mundi & Christi trium ferme mensiu spacio: & nos quomodocunque accommodare inter se annos Mundi & Christi, quia id non aliter uult harum tabularum spatium angustum. Interim diligentia auctoris id relinquitur, ut euentibus in Chronologia annotatis tam in Mundi quam Christi annis conuenientem locum, debitamq, anni partem adsignet

3971

ÆRA ANNORVM NATI CHRISTI, quam ordiemur secundum Ecclesie consuetudinem à circumcissione Domini: Annos uerò mundi à tempore uerno & die concepti Christi.

ANNVS A NATO CHRISTO PRIMVS.

CHRISTVS circumcissus die 8. Luc. 2. Calend. Ianuar.

Magi ex Oriente uenientes salutant, adorant, & muneribus oblati honorant **CHRISTVM**, Matth. 2. (6. Ianuar) alii ad annum seq.

CANTICVM SIMEONIS
QVOD EST IN NOVO
Testamento quartum.

MARIA elapso puerperii tempore (à Circumcissione Christi die 33 à natiuitate 40) die 2. Februarii in templo Hierosolymitano filiolum suum sistit Domino. Simeon grandæuus uir sanctus lætissimo amplexu excipit Christum infantem, eūque intuens oculis diuino lumine ac numine plenis, de ipsius beneficiis uaticinatur. Idem facit Hanna Prophetissa, Luc. 2. Festum hoc celebratur in Ecclesia 2. Februarii.

FUGA CHRISTI IN
ÆGYPTVM.

Ioseph

Ioseph Christi nutritus ac tutor monitus ab Angelo in somnis cum infante Christo & matre eius, secedit in Aegyptum, vt infantem gladio Herodis praesentiq, neci subtrahat, Mat. 2. Alii ad sequent. Exulauit in Aegypto, vt veteres senserunt, circiter quinquennium.

INFANTICIDIUM HERODIS.

Herodes inaudito crudelitatis exemplo trucidari iussit infantes Bethleemiticos, & vnum infantem Christum quarens in multos rabiosissime sauiit Matth. 2. In narratione Euangelica fit mentio bimatus infantum: ideo referimus hoc ad annum a concepto Christo secundum. Estq; hoc primum in Nouo Testamento martyrium, in quo Rex est carnifex: sicuti Cain in Veteri Testamento erat & Rex & carnifex, iniustique supplicii administer. Hac immanitas Herodis locum fecit adagio Augusti Caesaris, quod recitat Macrobius lib. 2. Saturn. cap. 2.

Distantiæ. A Creatione ad 3971 sunt 209. Cycli Lunæ. Oblerua, natalis Christi incidit in Cyclū Lunæ: mors Christi in Cyclū Solis. Multiplica 209. per 19. erunt 3971 & 143. per 28. erunt 4004.

3972 *Ab hoc anno supputanda sunt omnes Eclipses ante natum 2 Christum: quia hic annus est Mathematicus ipsa era annorum nati Christi congruens vsitata numerationi annorum nati Christi: atq; ita vero tempori nati Christi deesse annus vnus.*

MORS HERODIS.

HERODES ex carnificatus morbis saeuissimis Hie- ricbunt moritur circa tempus Paschatis: at. ferme 70. Et consentaneum est, cum horrendo isti infanticidio Bethleemitico non diu fuisse superstitem, agitantibus & inquietantibus illum vltimis furis, & diuina Nemese ad supplicia iustissima tyrannum rapiente. Immodica enim sequitia,

- enormis furor, & extrema rabies raro est diuturna atque durabilis. Quinto autem die antè quàm crudelem exhalaret animam, filium suum Antipatrum iugulari iussit. Ioseph.
- Eclipsus Lunæ antecessit mortem Herodis. Ios.
- Augustus filius Herodis prouincias Iudaicas & paternam hereditatem distribuit.
- ARCHELAVS**, Herodis filius, in Iudæa regnat an. 9. Ioseph. alii 6. vel 7.
- Hoc regnante Christus reuersus est ex Aegypto. Matth. 2. annum alii alium definiunt.
- Herodes Antipas & Philippus Tetrarchæ regnant, ille annis 40. hic 34. Ioseph. habet 37.
- 3975 *Augustus Tiberium adoptat & in Germaniam ablegat. Vell. Dio. Goltz.* 5
- 3976 *Olymp. 196. V. C. 757. LXVII. HEBDOMAS DANIELIS incipit, id est, 463. annus hebdomadum.* 6
- CHRISTVS** ex Aegypto redit natus annos 5. Cedrenus.
- 3977 *Tiberius Cæsar in Germanos expeditionem fecit, & vsq; ad Albim progressus est, nulla re memorabili gesta. Dio.* 7
- 3978 *Sulpitius Quirinius secundum in Iudæa censum agit, & Archelai (ob tyrannidem in exilium circa hæc tempora deportati) bona vendita fisco Rom. imperii infert. Ioseph.* 8
- 3979 *ARMINEVS apud Germanos regnat an. 12. Tacit. Dalmata & Pannoni cum Romanis pacem faciunt. Dio.* 9
- 3980 *Quintilius Varus amissis tribus legionibus Rom. occiditur in Germania 4. Iulii. De hac clade clamat Augustus, Quintili redde legiones. (Distat clades Variana à Cannensi anni 224) Vell. Dio.* 10
- VESPASIANVS** Imp. nascitur 17. Nouemb.
- 3981 *CHRISTVS æt. 12. anno in paschate, cum omnium admiratione Doctores docuit, diuinæq; sue sapientiæ specimen illustrissimum edidit, Luc. 2. Alii* 12

Purchase full membership to immediately unlock this page

DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'
Full Membership gives
access to 797,885 ancient
and modern, fiction and
non-fiction books.

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



- 3990 **LXIX. HEBDOMAS DANIELIS** incipit, **20**
id est, 477. annus hebdomadum. A regno Davidis
1100.
ARMINIVS Germanorum rex moritur *at at. 37. cum in*
Germania regnasset an. 12. Tacitus.
Germanicus Caesar pater Caligula veneno extinctus mori-
tur Antiochia.
- 3991 **Piso** qui Germanicum veneno necauerat, *sibi mortem con-* **21**
sciscit. Tacitus.
- 3992 **Olymp. 200. V. C. 773.** **22**
Quirinius, qui nato Christo censum egit, mor. Tac.
Tyberius IV. Drusus II. Coss. pater & filius.
- 3994 **Drusus Tyberii filius veneno necatur à Seiano.** **24**
- 3996 **Olymp. 201. V. C. 777. à prima Olympiade 800.** **26**
Hoc anno finitur 69. hebdomas Danielis, id est,
hebdomadum annus 483.
Plinius nascitur.
- 3997 **Septuagesima & vltima Hebdomas D A** **27**
N I E L I S incipit, in cuius medio Daniel ait, Mes-
siam in publicum proditurum, & nouum testa-
mentum abrogato veteri docendo conditurum
& moriendo confirmaturum. Daniel 9.
Pilatus mittitur in Iudæam à Tybetio. Ioseph. Euseb.
Tyberius Roma excedit, nunquam eò reversus: ante obitum
an. 11. Tac.
- 3998 **Pilatus Iudææ præst annis 10 Ioseph, à regno Davi** **28**
dis in Ierusalem 1100. ab exitu 1545. à morte Mo-
sis & principio Iosue 1505. à morte Alexandri
Magni 350.
- 3999 **Hoc anno die 10 mensis 7. iniiit parasceue Iubilæi** **29**
30. Mosis.
BAPTISMVS institutus.
IOANNES BAPTISTA anno 15. Tyberii Cæs. vo-
catione diuina excitatus pœnitentiam prædicare
incipit: veteris testamenti abrogationem institu-
to baptismo orditur, & Messie presentiam omni-
bus nunciat & proclamatur. Luc. 3. Est annus rem-
pli

pli secundi 547. ab instituta circumcissione 1950. completus, & ita circumcissio exegit Iubilæos 39. Et totidem numerantur ab Adam ad natum Abraham, cui primùm tradita est circumcissio.

**ELIÆ ET BAPTISTÆ
COLLATIO.**

Hieronymus. Lex & Prophetæ usque ad Iohannem prophetauerunt. non quòd Iohannes Prophetarum sit finis & legis, sed ille qui Iohannis testimonio prædicatus est. Iohannes autem est Elias, qui eandem habuerit Spiritus Sancti gratiam, zona cinctus ut Elias, viuens in eremo, ut Elias: persecutionem passus ab Herodiade, ut ille sustinuit à Iezabele & ut Elias secundi præcursor aduentus est, ita Iohannes venturum in carne Dominum Salvatorem non solum in Eremo, sed et in matris utero salutârît, & exultatione corporis nunciârît.

MARCI Euangelistæ narratio Evangelica incipit, & capitibus 16. recitat historiam annorum 4. & mensium aliquot, à prædicatione Baptistæ ad Christi ascensionem.

4000 **IV BILÆVS MVNDI 80. Mosis 30.** 30

Olymp. 202. V. C 781.

Medium hebdomadis ultimæ Danielis, id est, annus hebdomadam 487. quo Daniel ait, Messiam prædicatione sua abrogaturum esse verus Testamentum. (*Vide Isagogen*)

CHRISTVS anno æt. 30. baptizatur à Ioanne in Iordane, & illustrissima patefactione Diuinitatis ordinatur ad ministerium docendi Euangelium. *Matth. 3. Marci 1. Luc. 3.*

Exeunte Iubilæo Mosaico 30 inît Iubilæus Christi, i.e. typum secuta est res ipsa & impletio.

MOSÉS munus & ministerium suum auspiciatur expleto ætatis ann. 80.

CHRISTVS munus & ministerium suum auspiciatur expleto Iubilæo mundi 80.

CHRISTVS tentatur à Diabolo in deserto dieb. 40.
& ad Iordanem reuersus, manifestat sese mundo,
docens Euangelium, & doctrinam confirmans
miraculis.

I O H A N N I S Euangelistæ narratio Euangelica inci-
pit, & capitib. 21. continet historiam annorum 4.
circiter, à prædicatione Baptistæ, ad Christi resur-
gentis apparitionem ad mare Tyberiadis. Etsi au-
tem meminit incarnationis Domini, cū inquit:
V E R B U M C A R O F A C T U M E S T; tamen hi-
storiam natiuitatis non texit. sed necessitate qua-
dam ostendendæ vtriusq; in Christo nature, di-
uinæ copulat humanam. Nos hic ipsarum histo-
riarum annos tantum respicimus ac annotamus.

Legatio Iudeorum ad Iohannem.

CHRISTVS ex deserto reuersus digito monstratur
à Iohanne clamante: **E C C E A G N U S D E I,** &c.
CHRISTI PRÆDIGATIO ET
MIRACULA.

CHRISTVS vocat discipulos ad Euangelii propa-
gationem. Ioh. 1.

Nuptiæ in Cana Galilææ, & primum Christi miracu-
lum Ioh. 2.

*Linia coniux Augusti Cesaris moritur etat. 86. Tat. Super-
uixit marito annis 15.*

D I S T A N T I Æ.

Est annus à partitione terræ 1500 : morte Adami
3970 : ministerio Noe 2464 : à diluuiq; irruente
7344 : vocatione Abraham 1977 ; instituta circumci-
sione 1952. exitu ex Aegypto 1547 : condito tēplo
Sālononis 1067 : eodem completo 1060 : capti-
uitate Babylonica 636 : ab eius fine 566 : condito
templo secūdo 548 : eodem perfecto 544 : migra-
tione Esæ 487 : ab amissa libertate sub Pompeio
9 : ab ablato sceptro per Herodem 66 : à renouato
templo per Herodem 48 : eodem dedicato 38. à
Roma condita 781 : à natq; Abraham 2950. compl.
à nato

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



CHRISTVS Ioanne nondum capto profectus in reliquam Iudæam ab Hierosolymis, docet & baptizat per discipulos. Ioan. 3. redit ex Iudæa in Galilæam, vbi transiens per Samariam colloquitur cum Samaritana ad fontem: in Cana Galilææ sanat filium Reguli.

Carcer Iohannis.

Petrus, Andreas, Iacobus & Ioannes solenniter vocantur à Christo.

Reliquæ historiæ miraculorum Christi petantur ex Euangelistarum narrationibus.

Ad hunc annum pertinere videntur pleræq; historiæ & conciones descriptæ à Mattheo c. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. Mar. 1. 2. Luc. 4. 5. 6. Ioan. 1. 2. 3. 4.

Vellei Paterculi historia Romana desinit.

Conferantur cum huius & superioris anni historiis ea quæ in libro Iosue cap. 4. dicuntur, de arca stãte in Iordane die 10. mens. 1. Videbis miram harmoniam, & dulcissimum consensum Veteris & Noui Testamenti. Item illa de 12. lapidibus, & de Iosua introducete Israëlitas in terrã promissam. Est autem hic à ducatu Iosue & morte Moïsi annus 1508: ab exitu 1548. à partitione terræ 1501: mundi secundi principio 2344.

4002 **SECUNDVM PASCCHA** Luc. 6. Mat. 12. Marci 2. vbi discipuli octavo à Paschate vellūt spicas. Ioannes è carcere ad Christum 2. legatos mittit Matt 11. Luc. 7. 32

Decollatio Iohannis anno 21. 31.

Christus sanat hominem qui 38. annis decubuerat. Ioan. 5.

Miraculum quinq; panum, descriptum ab omnibus Euangelistis.

Concio Christi in Capernaum. Ioan. 6.

Filius Viduæ in Nain & filia Iairi resuscitati.

Apostoli mittuntur à Christo ad prædicandum Euangelium.

Ad

Ad hunc annum pertinere videntur plerzq; histo-
riae Matt. cap. 12. 13. 14. 15. 16. Mat. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8.
Luc. 6. 7. 8. Ioan. 5. 6.

Seianus Roma vinctus & excruciatu perit, die 18. O-
ctobr à Drusi necē (cui ipse auctor fuerat) an. 8. Dio. Tac.

4003 **TERTIVM PASCCHA** Ioan. 6. Circa hoc pa- 33
scha incipit 490. annus hebdomadam **DANIELIS**, qui finitur anno sequenti circa tempus mor-
tis & resurrectionis Christi.

Transfiguratio Christi in monte sancto. Matth. 17.
Mar. 9. Luc. 9. 2. Pet. 1.

Iter Christi postremū in Iudæam plenum miraculis.

Ad hunc annum pertinere videntur plerzq; narra-
tiones Matth. 17. 18. 19. 20. Mar. 9. 10. Luc. 9. 10. 13.
17. 18. 19. Ioan. 7. 8. 9. 10.

Flaccus Aulius Aegypto praefuit an. 6.

Natus **OTTHO** Imp. 4. Cal. Maii. Sueton.

4004 *Olymp. 203. Cyclus Solis 143. V. C. 785.* 34

QVARTVM PASCCHA in quo Christus factus
est Pascha nostrum: de quo omnes Evangelistae.

Mortem Christi antecesserunt sequentes historiae.

Resuscitatio Lazari paucis diebus ante Pascha. Io. 11.

ⓑ Die sexto ante Pascha Christus cenat in domo Si-
monis leprosi & ungitur à Maria. Ioan. 12.

⊙ Die Palmarum ingreditur Hierosolymam insi-
dens asino. Matth. 21. Mar. 11. Luc. 19. Ioan. 12.

ⓓ Maledicit ficu. Matth. 21. Mar. 11.

♂ Videt ficum arefactam. Mar. 11.

♀ Iudas paciscitur cum Iudæis deliberantibus de ne-
cando Christo biduo ante Pascha. Matt. 26. Mar.
14. Luc. 22.

℥ Primo die azymorum ablegantur à Domino duo
discipuli paraturi Pascha. Sub vesperam edit Do-
minus cum discipulis agnum paschalem. Veteris
Testamenti Pascha abrogatur à Christo, instituē
te in locum illius sacrosanctam Noui Testamen-
ti **CENAM**. Loto pedum. Longa concio Christi
ad

ad discipulos descripta à Iohanne c.14.15.16.17.

¶ **HISTORIA PASSIONIS & MORTIS DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI.**

¶ Sabbathum Christi in sepulcro.

⊙ **RESURRECTIO DOMINI NOSTRI EX MORTE DIE 3.**

ACTA APOSTOLORVM descripta à Luca incipiunt, & capitib. 28. historiam annorum circiter 26. complectuntur: ab ascensione nimirum Domini vsq; ad an. Christi 59. Neronis 4.

ASCENSIO DOMINI in cælum die 40. à resurrectione.

Matthæ Apostoli electio in locum Iudæ proditoris. Act. 1.

FINIS hebdomadam Danielis.

PRIMA PENTECOSTE Novi Testamenti: in qua visibili specie in Apostolos effusus est Spiritus Sanctus, ad propagandam Evangelii doctrinam in toto orbe.

DISTANTIÆ.

Distat mors Christi à morte Adæ annis 3074. à translatione Enoch 3017: diluuiio 2348. uocatione Abrahamæ 1980. exitu ex Aegypto 1551. à condito templo Salomonis 1070. à reditu Israelitarum ex Babel sub Cyro 570. migratione Etræ 490. ablato sceptro per Herodem & regno eius in Ierusalem 70. condito templo secundo 552: eodem perfecto 548: à morte Moysis 1511: à primo anno sanctificationis totum fructuum terræ sanctæ 1500.

A concepto Christo ad ascensionem eius in cælum anni 34. dies 42.

Ann. 34. post ablatum sceptrum ab Herode natus est Messias: Rursus post 34. annos moriente Christo redditum est populo Dei regnum Spirituale & liberatio à peccato, morte & tyrannide Diaboli.

IOSEPHI TESTIMONIUM DE CHRISTO.

Purchase full membership to immediately unlock this page

DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'
Full Membership gives
access to 797,885 ancient
and modern, fiction and
non-fiction books.

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



*Valerius Maximus sub Tyberio vixit, & ei librum dictorum
& factorum memorabilium dedicauit, qui extat.*

Hic annus est ipsum medium inter natalem Christi
& inter excidium Hierosolymorum. vtrinq; 35.
Atq; paria propemodum sunt spacia à nato Chri-
sto ad Pauli conuersionem: Et inde ad mortem
Pauli: vtrinq; 34. vel 35 Pauli sane curriculo tri-
buuntur nostra supputatione 35: ab aliis 38.

4007 Pilatus Romam reuocatur ex Iudæa, ob iniustitiam 37
& crudelitatem. Nam à Samarorum gente apud
Vitellium accusatus fuerat de iniustis cædibus,
Ioseph.

Vitellius Orientis præfectus Hierosolymam venit
in festo Paschæ, reddit sacerdotibus sacras ve-
stes, à Sacerdotio remouet Caipham, & sufficit ei
Jonathan Annæ filium. Ios.

Agrippa maior Aristobuli filius Romam venit, & à
Tiberio in vincula conicitur. Ios.

4008 Olymp. 204. V. C. 789 Paulus triennio à conuersione 38
sua exacto vidit Petrum Hierosolymis, cumq; eo
mansit diebus 15 Gal. 1. Inde deductus Cæsaream
venit in Syriam & Tarsum. Act. 9.

TIBERIVS Imp. mor die 16 Martii, ætat. 78. cum impe-
rasset an 22. m. 7 d 7. Dio. A morte Iulii Cæsaris 80. Vi-
xit ante Christum conceptum 39 & 39 post Christum.
Desunt menses aliquot, quò minus anni 100. elapsi sint a
natali Augusti Cæsaris ad mortem Tyberii.

IMPERIVM CALIGULÆ.

AGRIPPA Maior Herodis Magni nepos à Caligu-
la ex carcere dimissus ad regnum Iudææ euchi-
tur: præst an. 7. Ioseph.

NOMEN CHRISTIANORVM

ANTIOCHIÆ ORTVM.

Iudæorum nomen erat appellatio populi DEI: es
nunc desinit reiecto populo illo propter contē-
ptum MESSIÆ, & mutatur in dulcissimum no-
men Christianorum (id est, vnctorum) atq; ita
Eccle-

Ecclesia Dicitur à Christo, in quem credit, & nomen & beneficia nomine ipso significata accipit.

Petrus Antiochenam Ecclesiam fundavit, ibiq; cathedram adeptus sedit an. 25. Euf.

NERO Imperator nascitur 15. Decembr. Dio. Sed Suetonius ad præcedentem.

IOSEPHVS historiz Iudaicæ Scriptor nascitur, ut ipse refert.

Regno Xerxi ad Imperium Tiberii 500. à morte illius ad mortem huius 500. compl.

4010 Herodes qui Ioannem iugulauerat, in exilium pellitur vnà cum Herodiade. ann. 9. à morte Baptiste, septimo à morte Christi, quem hic Herodes, irriserat die passionis. 40

Pilatus in multas incidens calamitates manu sua se interfecit, ut scribunt Roman. historici & Caligule Euf. Perit anno 7. à morte Christi, quæ ipse morti adiudicauerat, anno præfecturæ suæ 7. Cassiodorus etiam refert interitum Pilati ad 3. Caligulæ.

MATTHEVS Euangelium primus scribit in Iudæa. Eufeb.

Lucanus Poeta nasc. 3. Nouemb.

TITVS VESPASIANVS Iunior nasc. 39. Decembris Sequitur hic Dionem, qui ait: Titum vixisse, antequam imperaret, an. 39. mensib. 5. dieb 25. Suetonius autem refert ad annũ necis Caii 4012.

4011 Caligula Deum se facit, honoresq; diuinos polcit. 41
Præcipit Hierosolymis in templo collocari suam statuam. quod ne fieret diuinitus impeditum est Ioseph. Hinc ad excidium Ierusalem 30.

Legatio Philonis Iudæi doctissimi ad Caligulam, de qua Philo, Ioseph. & Eufeb.

Pleriq; veterum censuerunt, librum illum, qui in Bibliis Salomoni inscribitur Liber Sapientiæ, scriptum esse à Philone: ascribi autem Salomoni, ut libro conciliaretur autoritas. Est reprehensio tyrannidis & iniustitiæ, & cõmendatio verbi DEI.

4012 **CALIGVLA** interfectus 24. Ianuar. etat. 29. regni an. 3. 42
m. 9. d. 28. Dio. Atq; ita re ipsa comperit se non esse Deum,
qui Dei immortalis honorem ac titulum temere ac im-
piè usurpauerat.

4013 **IMPERIVM CLAVDII** à regno Cyri 600. 43
Martyrium Iacobi Maioris filii Zebedæi fratris Io-
 hannis Evangelistæ, quem interfecit Herodes
 Euseb. Hic Iacobus Maior putatur inter Apo-
 stolos primus fuisse coronatus martyrio.

Obserua I. Herodes Magnus interfecit infantes Berthe-
mitæ. II. Esus filius Herodes Antipas occidit Iohan-
nem Baptistam: III. Nepos Herodis Magni Agrippa
Maior necavit Iacobum Maiorem Apostolum.

4014 **PETRVS** ab Angelo liberatur ex carcere in huius 44
 anni Paschate. Act. 12. A secundo reditu Iudæo-
 rum ex Babel, duce Esra sacerdote 500.

Ann. 2. Claudii scribit Hieronymus, Petrū pfectum
 esse Romā ad expugnandum Simonē Magū; ibiq;
 Cathedram Sacerdotale tenuisse annis 25. vsq; ad
 vitimum annum Neronis. Idem habet Euf.

DECENNALIA MORTIS

CHRISTI.

Quo die ante decennium (sive iniens siue cōpletū)
 iacuerat Christus in sepulchro eo Apostolus Pe-
 trus expectavit sententiā mortis, nō iam abne-
 gans Christum, sed confessionem edens piā &
 constantē. Rursus sicut Dominus noctu ex morte
 resuscitatus, viuum sese exhibuerat discipulis, tri-
 stitiam eorum in lætitiā permutans: ita Petrus
 vinculis quasi mortis solut^{us}, educitur ab Angelo,
 dormientib. custodib. & incolumis reddit Eccle-
 siæ oranti. Cōsidera reliquas vtriusq; historie par-
 tes, videbis tēporū ac rerū harmoniā. Vtrūq;
 Angeli sunt administri lætissimorū euentū. Chri-
 sto surgente Angel^{us} lapidē reuoluit, resurrectionē
 Christi nunciat, custodes terret ac fugat: Hic An-
 gel^{us} custodes fallit, vincula soluit, carcerē aperit,
 Petrum

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



- Circa hunc annum Tiberius Alexander in Iudæa
Cuspis Fado successit. Ioseph. lib. 20. cap. 5.
- 4019 **V. C. 800. SYNODVS APOSTOLORVM** 49
Hierosolymis celebratur circa hæc tempora. Nã
Nazaraei in Antiochena Ecclesia contendebant,
non sufficere solam fidem ad salutem: sed legem,
circumcisionem & bona opera esse necessaria ad
salutem. Apostoli & seniores cõuenerunt, & col-
lectis suffragis confirmârunt articulum iustifica-
tionis, saluari nos per gratiam **I E S U C H R I S T I**.
Ex Synodo Paulus & Barnabas redeunt Antio-
chiam: ubi oritur inter eos dissidium. Act. 15.
- Herodes Rex Chalcidis moritur 8. Claudii, & Cu-
manus Tiber. Alexandro in Iudæa succedit: sub
hoc seditione exorta perierunt 30. millia Iudæo-
rum. Euseb.
- 4020 **Olymp. 207 V. C. 801.** 50
AGRIPPA Iunior Chalcidi præest an. 4. Ioseph.
Iudæi & Christiani Roma pulsati an. 9. Claudii. Orat.
Act. 18.
- Paulus Athenas venit: inde Corinthum, ubi manfit
an. 1. mens 6. Act. 17. 18.
- Duz Epistolæ ad Thessalonicenses scriptæ Athenis.
Luth.
- Nuptiæ Claudii Imp & Agrippina matris Neronis. Hæc A-
grippina persuadet Claudio. ut Neronem adoptet. Seneca
additur Neronis præceptor.*
- 4021 **Colonia Agrippina** nomen accepit ab Agrippina 51
Claudii Cælaris coniuge: quæ in hoc Vbiorum
oppido genita erat. Et hæc fuit mater Neronis
Imp. & postea vxor Claudii, à qua etiam Clau-
dius necatus putatur. Tacit.
- 4022 **Prior Epistola ad Corinthios** scripta circa hoc tem 52
pus Ephesi.
- DOMITIANVS** Imp. nasc. 24. Octob. Dio. Carda-
nus refert ad an. Christi 54.
- Magna frugū egestas, & prodigiosa ex ea famis orta est. Tac
Agrip-*

4023 Agrippæ adimit Herodes Chalcidam, eique donat
Philippi Terrarchiam. 53

Martyrium Philippi Apostoli, qui apud Hieropolin
Aſiæ ciuitatem dnm Euangelium populo nun-
ciaret, cruci affixus lapidibus opprimitur. Euf.

Cumanus ob prouinciam male administratam Ro-
mæ damnatur à Claudio & exilio mulctatur. Tac

4024 Olymp. 208. P. C 805.

Sublato Cumano Felix solus Iudææ præſt, cum an-
tea teſte Tacito partem Iudææ Cumanus, partem
Felix, apud quem poſtea cauſam dixit Paulus, te-
nuiffet. Et Paulus hoc nomine ſe felicem prædicat:
quod cauſam dicturus eſſet apud Felicem, cui diu
verſato in ea prouincia notæ eſſent res Iudæicæ.

Nuptia Neroni & Octauia filia Imper. Claudii. Tac.

Epiftola Pauli ad Romanos Corinthi ſcripta, & per
Phœben miſſa: à uocatione Abrahæ 2000. Hæc
Epiftola eſt Sacræ Scripturæ Canon.

Ægyptius propheta concitat Iudæos Euf.

TRAIANVS Imp circa hunc annū natus putatur.

4025 Paulus Hieroſolymam uenit circa Pentecoſten, ibi- 55
que ligatur Act. 21. à conuerſione Pauli 21: alii ad
an. ſuperiorem, qui eſt 13. Claudii.

Claudius Imp. moritur die 13. Octobr et 64. regni 13. menſ.

- 8 d. 20. Die à monarchia Iulii Caſaris an. 100. complet.

is. Quinq, igitur monarchæ, Iulius, Auguſtus, Tiberius,
Caligula & Claudius, cōpleuerunt in imperio annos 100

Dionis hiftoria deſinit Paterps Xiphilinus hiftoriam Dio-
niū continuat per annos 175.

NERONIS IMPERIVM.

NERO ſalutatur Imp. natus annos 17. Sueton.

4026 Nero Felici ſucceſſorem dedit Porcium Feſtum, a- 56
pud quem cū præſente Agrippa Rege cauſam di-
xiſſet Paulus, quoniam ad Cæſarem prouocauit
rat, uinctus Romam miſſus eſt. Act. 25 26.

Feſtus Felici ſuccedit in præfectura ſeu gubernatio-
ne Iudææ. Act 24 Ioſ.

- Pauli navigatio & naufragiū in eunte hyeme. Act. 27.
 Huc pertinet Tragedia Seneca, Octavia. Nam hoc anno Britannicus Claudii Imp. filius & Octavia frater veneno necatus est à Nerone, aetate annum agens 14. Tac. Seneca igitur Tragedia Octaviae deplorat mortem Britannici.
- 4027 F. C. 808. Paulus Apostolus Romam venit, ibique biennio in libera custodia mansit, quodidie disputans contra Iudæos. Act. 28. 57
- 4028 Olymp. 209 F. C. 809. 58
 Paulus Romæ ex vinculis scripsit Epistolam ad Ephesios, Philippenses, Colossenses & Philemonem, &c. Aliqui idem affirmant de Epistola ad Galatas & secunda ad Timotheum.
- 4029 Desinunt Acta Apostolorum ann. 4. Neronis. 59
 Paulus desertus ab omnibus causam coram Nerone dicit, & præsidio Dei liberatur ex ore Leonis. Inde salutatis primùm Ecclesis Syriæ, Asiæ & Græciæ, perrexit in partes Occidentis, Italiam, Galliam & Hispaniam, prædicans Evangelium circiter decennium vsq; ad obitum.
- 4030 *Annus F. clausus Goltzoni.*
 Nero matrem Agrippinam interfecit. Tac. 60
 Eclipsis Solis 30. April. Plin. Tac.
 Primum Neronis quinquennium desinit.
 Suetonius narrat Chaldaeos prædixisse Neroni imperium & matris parricidium: quod cum illa audisset, dixit: Occidat, dum modò imperet.
- Annus à morte Davidis & regno Salomonis 1100.
 ab imperio Augusti 101.
- 4032 Festus Iudææ præses mor. Ei mittitur successor Albinus. Euseb. 62
- 4033 * I A C O B U S Minor Episcopus Ierosolymitanus 63
 frater Domini dictus Iustus & Oblias, qui putatur fuisse filius Mariæ illius, quæ fuit soror Mariæ Domini, martyrio coronatur. dum Albinus est in itinere. E templi fastigio præcipitatus dicit, atq; inter lapidâdû fullonis fuisse percussus atq; occisus.
- Inter

Purchase full membership to immediately unlock this page

DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'
Full Membership gives
access to 797,885 ancient
and modern, fiction and
non-fiction books.

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



Fulminis in morem quæ sunt miranda citentur,
Hæc vero sapiet, dictio quæ feriet.

Nero alteram conjugem Poppaam necat.

Florus Iudææ præest, fax belli Iudaici. Iosephus copulat annum 2. Flori cum 12. Neronis.

4037 *Nero virtutem ipsam extinguere cupit. Tac.* 67

Iudæi à Romanis deficiunt: Vnde ortum est bellum Iudaicum anno 12. Neronis: 2. Flori: 17. Agrippæ minoris. Ios.

I O S E P H I historia de antiquitatibus Iudaicis hinc desinit. Itaq; 20. libris complexus est à mundo condito ad 12. Neronis, historiam annorum 4037.

4038 **BELLVM IVDÆICVM.** 68

De hoc bello Iosephus, Iosippus, Egesippus, Tacitus, &c.

Anno 13 Neronis mense Maio primum illata est in Iudæam Aquila Romana, quæ est signum in vexillis Romanorum: atq; ita in terra sancta conspecta est abominatio (de qua Christus prædixit) desolationem futuram portendens. Hinc ad exciditum urbis & templi intercesserunt anni tres cum dimidio, de quo tempore Daniel & Christus prædixerant.

Bellum Romanorum aduersus Iudæos gestum duce Fl. Vespasiano, qui hoc anno primum cum exercitu Iudæam inuasit mense Maio.

Deuteronomii 28. Moses gentem Romanam comparat aquilæ terram Iudaicam inuolanti: quasi respiciens ad huius anni euentum.

* Ecclesia Christi diuinitus monita migrat Hierosolymis in oppidum Pellam trans Iordanem: ut ablatis ex vrbe sanctis & iustis viris, vindictæ cælesti fieret locus. Euseb.

Simon Samaritanus, quem Petrus confutauit, Romæ à Nerone pro Deo est habitus. Aliquando in cælum subuolare conatus est, sed orantib. Petro & Paulo deturbatus. Egesip. Tertul.

* **Petrus & Paulus** Apostoli à Nerone martyrio coronantur. Petrus dicitur crucifixus pedibus in celum erectis. Paulus verò capite truncatus 29. Iulii. Onuphr. Panuin. ex Damaso in cōment. fast. lib. 2. ponit diem 29 Iulii. Alii aliter.

Hinc incipit ROMANORVM PONTIFICVM series quam lector in Bāmbol. Platina historia & Onuphris Panuin. Epitome aliorumq; scriptis commodissime petere & cognoscere poterit.

Josephus historiarum iudaeae scriptor captus à Romanis circa Calend. Iulii, praedicat Vespasiano imperium: ideoq; tractatur clementius. Ios.

4039 **Nero** sibi mortem consciscit gladio 16. Iunii; aet. 31. imperii 69
an. 13. m. 8. Die. Gladio Christianos persecutus fuerat, Nunc gladio suo perit. Exincto Nerone defuncto Iulio & Augusti Caesarum progenies, & imperii successio in alias familias translata est. A monarchia Iulii usq; ad hunc annum 115: Ab imperio Augusti 110: ab eius morte 54.

Linus post Petrum Apostolum primus Romanam Ecclesiam tenuit annis 11. Eius: Alii aliter.

4040 **Galba, Ottho & Vitellius** Imp. perenne. Galba 7 imperii mē- 70
se capite truncatur in medio urbis Romanae foris mens. Ian. Ottho mense 3. regno apud Bebriacum seipsum perimit. Vitellius mense 8. imperii interfectus in Tiberim proicitur.

VESPASIANI IMPERIVM.

Vespasianus in Iudaea ab exercitu appellatur Imperator, Cal. Iulii.

Suprà dictum est, quinque Monarchas complevisse annos 100. Hic verò vniui anni & paucorum mensium spacio perierunt quatuor Imp. quibus quintus supervixit ac successit in imperio Vespasianus.

Vespasianus Romam navigans filio Tito bellu Iudaeici curam commendat. Estq; hic annus à diluvio Deucalionis 1600. à bello Peloponnesiaco 600.

Capitolium Roma constegruit. Cremona excisa, cum stetit set annos 286. Tac.

Antiochie secundus Episcopus ordinatur Ignastus.

V. C. 822. V. Ispasianus pater II. Traiani filius Cass.

EXCIDIVM HIEROSOLYMORVM.

Obsidio cepit in Paschate: Templum conflagrauit
10. Augusti, cum stetit annis 389. vrbis incensa
est 2. Septemb. 106.

FINIS REGNI IVDÆI Quod durauit à vo-

catione Abrahæ 2018: à diluuio 2385: exitu ex Æ-
gypto 1588: partitione terræ sub Iosua 1541: à mor-
te Moïse 1548: à regno Davidis in Ierusalem 1144:

Estq; hic annus à priore desolatione Templi &
vrbis sub Nehucadnezare 676. id est, vicies sexies
viciesimus sextus: à fine captiuitatis Babylonice

606: ab erecto tabernaculo in deserto 1587: con-
dito templo Salomonis 1108: eodem perfecto &
dedicato 1100: à capta Samaria, & abductis 10. tri-

butibus (inclusiue) 810: à perfecta regia Salomonis
1088. ab initio regni Cyri 629: condito templo
secundo sub Dario 529. complet. 590. incoat: ab

eodem templo perfecto 585: à concessione Dari
de templo extruendo 588: à migratione Esæ 528:
à reparata ierusalem sub Nehemia 514: à monarchia

Alexandri 400: Augusti 100: à regno Herodis &
capta vrbe Ierusalem (et rectè annotat Iosephus)
107: à ministerio Baptistæ 42: à Baptismo Christi

41: à morte & ascensione Christi 38. incoato: à re-
nouato téplo sub Herode 88: ab ei' dedicatiõe 79.

Iosephus refert, fame & gladio petisse vndecies cē-
tena millia hominum, & centum millia vendita.
Tacitus scribit, intra urbem tunc conclusa fuisse sex-

centa millia hominum. Tot exierant ex Ægypto.
*Roma Capitolium, quod anno superiore crematum fuerat,
reparari cepit die 21. Iunii. Destructo Capitolio Hiero-*

solymitano surgit Romanum.

Desinet historia Augusti Cornelii Taciti.

Videat lector temporum harmonias.
I. Completo 70. anno captiuitatis Babylonice exi-
bant

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



I N D E X

156	4048	Olymp. 214. V. C. 829. Plinius hoc anno scripsit librum suum.	78
	4050	IVBILÆVS MVNDI 81. Mosis 31. A baptismo Christi Iubilæus primus. V. C. 831. VESPASIANVS MAIOR Imp. moritur 24. Iunii æt. 70. imperii an. 10. minus 6. diebus. TITIVESPASIANI IMPERIVM. A regno Samuelis 1200. Davidis 1150. Salomonis 1120. morte Salomonis 1080. a regno Dami Hista spis (sub quo conditum est Ierololymis templum secun- dum, ab hoc Tito Vespasiano desolatum) 600. Vesuvius mons in Campania ruptus in vertice, tantum ex se iesit incendii, ut regionis vicinas & vrbes cum homini- bus exiret, & ipse totus confligaret. Dio. Euseb.	80
	4051	Plinius moritur æt. 56. 2. Nouemb. Multa Romæ adificia & templa igni consumta sunt. Dio.	81
	4052	Olymp. 215. V. C. 833. TITVS VESPASIANVS Imper. moritur die 13. Se- ptemb. æt. 42. cum imperasset an. 2. mens. 2. d. 70. Dio. A condita templo secundo (quod Titus Vespasianus destru- xit) 600. Hic moriens, se vni tantum rei penitere dixit: id autem quid esset non aperuit: nec quisquam certo no- uit, aliud alii coniectantibus. Dio.	82
		IMPERIVM DOMITIANI.	
	4056	Olymp. 216. V. C. 837 A ditiuo 2400. Secundus Alexandrinæ Ecclesiæ constituitur Epi- scopus Abilius, qui præfuit antiis 13 Euf.	86
	4057	Primus ager Capitolinus, qui quoties quadragesimo exacto repetebatur, institutus est a quo Censura ad sua tem- pora numerat 38. compleret ægones, id est annis 152. Vide 4209.	87
	4058	M Eab Quintilianus Romæ docet quem Valla non dubita- uit lumen Romana loquentia discere. (V ad.) Martialis Poeta floret. Primus Domitianus Dominum se & Deum appellari iussit. Euf. Sueton.	88
	4059	Ludi seculares VII facti. Censorinus.	89

- 4064 Olymp. 218. V. C. 845. 94
CLEMENS prae fuit Ecclesiae Romanae annis 9. *Enf.*
Proclus Lytus auctor Sphaerae & Commentator Euclidis floruit.
- 4065 Iosephus historiam Iudaicam scribit et. 56. (plus plus) 95
 nus completo) à captivitate Babylonica 700, ab
 eiu sine 630. ab excidio Ierosolymae 24. anno 13.
 Domitiani.
- 4066 **SECUNDA PERSECUTIO Christianorum** 96
 sub Domitiano.
IOHANNES Apostolus cum in oleo ignito demer-
 lus nihil passus esset, in Pathnum relegatus, ubi
 vixit Apocalyp. *Enf.*
 Cedrenus hic refert martyrum Timothei.
Statis Poeta floruit, qui celebrat 17. Consulatum Domi-
tiani.
- 4067 **DOMITIANVS** Imp. occisus à libertis suis die 18. Septemb. 97
 cum vixisset an. 44. m. 10. d. 26. & imperasset an. 15. d. 5.
 Do. A morte Iulii Cas. 140. inclusivè. Hic quoq. sanctam
 in Christianis exercuerat: tunc exitum sui facinoribus
 dignum sortitur.
- IMPERIVM NERVÆ.**
SVETONII historia desinit, qua complectitur annos à
 Monarchia Iulii 243.
- 4068 Olymp. 219. V. C. 849. 98
IOHANNES Evangelista ab exilio redi Ephesum.
 Traianus à Nerua adoptatur & Caesar appellatur, Tribuni-
 tianq. potestatem accepit.
 Cornelius Tacitus hoc anno fuit Cos. successus.
 Iulius Frontinus, cuius scripta extant, aqua ductibus Roma
 praecipitur.
- 4069 **NERVA** Imp. mor. 27. Ian. at. 66. Imperii an. 1. mens. 4. d. 99
 9. Dio.
 Aurelius Victor Eclipsin Solis conspectam esse ait die obitum
 Nerua.
- TRAIANI IMPERIVM:** quod duravit ann.
 19. mens. 6. d. 15. Dio. Sed videntur ordiendi ab
 anno

I N D E X

anno superiore, quo à Nerua adoptatus est & Trib. pot. accepit: alioquin non congruent anni sequentium Imp. à Ptolemæo annotati.

I O H A N N E S Euangelium scribit. Hieron:

Carolinus Tacitus hoc tempore scripsit historiam de moribus Germanorum, quia in eo libro numerat 210. annos à primo bello Romanorum cum Cimbris vsq. ad secundum Traiani Consulatum, qui huic anno concurrit.

4070 **V. C. 851.** Hoc anno Traianus Consulatum tertium, qui ei vniuersi Imperatori debebatur, recusavit: ut auctor est Plinius secundus in Panegyrico: Nimirum Traianus ignorans cessit gloriam CHRISTO: cuius anno centesimo suam reliquit dignitatem, ut eius celebritas soli Ecclesie DEI reseruata, non in aliam quam in CHRISTVM Dominum transferretur quem admodum & Augustus ante annos 100. ipse natalis CHRISTI tempore, omnibus suis Consulatus finem imponit, & ab honore illo deinceps prorsus abstinuit.

I O H A N N E S Euangelista moritur Ephesi. ann. : Traiani. Eu. 21. (ut putatur) 89. aut 91. &c. Post excidium Hierosolymorum 30. incunte: à baptismo Christi & vocauone Iohannis ad Apostolatatum 70 Hieronymus ab anno CHRISTI 32. completo vel 33. currente (qui est est annus mortis CHRISTI) ad obitum Iohannis numerat 68: id est 68 ad 32. concurret Hieronymo excessus Iohannis cum anno N. G. 100: qui est à morte Salom. 1100. à natali Abrahamæ 2121.

Claudit itaq; beata mors S. Iohannis Euangelistæ primum CHRISTI centenarium.

4071 **Hoc tempore floruerunt: PLUTARCHVS** Cheroneusis, 101
qui egregia ingenii, doctrinaq. sua monumenta post se reliquit, clarorum virorum vitas, & moralia: Item: L. FLORVS, qui Luuii Epitomen edidit: Et PLINIUS Secundus, qui fuit alterius Plinii, naturalis historia scriptorū nepos ex sorore cuius hodie quoq. panegyricus ad Traianum & Epistola extant. TER

Purchase full membership to immediately unlock this page

DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'
Full Membership gives
access to 797,885 ancient
and modern, fiction and
non-fiction books.

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



Christianus cum odio habeatur à mundo, diligitur à Deo. Melius mihi emori propter Christum, quam imperare finibus terra. Vita sine Christo mors est. Meus amor crucifixus est. Non est in me incendiū quippiam amans: sed aqua viva saliens in me intus mihi dicit: Veni ad patrem.

- 4080 **PLINIUS** Secundus cum provinciam Bithyniam re- 110
geret, & in magistratu suo multos Christianorū interfecisset, multitudine & constantia eorum perterritus, quaesivit à Traiano, quid facto opus esset, allegans praeter obstinationem non sacrificandi, nihil aliud se de sacris eorum comperisse, quam ceteros antelucanos ad canendum caudam **CURISTO** Deo: & ad confederandam disciplinam vetari ab us homicidia, furta, adulectia, latrocinia, &c. Ad quae commotus Traianus rescripsit, Christianos inquirendos non esse: oblatos vero puniri oportere. Tertullianus in Apol. Euleb. lib. 3. Orosius & alii. Taxat autem Tertullianus edicti Imperatorum absurditatem in hunc modum: *Rescripsit Traianus Christianos inquirendos non esse: oblatos vero puniri oportere. O sententia necessitate confusam. Negat inquirendos ut innocentes: & mandat puniendos ut nocentes: parca, & saeva: dissimulat, & animadvertit. Quid te ipsum censura circumspicis? si damnas, cur non & inquiris? si non inquiris, cur non & absoluis? Latronibus vestigandis per universas provincias militaris statio fertur in reos Maestatu & publicos hostes annuus homo miles est. Solum Christianū inquiri non licet offerri licet: quasi aliud actura esset inquisitio quam oblatio? Ibidem ait, in Christianis Nomē damnari & puniri non crimen, aut scelus: solum nomen innocuum, hominibus innocuis, esse pro crimine propter quod plectantur.*

- 4081 *Terra motus ingens, quem Dio prolixè describit, Antiochiam 112
concussit ac pene totā subvertit, anno aera Antiochena, 159.
Euagr lib 2 cap. 11. vide annum Christi 458.*

- 4085 *Columna Traiani, quae hodie Roma visitur, exstructa est hoc 115
tempore.*

tempore: quod indicat numerus XV II. Tribunitia potestatis Traiani inscriptus columna.

1086

Anno 18. Traiani, Iudæi in Lybia, Aegypto aliisque locis cōcitata seditione tumultuari ceperunt: sed à gentilib. superati & repressi sunt. Cumq, in Mesopotamia bellum aduersus incolas redintegrarent, Traianus præcepit L. Quietō, vt eos prouincia exterminaret: aduersus quos Quietus aciem instruens, infinita millia eorum interfecit, & ob hoc procurator Iudææ ab Imp. constitutus est. Euf. lib. 4. Vide Dionem & Spartianum.

116

1088

TRAIANVS Imp. moritur circa diem 11 Aug. æt. 64. Imperii 19. m. 6. d. 15. Dio Hic à Senatu adpellatus est Princeps optimus Encomium eius vide apud Dionem: ubi & illud recitatur: Cùm Prætoris præfectum designaret, perrecto gladio Traianus dixit: Hunc gladium pro me dstrings, donec iustè imperaero: si iniuste imperaero, in me eum stringito. Fuit primus eorum qui ex peregrinis, extra Italiam natis, facti sunt imperatores. Plutarcho vsus est familiariter. In imperio is a se gessit, vt nouis Imp. postea acclamatum sit: Augusto felicior: Traiano probior. Eutropius inter alia eius egregia dicta hoc quoque commemorat: Amicis culpantibus, quid uisus erga omnes comu esset, respondit: Talem se Imp. esse priuatis, quales esse sibi Imperatores priuatus optasset.

118

ADRIANI IMPERIVM.

Hic obserua disfidium Chronologicum: quia Ptolemaus, Gerhartho Merc. & alii cadit initium imperii Adriani in annum N. C. 117. Romani uero scriptoribus in 118. Dicitur hoc disfidium vsq, ad annum N. C. 162. Nos etsi ex Romanis scriptoribus euentus quosdam hic consignauimus: tamen Lecteri nequaquam aduersabimur, si alteram illam rationem sequetur, modò nostram dispositionem cum iusta latitudine accipiendam & quibus hanc annis suos euentus adscribendos & reddendos esse meminerit.

4096 **Quadratus** Apostolorum discipulus, & Aristides, 126
pro religione Christiana scriptos libros Adriano
Imp. exhibent. Euf. l. 4. c. 3.

De hoc Hieronymus: *Quadratus Adriano Imp. porrexit
librum pro religione Christiana compositum, valde vis-
lem, plenumque rationis & fidei, & Apostolica doctrina
dignum. in quo & antiquitatem suae aetatis ostendens ait,
plurimos à se visos, qui sub Domino variis in Iudaea op-
pressi calamitatibus sanati fuerant, & qui à mortuis re-
surrexerant.*

Euseb. l. 3. scribit, hac aetate vixisse Papiam Episco-
pum Hierapolitanum, qui Apostolorum disci-
pulos audierit, & scripserit, se ex Philippi filiabus
audisse, suo tempore quendam ex morte esse ex-
citarum: Et quod non minus habet admiratio-
nis, Iustum Barsabam (de quo Act. 1) propter gra-
tiam ipsi à Domino tributam, nihil molestiae aut
incommodi pertulisse, cum venenum mortife-
rum ebibisset.

4097 **Hu tempore** Serennius Gracianus legatus, vir apprime 127
nobilis, literas ad Imp. mittit, iniquissimum esse dicens,
clamoribus vulgi innocentium Christianorum sanguinem
concedi, & sine villo crimine, nominis tantum & sectae
reos fieri. Quibus commotus Adrianus Minutio Fundano
proconsuli Asiae scripsit, sine obiectu criminum aut proba-
tione, Christianos non condemnandos cuius Epistola usque
ad nostram memoriam durat exemplum Euf. lib. 4

Lampridius in vita Alexandri Severi scribit, Adrianum
Imp. voluisse Christo templum extruere, & iussisse, ut in
ciuitatibus templa sine simulacris (nimirum in Christia-
norum usum) ponerentur: sed prohibitum ab aliquibus
qui dixerant si id fieret, omnes Deorum templa desertu-
ros, & Christianam religionem amplexuros

4100 **Hoc tempore** clari fuerunt Aquila interpretes Bibliorum: 130
Suetonius historicus, qui fuit Magister Epistolarum A-
driani & Phlegon Chronographus Item Iurisconsulti,
P. Iulianus Celsus, Neratius Priscus, & Domitius La-
beo.

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



Iudaico & rebus Iudæorum penitus oppressis, ingressu urbis Ierusalem Iudæis interdixit, & ut facilius arcerentur, non solum mutata veteri adpellatione Hierosolymam de suo nomine Aeliam nominavit, sed etiam portæ, qua Bethlehemum itur, suum marmoreum sculpturum imponi iussit, ut intelligeretur, Romanæ potestati Iudæos subiacere, & politiam Mosaicam cum Metropolis suæ ruina redactam esse in nihilum, effusa iam super eam finali perpetuaq, vastitate, quam eis ante annos 670. Daniel prædixerat. atq, ita certò iam sciretur, spem omnem Iudæorum de Messie adventu extinctam, Hierosolymæq, rudibus obrutam ac sepultam esse. Ideoq, Adrianus Christianus & alius gentibus urbem Ierusalem inhabitandam dedit. Nam Iudæorum calamitatibus accrescentibus, eorumq, rebus ac spebus accisis, Ecclesiam CHRISTI florere, augescere & amplificari oportuit: & ut brevius dicam, Iudæos in exhibitu Messie testimoniū e sua patria eradicari & Christianos in ea plārari oportuit, quod & CHRISTVS prædixerat, dicens Ierusalem calcabitur a gentib. Lucæ 21. Eusebius in historia Ecclesiastica, & in Chronicis bellum hoc ad tres fermè annos refert, nèpe ad 16. 17. & 18. Adriani, id est, ad annos Nati CHRISTI 133. 134. & 135. Vbi obleruet lector, quoquo modo ista in annos CHRISTI distribuatur, incurtere hanc Iudæorum internecionem in annum mortis Christi centesimum, & excidii sub Tito 63 Tantam itaq, cladem & alterum quodammodo excidium Iudææ attulit mors Christi anno centesimo post, quā illi furentes clamauerant Sanguis eius super nos & super filios nostros.

4109 **ADRIANVS** Imp moritur 10. Iul. cum vixisset annos 62. 139
 m 5 d 19 & imperasset an. 20. m. 11. Dio. Spartian. Mortuus pronunciauit hos versus à doctrina Christiana alienos:

Animula vagula blandula
 Hospes comesq; corporis
 Quæ nunc abibis in loca?
 Pallidula, rigida, nudula,
 Nec ut loles dabis iocos.

ANTONINI IMPERIVM.

Hic Imp. crebrò in ore habuit illud Scipionis Africani maioris : Malle se vnum ciuem seruare, quàm mille hostes occidere. Plura de eo Iulius Capitolinus.

GALENVS Medicus præstantiss clarus. Item **SALVIVS IVLIANVS** Iurisconsultus : & **IUSTINVS** historicus, qui Trogi Pompeii libros in compendium redegit.

4111 *Hoc anno desinunt obseruationes Ptolemai Mathematici excellentissimi, qui hoc tempore vixit, & in Almagesto nobis conseruauit consignationem annorum 887. à Nabonassaris principio vsque ad hunc annum : ante natum Christum 746 post natum Christum 141.* **141**

IUSTINVS Philosophus librum pro Christiana religione conscriptum tradidit Antonino. Verba Iustini in colloquio cum Tryphone Iudæo, de sanctorum temporum Miraculis per nomen Domini nostri **IESV CHRISTI** editis: **ROGAMUS DEVM** continuè, ut a demonibus, pietatis hostibus, quæ quondam adorabamus, nos per **IESVM CHRISTVM** conseruet. illum enim adiutorem & liberatorem vocamus, cuius etiam nominis vim timent demonia tremunt. Et hodie etiam adiurata per nomen **IESV CHRISTI** crucifixi sub Pontio Pilato, imperata faciunt. Vnde liquet, quòd pater tantam ei potestatem dederit, quantam demonia formidant subdita illius nomini & præterita passionis eius dispensationis. Quòd si hoc passionis consilium tantam potestatem mox protulit, & nunc etiam profert: quid futurum est, cum veniet in gloria? Et paulo post: Nunc quoq; nos, qui in **IESVM CHRISTVM** Dominum nostrum credimus, demones omnes & Spiritus malos adiuratos eijcimus, & imperata facere cogimus. Idem: Per nomen **IESV CHRISTI** adiurata

qualibet demonia vincuntur & imperata faciunt: quasi vos Iudaei adiuveris per omnia nomina vestrorum Regum, Prophetarum, Patriarcharum & iustorum: nullum non contumaxerit. Ibidem: CHRISTVS natus est in salutem fidelium hominum, & interitum demonum: quod etiam nunc videre licet. Multos enim arreptitios per totum orbem, & in hac ipsa ciuitate multi ex nostris Christianis adiuuatos per nomen IESV CHRISTI sanarunt, quos nec adiuuatores alii nec incantatores, expiatoresque, sanare potuerant. & adhuc sanare pergunt, demonia profligando ex obsessu hominibus. Huius Iustini Philosophi & Martyris meminerunt Tertullianus, & Irenaeus l. 4. c. 14. Idem Iustinus ritum iniciandi Christianos, suo tempore vsitatum ita describit Quotquot credunt haec quae docemus vera esse, & ad eum modum viuere pollicentur, ante omnia discunt precibus & ieiuniis petere à DEO praeuiciorum peccatorum veniam, nobis unà preces ieiuniaque iungentibus. Deinde ad aquam à nobis ducuntur, & renascuntur eo modo, quo & nos renati sumus. Nam in nomine Patris omnium dominique DEI, & Seruatoris nostri IESV CHRISTI, & Spiritus Sancti, in aqua tunc lauantur. Hominem sic ablutum ac institutum ad fratres adducimus, ubi ceteris fiunt, ut tam pro nobis quam pro ceteris illustrato precemur, ut inueniamur per veram doctrinam & bona opera digni obseruatores & custodes mandatorum, & ut salutem aeternam assequamur. Post precationem nos salutamus osculo mutuo. Deinde adfertur praecipuo fratri panis & calix aqua dilutus: quibus acceptis laudem & gratiarum actionem Patri omnium offert per nomen Filii & Sancti Spiritus: atque ita Eucharistiam aliquandiu celebrat. Post preces & Eucharistiam totus ceteris accinit Amen. Absoluta gratiarum actione praefatus, Diaconi quos vocamus, dant singulis praesentibus partem panis & calicis diluti, super quos facta est gratiarum actio: atque etiam

Purchase full membership to immediately unlock this page

DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'
Full Membership gives
access to 797,885 ancient
and modern, fiction and
non-fiction books.

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



4129 Sub Aniceto Rom. Pontifice POLYCARPVS, qui 159
 nonnullos Apostolorum magistros habuerat,
 Romam venit, plurimosq; hæreticorum Marcio-
 nis & Valentini persuasione deceptos, ad veram
 fidem reduxit. Hunc Irenæus in prima sua ætate
 se vidisse ait admodum senem. Et addit: *Sunt qui
 audierunt Polycarpum dicentem, quod Iohannes Domi-
 nus discipulus abiens lavari, cùm vidisset intus Cerin-
 thum, exierit de balneo non lotus, dicens: quod timeat, ne
 balneum concidat, cùm intus esset Cerinthus inimicus
 veritatis. Ipse etiam Polycarpus aliquando Marcioni oc-
 currenti sibi & dicenti: Cognosce nos: respondit Cognosco
 te primogenitum Satanae.* Hæc Iren. lib. 3. cap. 3. Eu-
 seb. 4.

Hoc tempore vixit Egesippus Iudæus ad CHRIS-
 TUM cõnuersus, qui libris quinque historiam Ec-
 clesiæ CHRISTI ad sua usque tempora comple-
 xus est.

4132 Antoninus Pius Imp. mortuus 7. Martii aet. 75. imperii an 162
 23. alii 24. Onuph.

ANTONINI PHILOSOPHI IMPE- RIVM.

Cum Antonino simul imperavit L. Aurelius Verus. Nam
 tunc primum Romanum imperium duos Augustos simul
 habere cepit Capitol Euseb. Antoninus Philosophus nun-
 quam mutavit vultum merore vel gaudio, ut actor est
 Capitolinus. De eodem sic inquit Dio. Verè fuit vir bonus,
 & equabilis in omni vita, nec vlla vnquam in re immu-
 tatus est. nihil in eo fictum aut simulatum fuit. Magnas
 ei adiumentum attulerunt bonæ artes. Nam Philosophiæ
 præceptis imbutus fuit, unde & Philosophi nomen sortitus
 est.

4138 QVARTA PERSECVTIO aduersus Chri 168
 stianos in Asia orta est, in qua igni traditus, & Mar-
 tyrii corona condecoratus est vir sanctissimus
 POLYCARPVS, Iohannis Apostoli discipulus, &
 Episcopus Smyrnenfis: agens annum ætatis 86.
 Quam

Quam historiam luculentissimè descriptam reperies apud Euf. 4. Polycarpi quidem mortem ad euntis confessio, & rogam conscendentis, atque flammam expectantis ardentissima precatio digna est, quæ à piis omnib. cognoscatur & menti imprimatur.

IUSTINVS Philosophus & Martyr, cuius scripta etiãnum cum fructu multo leguntur, pro CHRISTI doctrina sanguinem fudit. Euf. 4. Alii referunt eius Martyrium ad tempora Antonini Pii: sed Hieronymus in Catalogo scribit, cum successoribus Pii exhibuisse Apologiam pro Christianis.

Sub Antonino Philosopho etiam in Gallia grauis & acerba persecutionis procella multos martyres absorpsit: vt Maturum, Pothenum, Attalum & Blandinam, quæ inter varia tormenta subinde exclamauit: Christiana sum. qua voce ita se recreauit, vt ad cruciatus constanter perferendos animus eius subinde nouis viribus, diuinoq; robore augetetur Euf. 5. c. 1.

4140 L. Aurelius Verus Imp. anno regni sui 9. apoplexia 170
extinctus est Euf. Capitol. Eo defuncto Marcus Antoninus Philosoph imperauit solus.

4145 Historia de Romanorum Germanica siti, Christia- 175
norum precibus imbre impetrato, discussa.

Cum M. Antoninus exercitus diebus 5. aqua penuria laborasset, & milites in angustiis montium Germanicæ à Quado circumclusi, siti propemodum conficerentur, Imperatorem anxium & consternatum adit præfectus prætorio, dicitans nihil esse quod Christiani precibus impetrare non possint à DEO: & esse in legione XII. cohortem milium, qui omnes CHRISTVM colerent. Hæc cognita Antoninus petiit ab eis, vt DEO suo supplicarent. Quod cum illi positus in terra genibus & ad CHRISTVM profusis precibus fecissent, subindè pluuia largissima diuinitus missa est, qua Romani, aquam ore & scutis excipientes, recreati sunt, cum è contrario Quados aliosque

Germania populos fulmina persequerentur Quare obstupefactus Imperator, Christianos magnè adfecit honoribus : & in perpetuam rei memoriam legionem eam, in qua illi militabant, nominavit fulminatricem, græcè κραινοβόλον. Sic Quadi Christianorum beneficio à Romanis victi sunt, & M. Antoninus Imperator VII. appellatus est. Vide Capitolinum, Dionem, Tertull. in Apologes & ad Scipulam, Euf. s. Orosium, &c.

Extant etiam literæ Marci Imp quibus rem omnem Senatui Rom. exponit, & Christianorum precibus diuinum istud beneficium acceptum referendum esse testatur. *Credibile est, inquit, Christianos licet eos impios existimemus, Deum pro munimento habere in pectore : Simul enim atque hūmī sese abiecerunt, & preces fuerunt ad ignotum mihi DEVM, statim è caelo pluuia delapsa est, in nos quidem frigidissima, in nostros verò hostes grando & fulmina : eorumq; orationibus ac precibus statim DEVS preesto fuit, qui neque vinci neq; expugnari potest. Quamobrem concedamus talibus, vt sint Christiani, ne quæ tela eius generis contra nos petant & impetrent Hæc Antoninus.*

4148 *Hac ætate IRENÆVS Ecclesiæ Lugdunensis Episcopus, & Polycarpi auditor, contra hæreticos scripsit libros qui extant. Dicit alicubi se ista scribere, Romanam sedem tenente quoddecimo Episcopo Eleutherio, qui hoc tempore pontificatum gessit Irenæi etiam temporibus adhuc durasse donum eiciendi dæmonia, & sanandi multos, testatur ipse lib 2 aduersus hæreses: Nemo potest, inquit, numerum dicere gratiarum, quas per vniuersum mundum Ecclesia à DEO accipiens, in nomine IESV CHRISTI sub Pontio Pilato crucifixi per singulos dies in opitulationem gentium perficit, &c. nec inuocationibus Angelicis aliquid facit (Ecclesia) nec incantationibus, sed purè & manifestè orationes dirigens ad Dominum, qui omnia fecit, &c. Si itaque & nunc nomen*
Domi.

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



Herodianus ait, se 70. annorum sui temporis res gestas conscribere, ita forte accipiendum est, quod 19. annos Antonini Philosophi illis 70. annis includat & contineret.

COMMODI IMPERIVM.

Hic Imp. fuit senectia & crudelitate alter Domitianus: & libidinibus ac turpitudine alter Nero. Vide Dionem, Lampridium & Herodianum. Dio scribit, Martiam Commodi pellicem Christianorum studiosam fuisse, & quod esset apud Commodum magnæ autoritatis, multa in eos beneficia contulisse.

THEOPHILVS Episcopus Antiochenus scripsit librum ad Antolycum, qui hodie legitur. Et ab Imperio Iulii Cæs. ad mortem Antonini Philosophi, supputat annos 228. quod ad nostram rationem pulchre quadrat: additis 228. ad 3923.

4153 **PANTÆNVS** scholam Christianorum Alexandriae instituit, ex qua multarum Ecclesiarum doctores prodierunt. Huius discipulus fuit Clemens Alexandrinus, cuius libri Stromatum nunc quoque leguntur. 183

4156 **ORIGENVS** scriptor Ecclesiasticus Alexandriae hoc ferme anno natus est: dependet ex anno CHRISTI 203. quo Hieronymus scribit Origenem egisse annum ætat. (circiter) 17. 186

4158 **APOLLONIVS** urbis Senator, cum legisset Senatus insignis volumen, quod de CHRISTI fide composuerat, capite ob Christianam fidem truncatur. Euf. 5. 188

4161 **THALMVD** Iudæorum conscribitur, ann. 120. de-uastati Templi, anno 500. numeri contractuum. Sedar Qlam. Intellego numerum contractuum de annis Græcorum, de quibus dicitur in libris Maccabæorum. Et hac ratione congruunt numeri exactissime: additis 500. ad 3661. & 120. ad 4041. 191

4163 **COMMODOVS** *capitis incommodus strangulatur nocte,* 193
que precedebat Cal. Ian (inuentis an. Christi 194.) Idem
vixisset an. 31. m. 4. & imperasset an. 12. m. 9. d. 14. Dio.
Hic non nisi ad ciuitatem peruenit & ad suam domum vi-
xit. Lamprius. Hic vsq; Clemens Alexandrinus tempora
descripsit, quia omnes eius supplicationes morte Commo-
di terminantur. Idem à morte Antonii & Cleopatrae huc
vsq; supputat an. 222.

Hic autem Clemens Alexandrinæ Ecclesiæ Presbyter fuit, & in Catecheticæ doctrinæ professione Pantæno Præceptorum suo surrogatus est.

4164 **PERTINACIS IMPERIVM.** Dio. Capitol. 194
 Herodia.

Hic Pertinax primum fuit Professor Grammatices: in quo munere Sulpitio Apollinari Præceptorum suo successit. A Græcis dictus est *χρηστός*, quod magis esset blandus quam beneficus. Occisus à suis milicibus, æt. an. 68. imperii die 87. Dio. Post hunc imperavit **DI DI VS I V L I A N V S** diebus 66. Dio. Sparta.

SEVERI IMPERIVM.

De hoc Imp. Senatus ita iudicauit, illum aut nasci non debuisse, aut non mori: quod & nimis crudelis & nimis utilis Reipub. videretur. Sparta. Dio. Herodia.

Hoc tempore viguit controuersia de Palchate inter Ecclesiam Romanam & Asianam, ob quam Victor Rom. Pontifex Episcopus Asiæ excommunicare voluit. Ei per Epistolas responderunt, Polycrates Episcopus Ephesinus, & Irenæus Episcopus Lugdunensis: Et hic quidem sensit, ob ceremoniarum, rituumq; diuersitatem, doctrinæ & fidei concordiam non rumpendam aut dissolvendam esse. Euf. 5.

4170 *Quæ hoc seculo fuerit Christianorum disciplina, ritus, & 200*
more, adscribemus huc ex Tertull. lib. aduersus gentes:
cap. 39. Coitum, inquit, in cœtu & congregationem, vs
ad

ad Deum quasi manus factis precationibus ambulantibus orantes. Hac via Deo gratia est. Oramus etiam pro Imperatoribus, ac potestatibus, &c. Cogimur ad literarum diuinarum commemorationem, si quid presentium temporum qualitas nos pramonere cogit, aut recognoscere. Certè fidei sanctis vocibus pascimus, spem erigimus, fiduciam firmamus, disciplinam præceptorum nihilominus inculcationibus densamus. Ibidem etiam exhortationes, castigationes, & censura diuina. Nam & iudicatur magno cum pondere, ut apud certos de Dei conspectu summumque futuri iudicii præiudicium est, si quis ita deliquerit, ut à communicatione orationis & cõuentus, & omnis sancti commercii relegatur. Præsident probati quique seniores, honorem istum non precio, sed testimonio adepti. Neque enim precio vlla res Dei constat: non de oneraria summa quasi redempta religionis congregatur. Modicam vnusquisque stipem mensura die, vel quando vellet, & si modo possit, apponit. Nam nemo compellitur, sed sponte confert. Hac quasi deposita putata sunt. Nam inde non alius quam egenis atendis dispensatur. Cæna nostra de nominationem suam ostendit: vocatur ἀγάπη, id est, dilectio quantuncumque sumptibus constat, lucrum est pietatis nomine facere sumptum. Siquidem inopes quosque refrigerio isto iuuamus. Non prius discumbitur, quam oratio ad Deum prægustetur. Editur quantum esurientes capiunt. bibitur quantum pudicus est vile. ita saturantur, ut qui meminerint etiam per noctem adorandum sibi esse Deum. Ita fabulantur, ut qui sciunt Dominum audire. Post aquam manualet & lumina, ut quique de scripturis sanctis, vel de proprio ingenio potest, prouocatur in medium Deo canere. Hinc probatur quomodo biberit. Aequè oratio conuiuio dirimitur.

473 QUINTA PERSECUTIO in Christianos 203
 commota sub Seuero. in qua Leonides pater Origenis, gloriosa martyrii morte ex hac vita translatus est, ipso filio puero parentem exhortante per literas ad martyrium alacriter subeundem. Eul. Origenes, inquit Hieronymus, cum sex fratribus, &

matre

Purchase full membership to immediately unlock this page

DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'
Full Membership gives
access to 797,885 ancient
and modern, fiction and
non-fiction books.

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



QVI SOLVS POTENS, in Iouis nomine, Deo nostro testimonium reddidit. **ARIUS ANTONINUS** in Asia cum persecuteretur Christianos, omnes illius civitatis Christiani ante tribunal eius se, facta manu, obrulerunt: cum ille paucis diebus infra, reliquis ait: O miseri, si libet perire, num vobis rupes & testes desunt? Hæc Tertullianus.

CYPRIANVS, teste Hieronymo in Catalogo, tantum tribuit Tertulliani scriptis, ut poscens codicem scriptorum eius plerunq; solitus sit dicere notario: Da Magistrum: Tertullianum designans.

4182 **SEVERVS** Imp. mortuus pridie non. Febr. cum vixisset 212
annos 65. mens. 9 d. 25. & imperasset ann 17. m. 8. d. 3.
Dio: eius filii multo cariores fuerunt quam cives. Moriturus ad filios dixit: Estote concordēs: locupletate milites: ceteros omnes contemnite. Dio.

Hunc cum ex loco humili per literarum & militia officia plurimum gradibus ad Imperium fortuna deduxisset, dixisse ferunt: Omnia fui, & nihil expedit. Spartia.

ANTONINI CARACALLÆ BASSIANI IMPERIVM. Dio. Eutrop. Vnā cum eo imperavit frater eius Septimius Geta an. 1. d. 22. Vide Herodia. Spart. Dio.

4183 **SEPTIMIUS GETA** Imp. à fratre Antonino Caracalla occisus est (circa 25. Febr.) Eam eadem iussus excusare **PAPINIANVS** Iurisconsultus, noluit, dictitans: non tam facile esse Parricidium excusare, quam patrare, ideoq; vir immortalis gloria dignus, securi percussus est, quod causam iniustam defendere noluisset. Spart. Hic Papinianus dictus est Iuris asylum, & ex eius scibola multi Iurisperiti prodierunt.

4188 **ANTONINVS** Caracalla Imp cum multorum prestantium virorum sanguine se polluisset, occisus est 6. Id. April. at. 29 imperii an. 6 m. 2. Dio Eutrop Spartianus scribit, cum medio itinere inter Carras & Edessam cum Partibus iterum bellum illaturus esset, pugione confossum esse

esse à ministro, qui eum in equum leuauerat, infidus ei à Macrino prefecto praetorio positus, qui post eum inuasit imperium. Caracalla, inquit Dio, nihil cogitabat boni, quia id non didicerat: quod ipse fatebatur.
MACRINI IMPERIVM. Dio. Eutrop. Capitol.

4189 **Occisus MACRINVS Imp. Mense Iunio at. 54. imperii** 219
an. 1. m. 2. minus 3. diebus. Dio.

ANTONINI HELIOGABALI IMPERIVM. Dio. Lamprid.

Fuit Antoninus mancipium omnis libidinis ac turpitudinis, gessit se pro muliere, & viris tanquam foemina nupsit: ad honores euexit flagitiorum suorum magistros ac ministros, viris interim praestantibus loco suo detrusis vel necatis: adeò ut nullam aliam nisi obscenitatis & crudelitatis suae infamem memoriam reliquerit, de quo Herodia. Dio. & Lamprid.

4192 **IULIVS AFRICANVS nobiliss Chronographus, cuius** 222
supputationes citant Euseb. & Hieronymus in Daniele, &c. hac tempestate floruit.

CYPRIANVS, cuius scripta apud pios omnes in magno habentur precio, hac aetate vixit & floruit.

4193 **HELIOGABALVS (S. Ian Marti: Onuph.) trucidatur** 223
à militibus vna cum matre, muliere flagitiosa, & tali filio digna, at. 18. imperii an 3 mens. 9 d. 4. Cadauet per totam urbem tractum, raptatum ac dilaniatum est, & ad cloacas deportatum, tandemq; in Tiberim proiec-tum annexo pondere, ne fluitaret neq; sepeliretur. Ita turpem & impuram huius Sardanepali vitam turpis & foedus exitus consecutus est. Lamprid. Herodia. Dio.

ALEXANDRI SEVERI IMPERIVM. Lamprid.

Fuit Princeps laudatissimus & Respub. utilissimus, amavit literatos homines ipse quoq; literatus: leges multas sanxit, neque constitutionem vllam

facrauit sine 20. Iuris peritis & doctiss. sapientissimisq, viris, quorum princeps fuit Vlpianus Christianos fouit, & in primis delectatus est hoc dicto, quod & parietibus inscribi, & per præconem proclamari iussit: *Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris.* Mater eius fuit Mammæa, Mæsz filia, mulier Christiana, quæ Origenem, ob doctrinæ excellentiam, rump celebrem, accersiuit, & doctrinam religionis ex eo didicit.

Hic Alexander fugientes & recusantes Magistratum traxit ad officia & dignitates, dicens: *Inuitos non ambientes in Rempub. collocandos.* Notarium falsa in consilio Imperatorio referentem incisis digitorum neruis, vt nunquam scribere posset, deportauit. Vxori suæ conquerenti, quod nimia comitate potestatem suam redderet contemptibiliorem, respondit: *sed securiorem atque diuturniorem.* Christo templum condere voluit, eumque inter Deos recipere, cuius & imaginem in larario suo habuit. Cumq; Christiani locum quendam qui publicus fuerat, occupassent, & popinari dicerent, sibi eum deberi: rescripsit, melius esse, vt quomodocunq, illic Deus colatur, quàm locus popinarius dedatur. Vlpianum Iurisconsultum aduersus iram & vim militum, obiecta purpura sua, texit ac defendit. *Hæc Lamprid.* Scribit etiam Herodianus eum gessisse imperium *ἀνακτοριον*, id est, incruentum, & neminem occisum esse indemnatum. Multum versatus est cum Athenæo: qui an sit ille, cuius supersunt Diynosophistæ, adfirmare non possumus.

4196 **VLPIANVS** conditor multarum legum, quæ in pandectis continentur, interfectus est à Pratorianis milibus. 226
Euseb. & alii.

Regnum Parthorum desit, Artabano Rege eorum victo & occiso ab Artaxerxe Rege Persarum anno 548. à morte Alexandri Magni. Agathias lib. 4.

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



sibi stabilire imperium, non iustitia, sed læuitia & tyrannide. Quoscuq, voluit indicta causa interemit, aula eiecit, officio priuauit, bonis exuit, grauior & truculentior ciuibus quàm hostibus. inuisus bonis & gratus malis ob crudelitatem ac rapacitatem.

SEXTA PERSECVTIO aduersus Christianos & maximè contra Ecclesiarum antistites ab hoc cyclope excitata est. quæ tamen cum imperio & vita eius desit.

4208 **MAXIMINVS** Imp. anno etat. 65. imperii 3. vnà cum fi- 238
lio à suis militibus iugulatur: cadauera ad ludibrium publicum proiecta, canibus & volucribus lanianda relicta sunt. Capita patris & filii contu affixa, & Romam missa, iucundum omnibus spectaculum præbuerunt, & postremò ab insultante populo in Campo Martio combusta sunt Non fuit, inquit Capitolinus, crudelius animal in terris, omnia sic in viribus suis ponens, quasi non posset occidi. Cumq, se ob magnitudinem corporis propè immortalem crederet, quidam in theatro præsentem illo Græcos versus dixit in hanc sententiam:

Et quis ab vno non potest occidi, à multis occiditur:

Elephas grandis est, & occiditur:

Leo fortis est, & occiditur:

Tigris fortis est, & occiditur:

Cave multos, si singulos non times.

Cùm necaretur Maximini filius, acclamatum est Ex pessimo genere ne catulum quidem habendum.

Distat harum beluarum mactatio à morte Iulii Casaris 280 à morte Alexandri Magni 560. id est, bis 280. à natali Augusti Casaris 301.

Duo **GORDIANI** pater & filius imperarunt mens. i. d. 6.

Horum nece cognita Senatus Rom. **PVPIENVM** **MAXIMVM** & **BALBINVM** contra Maximinum imperatores creauit, eosq; patres Senatus nouo

nomine appellavit. GORDIANVS quoq; iunior maioris illius ex filia nepos, Cæsar dictus est, ætatis circiter 13. Herodia Capitol.

Ab hoc anno Pomponius Latus exorsus descripsit vitas sequentium Imp̄p vsque ad finem stirpis Heraclii: id est, ad annum Christi 696. Epitome itaq; Leti complexa est annos 458.

4209 PVPPIENVS, MAXIMVS & BALBINVS Roma 239
à prætorianis militibus interfecti sunt, tempore Agonis Capitolini, teste Herodiano.

IMPERIVM GORDIANI I V. nioris, anno superiore Cæsaris appellati. Capitol.

Huius Gordiani est dictum illud: *Miser est Imperator, apud quem vera reticentur.*

Hic desinit historia Herodiani: qui his temporibus vixit.

Hoc ipso anno Censorinus scripsit librum de die natali: qui Chronologia studiosis magnam prestat utilitatem in annorum supputatione. Nam hic annus secundus Olympiadis 254. Censorino est à prima Olympiade annus 1014. incoatus: ab V. C. secundum Varronis supputationem 991. à Iuliana anni Rom. emendatione 283. à nata appellatione Augusti 265 à capta Aegypto sub Augusto Cæsare 268. à Nabonaffare 986. incipiens, (completus 985.) à morte Alexandri Magni 562. incipiens (compl. 561.) à primo Agone Capitolino, (vide supra 4057.) Agon 39. incipiens. Completus 38: id est, annus 152. Hi numeri Censorini ad nostram supputationem exactissime quadrant. Accipiuntur autem anni Censorini, ut incipientes vel incoati, non ut completi. quia Censorinus ex professo ibi tradit diuersarum Epocharum principia, & exempli loco ex presentis vel currentis anni sui mensibus variarum ætarum initia dependere ostendit, & annos inde supputare ac deducere docet.

3195	3218	3926	3944	3941
1014	991	283	265	268

4209	4209	4209	4209	4209
------	------	------	------	------

3224	3648	4057
985 compl.	561 compl.	152

4209	4209	4209
------	------	------

ARRIANVS, qui *Alexandri Magni* historiam descripsit, sub Gordiano vixisse putatur quia id innuere videtur Iulius Capitolinus in vita Gordiani. Alii enim in Antonino Pius tempora reuocant, & Iuriconsultum fuisse perhibent.

4210 **Eclipsis Solis** tanta fuit, ut nox esse crederetur, neq; sine luminibus accensis quisquam agi posset. Capitol. Alii ad annum precedentem referunt. 240

4213 **GORDIANVS** bellum Persicum feliciter gessit consilio socii sui Misithri, viri docti & sapientis Capitol 243

4215 **GORDIANVS** Imp. occisus à militibus suis mense Martio. 245
PHILIPPI ARABIS IMPERIVM.

Hic primus inter Imp. fuit Christianus, cumq; narrat Euseb. die Paschatis ab Episcopo non prius ad Cœnam Domini admissum esse, quàm inter alios peccata confitentes in templo staret, & pœnitentiæ signa eaderet.

4219 **Annus Roma condita millesimus** magno ludorum apparatu celebratus est à Philippo III. Cæs. 249

4220 **PHILIPPVS** Imp. interfecit à multis una cum filio, quem consortem Imperii fecerat, cum imperasset ann. 5. Eutrop. Victor. 250

DECII IMPERIVM: cui Epipha Eul. & Casiodorus tribuant ann. 1, mens. ferme 3. alii biennium & menses aliquot.

4221 **SEPTIMA PERSECVTIO** aduersus Christianos à Decio commota, quæ multos S. homines velut atrox tempestas demorsit & absumpsit, inter quos sunt: Fabianus Pontifex Roman. S. **LAVRENTIVS**, cuius in craticula iacentis fidē 251

inter

Purchase full membership to immediately unlock this page

DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'
Full Membership gives
access to 797,885 ancient
and modern, fiction and
non-fiction books.

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



4228

184

OCTAVA PERSECVTIO aduersus Chri-
stianos sub Valeriano. *Valerianus primis imperii an-
nis, teste Eusebio, mitis ac benignus fuit erga Christianos :
sed postea à Mago quodam Aegyptio persuasus, non solum
Christianos crudeliter & acerbè persecutus est. sed etiam
Magici artibus deditus ab illo iniquitatis magistro te-
nella infantium viscera dissecare, humanasq; bestias ma-
stare didicit.*

258

CYPRIANVS Episcopus Carthaginensis (in cuius
scriptis singula propè verba spirant martyrium)
capite truncatus Martyrii coronam & gloriam
obtinet; de quo Prudentius hymno 13, Cassio-
dorus refert Cypriani martyrium ad Valerianum
IV. & Gallienum III. Cos. qui nobis in hunc an-
num cadunt. Cuspinianus ex ignoto scriptore re-
fert Cypriani martyrium ad sequentis anni Con-
sules: Eusebius ad annum Christi 259. De Cypria-
ni conuersione & morte lege orationem Nazian-
zeni.

Ad hæc tempora pertinet sextus hymnus Pruden-
tii, quo describit Fructuosi Episcopi martyrium,
& inter cætera sic canit :

Iussum est Casarus ore Gallieni

Quod princeps colit, vt colamus omnes.

Aeternam colo principem, dierum

Factorem, dominumq; Gallieni,

4230

PAVLVS EREMITA primus colere cepit Ere-
mum: quia Hieronymus vitam eius describens,
nominat eum ptimum, à quo Eremitus habitari
cepta sit, idq; accidisse ait eo tempore, quo Cor-
nelius Romæ, Cyprianus Carthagine felici cruo-
re damnati sint, sub Valeriano persecutore, &
quando apud Aegyptum & Thebaidem multas
Ecclesias sæua tempestas depopulata sit,

260

4231

VALERIANVS postquam vnà cum Gallieno filia impe-
rauit septennium: à Sapore Persarum Rege victus & ca-
pitus (atq; 77.) apud Parthos miserabilis perpetuâ ser-
uitute

261

nitute

sicute consensit. Nam Rex equum conscensurus Valeriani cervicem incurvat a pro scabello uti solitus est, ita ut Valerianus Regem non manu, sed dorso attollere cogeretur. Quae patris sui calamitate motus, manifestoque Dei iudicio territus Gallienus, pacem Ecclesiae reddidit, & edictis divulgatis persecutionem relaxavit. Euf. & alii.

Sub Gallieno Romanum Imperium invaserunt diversis locis atque temporibus XXX Tyranni, qui se Imperatores Rom. appellaverunt, de quib. Trebell. & alii.

4239 **GALLIENS** Imp. cum fratre apud Mediolanum à militibus Aureolis, qui duxerat Illyricani exercitus, circa 12. Calend. April. occisus est (Trebell. Onuph.) cum imperasset an. 15. Euf. & alii. 269

CLAVDII IMPERIVM: quod coepit circa 12. Calend. April.

4241 **CLAVDIVS** Imp. mor. 10. Calend. Martii, circiter cum in imperio biennium non integrum complevisset. 271

AVRELIANI IMPERIVM.

Fuit princeps Seuerus, truculentus & sanguinarius. Occidit sororis suae filiam ob causam leuem. disciplinam militarem seuerissimè rexit. Nam militem quendam, qui adulterium cum hospitis vxore commiserat, ita puniuit, ut duarum arborum capita inflecteret, quas ad pedes militis alligaret, easque subito dimitteret, ut scissus ille utrinque penderet. Ad vicarium quoque suum ita scripsit: Si vis tribunus esse, imò si vis viuere, manus militum contine: nemo aliena rapiat: segetem nemo atterat. annonam sua miles contentus sit, & de praeda hostis, non de lacrymis prouincialium viuat: stipendium in baltheo, non in popina habeat. De hoc Aureliano scribit Vopiscus, cum à multis neque inter bonos neque inter malos Principes poni, eò quòd ei clementia, prima imperatorum dqs, defuerit. Ibidem dicit, eum fuisse principem necessarium magis, quàm bonum.

- 4242 **C**ONSTANTINVS MAENVS hoc anno natus est, in 272
 Britannia, patre Constantio (qui postea impera-
 uit) & matre Helena.
*Distat hic annus à natali Romuli 1040. Alexandri Magni
 626. Iulii Caesaris 370. Augusti 333. à morte Cyri 800. à
 Monarchia Alexandri Magni 600. Augusti 300 à mor-
 te Scipionis Africani minoris (inclusiue) 400. Hinc ad
 Mahometi regnum 350. ad natalem Caroli Magni 470:
 ad mortem Ottonis Magni 700 plenis: ad imperium Ro-
 dolphi Habspurgii 1000. completis.*
- 4245 **N**ONA PERSECVTIO aduersus Christianos 275
 ab Aureliano indicta: sed morte eius impedita &
 interrupta ideo à quibusdam inter decem perse-
 cutiones non numeratur.
- 4246 **A**VRELIANVS Imp. mense Ian. occisus est fraude No- 276
 tarius sui, imperu an. 5. postea fuit interregnum ferme 6.
 mensium
TACITVS imperauit mens. 6. Vopisc. Eutrop.
- 4247 **T**ACITVS Imp. obiit. 277
FLORIANVS cum 2. ferè mensibus imperasset, occisus
 est à militibus, qui audierant Probum imperare.
PROBI IMPERIVM.
- 4250 **I**VBILÆVS MVNDI 85. completus: Mosis 35. 280
predicationis Christi 5 Sic Beda & Marianus Scotus.
- 4252 **P**ROBVS Imp. tumultu militari interemptus: imperii an. 282
 6 m 4. Euf. Eutrop.
CARVS, & filii eius **C**ARINVS & **N**VMERIA-
NVS Imp. annis 3. non plenis, alii 2.
- 4254 **C**ARINVS ubi patrem **C**ARV M fulmine absumptum, 284
 & fratrem **N**VMERIANVM ab Apro socero suo in-
 teremptum, **D**IOCLETIANVM Mq, ab exercitu Au-
 gustum adpellatum comperit, multis praliis cum Diocle-
 tiano confluit: sed postrema pugna ad Murgum com-
 missa victus occubuit, & scelerum penas dedit. Interfe-
 ctus est à tribuno, cuius uxori stuprum intulerat. Vopisc.
 Eutrop.

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



- Dominico celebratum esse 21. Pharmuthi: 16 (non 15.)
 Cal. Mus. quod docent Dionysii tabula apud Bedam: ad
 quas etiam exactè quadrant annotationes Ambrosii de
 festo Paschae anno Diocletiani 76. & 89. id est, Christi
 360. & 373.
- V. Epiphannus in Ancorato capulat 90. Diocletiani cum
 Valentiniani Imp. anno decimo, Gratiani sexto, Coss.
 Gratiano III. & Equitio: Indictione secunda. Hic est an-
 nus Christi 374. in quem incurrunt, indictio secunda,
 Consulatus Gratiani tertius, & Valentiniani decimus
 exactus.
- V. Euagrius lib. 3. cap. 29. scribit Zenonem Imp. mortuum
 anno Diocletiani 207. id est, Christi 491. Et Anastasium,
 Zenonis successorem, obiisse anno Antiocheno 566: id est,
 Christi 518. cum imperasset annos 27. mens. 3. dies 3.
 Quos si addas ad 491. Christi, recidet obitus Anastasii in
 518. Christi & in Antioch. 566.
- V I. Socrates lib. 1. cap. 2. principium imperii Constantini
 Magni connectit Olympiadi 271. incunus: ut est Busebio
 annus quartus persecutionis Christianorum, orta pri-
 mam anno 19 Diocletiani: Digestus annus secundum O-
 lympiadas, primus Diocletianus erit annus 4. Olymp. 265.
 id est, Christi 285
- V II. Hermannus Contractus eo anno, quo Numerianus
 & Carinus interierunt, haec verba habet: Huc vsque, in-
 quit, ab incarnatione Domini supputantur secundum
 Dionysium anni 284. Idem annum sequentem (285.) sic-
 cut Diocletiani primum, & addit, Gracos inde paschales
 circulos decennouales incoasse. His igitur adductis ratio-
 nibus etiam Diocletiani ad annum Christi 285. adfixi-
 mus. Diocletianus quidem anno 284. imperium adit Ca-
 rino superstite: Sed an incunus supputationis annorum
 Diocletiani referendum sit ad Calendas Ianuarias, in
 quas semetipsum secundam Consulem Diocletianus de-
 signauerat, & vnde Romani annum suum auspicaban-
 tur, non adfirmamus sed illud disputationi ac determi-
 nationi aliorum relinquimus. Consentaneum sanè est
 vsq;

usitatum Romani anni: consuetudinem observationem esse à Diocletiano, qui etiam Aegyptis à se victis etiam anni Rom. rationem obrufisse scribitur: sed tamen tabula Alphonsina ordiuntur epocham Diocletiani à die 28. Augusti anno Christi 284.

4250 Olymp. 266.

286

M A X I M I A N V S, dictus Herculius, homo rutilentus ac sevus, & Christianorum carnifex, à Diocletiano appellatur Augustus, & in regni conformum adsumitur. Euseb.

Ad hoc tempus quidam referunt Martyrium S. **M A V R I C I**, qui fuit dux legionis Thebaeae: quae cum Christiana esset, & ab idolorum cultu atque sacrificiis abhorretet ac abstineret, iussu Maximiniani, primum decimata, postea una cum suo duce Maurigio tota concisa est. Frising. lib. 3. c. 45.

Hoc anno Mundi completur octavus CYCLVS MAGNVS annorum 532. quia octius 532. sunt 4256. estq. à morte Romuli annus 1000.

4261 **C O N S T A N T I V S C H L O R V S & G A L E R I V S** 291
M A X I M I A N V S creantur Caesares. Constantius imperavit an. 15. Galerius 21. Onuph.

4264 Olymp. 268.

294

Alexandria Aegypti, quae à Romanis defecerat, capta est à Diocletiano, mense octavo obsidionis: Crudelester saevitum est in ciues: vrbs direpta & muri diruti: multi per totam Aegyptum exiliis ac proscriptionibus afflicti: auctores defectionis ac perduellionis capitals supplicio affecti. Euseb. à victoria Aethiaca Augusti an. 324. à captivitate Babylonica Iudeorum 900.

4270 *Hoc saeculo vixerunt historiographi, AELIVS SPARTIANVS, IVLIVS CAPITOLINVS, AELIVS LAMPRIDIVS, VULCATIVS GALLICANVS, FLAVIVS VOPISCVS, & TREBELLIVS POLLIO.* 300

4272 Olymp. 270.

302

Hic

Hic finiuntur septem priores libri historię Ecclesiasticę EUSEBII, quibus, ut ipse ait, complexus est res ante ipsius fermè seculum gestas. Deinceps tribus libris posterioribus, octauo, nono, ac decimo exponit res sua ætate gestas, spacio annorum 22. vsque ad Synodi Nicenę tempus.

DIOCLETIANVS & MAXIMIANVS *Rome splendidissimum egerunt triumphum, antecedentibus curram eorum Narses Regis Persarum, consuge, sororibus, & liberis. Euseb.*

4273 **DECIMA PERSECVTIO** aduersus Christianos à Diocletiano concitata, quę fuit superioribus omnibus & diuturnior, utpote decennalis, & crudelior atq; immanior. Nam ut refert Eusebius, anno 19. Diocletiani, Antiochenorum anno 351. mense Martio, instante dominicę passionis festo, passim publicata sunt Impredicta, quibus præcipiebatur, ut templa atq; oratoria Christianorū euerterentur, soloq; æquarentur: libri Bibliorum sacrorum cremarentur: & qui magistratus, officii, aut dignitatis alicuius honorem fuissent adepti, de gradu turpiter deponerentur: priuati verò, si in professione Christianę religionis perstarent, libertate priuarentur. Non multò post alio edito mandatum est, ut Ecclesiarum præsides atque ministri in vincula traderentur, & omnibus machinis tormentisq; adhibitis ad sacrificandum idolis adigerentur. Cateruatim igitur Episcopi ad idolorum templa, eorumq; sacrificia, raptati & verberibus grauer casi, præclara pietatis, constantię, fidei ac tolerantię Christianę exempla atque spectacula omnium oculis subiecerunt. Rursus etiam plurimi præ formidine animis perculsi & attoniti, ad primum impetum in ipsos factum, prorsus succubuerunt.

Nicomedię verò, cuius quidam nobilis, cū audisset edictum contra Ecclesias publicè esse propositum,

Purchase full membership to immediately unlock this page

DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'
Full Membership gives
access to 797,885 ancient
and modern, fiction and
non-fiction books.

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



Quibus autem de causis Diocletianus imperium deposuerit, alii aliud sentiunt. Sunt qui id factum scribant, quodam mentis stupore & consternatione, quod Christi nomen se deleturum, uti cupierat, desperasset, postquam singularem Christianorum in morte constantiam perspexisset.

Maximianus & Galerius Diocletianum ad recipiendum imperium postea cohortati sunt: sed ille respondit *Vtinam Salona (ibi tum degebat Diocletianus) possetis visere olera nostris manibus confita, profecto nunquam id tentandum iudicaretis. Victor. Vopiscus in Aureliani vita refert, Diocletianum iam priuatum, dixisse. Nihil est difficilius, quam bene imperare. Nam quatuor vel quinque viri se colligunt, atque vnum consilium capiunt ad Imperatorem decipiendum, dicunt quid probandum sit: Imperator qui domi clausus est, Vera non nouit: cogitur hoc tantum scire quod illi loquuntur. facit iudices quos fieri non oportebat: amouet à Repub. quos retinere debebat. Quid multa? Bonus, cautus & optimus venditur Imperator. Hac ille.*

Post hanc imperii abdicationem, Diocletianus vixit annis ferme 9. Maximianus vero quadriennio post iussu Constantini strangulatus est.

GALERIUS coeptam Christianorum persecutionem in omnibus suis prouinciis crudeliter exercere perrexit, quod Prudentii hymnus 10. de Romano Antiocheno docet. **C**ONSTANTIVS autem Christianos, qui sub ipso vitam degebant, egregie tutatus est, eoque à damno & contumelia immunes conseruauit, cuius postea pietatis emulus ac haeres filius eius Constantinus fuit. Eutropius de Constantio ait, fuisse eum virum egregium, qui magis studuerit augendo, cumulandisque priuatorum ac prouincialium opibus, quam fisci commode. eumque discrete solitum: Melius publicas opes à priuatis tenere, quam intra vnum claustrum conseruari & custodiri.

De hoc quoque, illud narrat Eusebius, Diocletianum si per legatos paupertatem exprobasse, ipsamque Constantiam confestim convocasse locupletiores dixit sua ciues, quibus inopia sua causam exposuerit, quod malisset subditorum benevolentiam, benignitate sua collectam & conciliatam, quam eorum thesauros, imperio seniore extortos, possidere: Nunc vero sibi opus esse ipsorum studio, gratitudine, opibus & fide. Hic illi, sine cunctatione, lacis animis, hilarique vultu arorum eum auro & argento totum contulerant, & amore erga Imp. clementissimum mirifice, magnaque ardore inter se certauerant.

Constantium itaque, cum Legatus opes suas ostendisset, Diocletiano renunciari iusserat, quid vidissent, & qua ratione tantus thesaurus, tamque subiectus collectus esset: subindicans, principis ararium tutissimum esse subditorum animos benevolos, & Regi nunquam defuturos populi sui thesauros, modo ei studium, amor, & fides illorum non desit. Imperator autem benignissimus post legatorum discessum pecunias allatas ciuibus suis restituit, obsequio eorum multis verbis humanissime collaudato.

Ille ipse CONSTANTIVS exploraturus adlicitorum secretum in fide Christiana constantiam, simulavit, se illis facere potestatem idolis impune sacrificandi, idque nisi faciant, aula sua ipsos exulaturos. Cum vero multi inter illos metu amittenda dignitatis & honorum, Deum potius deseruissent, quam Imperatorem offensum deprehenderentur, Constantius patefacto commento, quod celauerat, illos Dei desertores grauiter obiurgatos, tanquam seruitio suo indignos, aula excedere iussit, addens hanc vocem. *Quomodo fidem Imperatori prestabant inuolatam, qui Deo sunt perfidi?* Ceteros quorum constantiam in fide Christiana perspexerat, honoribus, praemiis, ac beneficiis collatis sibi deuinxit, dictitans, se eos pluris aestimare, quam araria thesaurs ingentibus referta. Euseb.

4276 Olymp. 271 V. C. 1057.

306

CONSTANTIVS Imperator moritur Eboraci in Britannia, 25. Iulii: imperii an 15. aetat. 56. anno primo Olymp. 271. Socrat. Niceph.

**CONSTANTINI MAGNI
IMPERIVM.**

CONSTANTINVS MAGNVS (aetat. 35.) salutar Augustus 25. Iul.

Hic est annus 350. à Iuliana emendatione anni: à nato Alexandro Magno 660. eius regno 640. eius Monarchia 635. à captiuitate Babylonica & desolato templo Salomonu 910.

Hoc anno Romanum imperium inter quatuor principes diuisum est. quorum vnus **CONSTANTINVS** Christianis fauit, eosq; fouit. tres reliqui, **GALERIVS**, **MAXIMINVS**, & **MAXENTIVS**, eos persecuti sunt.

GALERIVS prater **SEVERVM**, designauit **Cæsarem** sororis suæ filium **MAXIMINVM**, acerrimum Christianorum persecutorem. **CONSTANTIVS** moriturus sibi surrogauit filium **CONSTANTINVM**. Romæ verò **MAXENTIVS** Maximiani Herculi filius, tumultu militari Augustus appellatus, inuasit imperium circa 7 Cal Octob. & imperauit sexennio, nullam impietatis, intemperantiae, atq; impudentiae facinus pratermittens. Hic vt populi fauorem obtineret, in ingressu imperii simulauit se Christianam religionem amplecti, ideoq; persecutionem aduersus Christianos inhibuit. Verù postea alium se præstitit. **Euse.** **SOCRATES** historicus ab hoc anno exorditur historiam suam Ecclesiasticam, annorum 134. quæ extenditur in annum Christi 439.

4277 **PAMPHILVS**, Eusebii necessarius & amicus coniunctissimus, martyrii corona donatur anno quinto persecutionis. **Eus.**

307

4278 **MAXIMIANVS HERCVLIVS**, cum imperium quod

308

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



quemnam sibi **D E V M** ad eam pugnam auxilia-
 totem deligeret ac invocaret. In hac deliberatio-
 ne & cura versanti, contigit ostentum admirabi-
 le, quod ipse postea, addito iuramentando, alius re-
 citare consueverat. Etenim die quadam post me-
 ridiem, declinante iam Sole, vidit columnam lu-
 cidam crucis specie in caelo fulgentem, cum hac
 inscriptione: **IN HOC VINCĒ**. Per somnum
 etiam Christus ei apparuit iussit, ut etiam signo
 pro vexillo in praesentia vteretur. Quod cum Con-
 stantinus fieri ita curasset, mirro cum hoste consi-
 stu, copias illius aliquot praesentis fudit: ipso etiam
 Maxentio Romae apud pontem Milvium in flu-
 minis submerso, praesentem obtinuit victoriam, &
 Italia omni atq; Africa potitus est, anno imperii
 sui septimo. Hac victoria in vrbe nunciata, ac p̄
 ferrum Maxentii capite, quod hasta suffixum erat,
 ut habet Zosimus, allato & circumgestato, tota
 vrbs laetissimis populi vocibus atque clamoribus
 repleta fuit. Senatores ex vinculis educti & ad
 Constantinum vrbe egressi, liberatori suo humi-
 strati egerunt gratias, eiusq; patrocinio tuti se,
 cum vrbem commendarunt. Constantinus vi-
 ctor vrbem ingrediens mirifico totius populi ap-
 plausu exceptus est. Atq; ut tam admirandae vi-
 ctoriae gloriam, non in se, sed in **C H R I S T V M**
 autorem referret, trophaei loco erigi in media vr-
 be iussit statuam suam, quae manu dexterae crucis
C H R I S T I signum teneret, eiusq; salutatem vit-
 tutem omnibus ostentaret ac promulgaret, addi-
 ta in super hac inscriptione: *Hoc saluati signo, vero
 fortitudinis indicio, ciuitatem iugo seruitutis liberanti,
 & Senatum populumque Romanum in libertatem vin-
 dicaui, ac pristinae dignitati, splendoriq; restitui. Sena-
 tus etiam arcum ei, qui adhuc visitur, cum hoc e-
 logio dedicauit: Imp. Caesari Fl. Constantino S. P. Q.
 Romanus, quod instinctu diuinitatis, mentis magnitu-
 dine,*

*diue, exercitu suo, à m de tyranno, quàm de omni eius fa-
ctone vno tempore iusto Reipub. vltus est armis, Arcum
triumphi insignem dicitur, liberatori vrbe, fundatori
quiriti. Euse. Socrat. Sozom. & alii. Populis omni-
bus ad Romanum imperium pertinentibus li-
bertatem permisit, quam quisque vellet religio-
nem sequendi & colenda Christianis etiam tem-
pla & conuentus habere concessit : & Ecclesiis
Dei subsidia opulenta suppeditauit, oratoria ere-
xit, &c. Sigon.*

Ab hac victoria omnium clarissima, quæ incidit in
24. Septemb. & qua demum finitis totius decen-
ni persecutionibus, optatissima pax & quies Ec-
clesiis est reddita. numeratas esse à veteribus IN-
DICTIONES sex factas Græcis demonstrat Ouo-
phras. Complectitur autem Indictio spacium 15.
annorum: sed horum initium à die 24. Septemb.
sumendum est. Beda indictiones deducit ab an-
no 4. ante Natum Christum. *Witch.*

De Roma ad CHRISTVM hoc anno conuersa le-
gant studiosi Prudentium lib. 1. aduersus Symma-
chum, à verlu qui incipit :

Cum princeps geminis victor cade tyranni, &c.

Esque hic annus ab V. C. 1063.

283 **M A X I M I N V S** Orientis tyrannus, & Christianorum 313
*hostis infensissimus, in apparatu belli aduersus Licinium,
Tarsi, acerbissimus corpora cruciatibus repenit correptus,
& auro liquecentium membrorum ardore consum-
ptus, eo propemodum morbi mortisq. genere, quo Gale-
rius, perierat: cum quadrennio Cesar, triennio Augustus,
imperasset Victor. Euseb.*

M A X I M I N O è viuis sublato, Christianis templa &
oratoria passim vel restituta, vel instaurata, vel ex
fundamentis noua erecta sunt. Eusebius l. 10. c. 3

E N C A N I A siue consecrationes Oratoriorum à
Christianis ingenti læticia celebratas, eleganter
describit his verbis : *Celebre spectaculum, inquit, &*

nobis omnibus optabile ac desideratum ante oculos proponebatur, dedicationum scilicet festiuitates per vrbes singulas, templorum nuper exaedificatorum consecrationes, frequentes Episcoporum in vnum conuentus, peregrinorum longè ab externis regionibus accedentium concursus, mutua populi in populum beneuolentia, propterea quod membra corporis Christi in vnam quasi harmonia & concentus conspirationem coibant. Vna erat sacri spiritus virtus & potentia, qua per vniversa Ecclesie membra permeauit. Vna omnium mens & sententia: vna & consentiens ex omnium ore laus diuinitatis. accurata sacrorum mysteriorum administratio: decori Ecclesie ritus, Psalmorum cantu & hymnorum diuinitus nobis traditorum recitationibus celebrati. Cuiusq; item aetate genus, cuiusq; sexus multitudo, ut in auro & femina, totus cogitationis viribus, lata mente, at acri animo per preces & gratiarum actiones, Deum omnium bonorum autorem venerari sunt. Singulis etiam Ecclesiarum praesides, singulas orationes panegyricas habuerunt, & ut cuiq; dicendi vis & facultas suppetebat, sic quaq; eam celebritatem predicauit.

Distat hæc Ecclesie Dei publica lætitia à tempore conditi templi Salomonis, annis 1350. id est, 27 Iubilæis à morte Christi 280 id est, quater 70. ab exitu Israelitarum ex Aegypto 1830.

Eodem anno **DIOCLETIANVS** cum à Constantino & Licinio minaces accepisset literas, & obiurgatus esset, quod Maxentio & Maximino fauisset, metuens necem ignominiosam, epoto veneno, mortem sibi conscuit, aet. 68 (alio 73) cum post imperii abdicationem annis prope nouem priuatus vixisset, quod tradit Aurelius Victor. Mortuus est igitur ut homo, qui se pro Deo coli & adorari patiebatur. Frequens & peculiaris hic est magnorum principum morbus, ut se putent esse quidam homine maius, & propemodum pro numinibus se gerant, donec humana omnia passi, homines se esse dolendo intelligant.

Purchase full membership to immediately unlock this page

DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'
Full Membership gives
access to 797,885 ancient
and modern, fiction and
non-fiction books.

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



Extinctis igitur sex hostib. Christianorum, Diocle-
tiano, Maximiano, Galerio, Maxentio, Maximi-
no & Licinio, SOLVS CONSTANTINVS re-
rum summa potitus (à Iulii Cæsaris Monarchia
anno 370.) ad religionem Christianam instau-
randam, stabiliendam & amplificandam, omnem
curam, studia ac laborem contulit: ideoque pio
Imperatori diuina benedictione id accidit, quod
paucis contigisse didicimus: nempe, vt tres filios
suos Cæsares videret, DEO clementiam atq; be-
neficentiam eius in Christianos hoc modo re-
manerente. Verum vt Constantini labore & cura
rebus Christianorum optatissima pax allata est;
ita Satanæ insidiis & malitiâ pax illa aurea bello
intestino inter Christianos orto vel turbata vel
commutata est, cum in locum persecutorum ex-
ternorum hæretici succederent, & vt veteres lo-
cuti sunt, persecutionem violentam & cruentam
fraudulenta exciperet: atq; adeo sacrosanctum
Ecclesiæ corpus, non ab hostibus, sed à suis mem-
bris non à Diocletiani seuitia, sed ab Arii rabie,
vulnera tristissima acciperet.

Hic desinunt decem libri Ecclesiasticæ historiæ Eu-
sebi, Chronographi diligentiss. & doctissimi: qui
à natali Christi exorsus, narrationes suas conti-
nuata temporum serie huc vsq; deduxit, cõpre-
hendens an. 324. Reliquarum autem Constanti-
ni rerum expositio peratur ex quatuor libris Eu-
sebi, de vita Constantini conscriptis.

INCIPIUNT HISTORIÆ scriptorum Ec-
clesiasticorum THEODORETI & SOZOMENI:
& Historia Tripartita, quam CASSIODORVS
ex tribus autoribus, SOCRATE, THEO-
DORETO, & SOZOMENO contextuisse, inque
vnum corpus composuisse dicitur.

SYNODVS NICENÆ, Oecumenica prima, 318. 325

sus **ARIUM**, negantem æternam Domini nostri **IESV CHRISTI** diuinitatem: in qua & **SYMBOLVM NICENVM** est conditum: Paulino & Iuliano **COSS.** anno 20. Constantini paulò post incunte. Nam peracta Synodo celebrata sunt vicennalia imperii eius: & sequenti anno Romæ, anno 10. imperii exeunte. **Eus. Socrat. Sozom.**

In **Cod. lib. 1. tit. 2.** extat constitutio Constantini data 10. **Cal. Iun. Niceæ**, his **COSS.** Et **Niceph.** rectè huic Synodo adscribit Indictionem 13. Huic etiam Synodo in vulgatis codicibus adscriptus est cuiusdam æræ numerus 363. à quo si subtrahas 38. proficiet annus nati Christi 325. Nam æram illam in Conciliorum inscriptionib. vñtatissimam, ab anno 38. ante natum Christum (id est, ab anno Mundi 3933. inclusiue) incoandam esse, multis exemplis alibi docebitur.

Quòd autem **Socrates** à morte Alexandri anno 636. hanc Synodum conuocatam scribit, sciendum est, eum hic supputare annos Græcorum, quos orditur cum **Eusebio**, non ab ipsa morte Alexandri, sed à 12. anno post eius excessum. Nobis annus **M. 3660.** est ab Alexandri obitu duodecimus: à quo (incluso) si ordiare supputationem, congruèr numeri. Verum nos Græcorum annos supputamus, non ab anno mortis Alexandri duodecimo, sed decimo tertio propè còpleto: ideo nobis biennium decedit, & pro 636. prodeunt 634.

3659
636

3661
634

3932
363

4295

4295

4295

Interfuerunt huic Synodo multi ex omnib. partibus orbis terrarum viri docti, sancti, & superiore persecutione aliqua corporis parte mutilati ac debilitati. Inter quos eminebant, **EVS TATHIVS** Episcopus Antiochenus, **ALEXANDER** Alexin

drinus, M A C A R I V S Hierosolymitanus, P A P H -
 N V T I V S Aegyptius O S I V S Hispanus Cordu-
 bensis & alii. Historia Synodi peratur ex Eusebio,
 Socrate & reliquis scriptoribus. Harum enim ta-
 bellarum angustia tantam rerum amplitudinem
 ac varietatem non capit. Annum saltem exactè
 annotare volumus: nam & de illo mirè variant
 scriptorum sententiæ

**INTERVALLA PRIORVM SEX SY-
 nodorum Oecumenicarum.**

A Synodo Nicena ad Constantinopolitanam, an. 56.

A Constantinopolitana ad Ephesinam, 50.

Ab Ephesina ad Chalcedonensem, 20

A Chalcedonensi ad Constantinop. secundam, 100.

A Constantinop. II ad Constantinop. III. 129.

325	381	431	451	551
56	50	20	100	129

381	431	451	551	680
-----	-----	-----	-----	-----

*Hoc anno Constantinus filium suum Constantium declara-
 vit Caesarem, ipse vicennialis Nicomedia celebratus. Sig.*

A L E X A N D E R, Episcopus Alexandriae Aegypti, vi-
 ta excessit mense quinto post Nicenam Synodum
 exacto, ut annotat Theodoretus Is successorem
 sibi designavit collegam suum **A T H A N A S I V M**
 presbyterum, absentem. Hic est magnus ille A-
 thanasius, egregius in Ecclesiam **D E I** meritis cla-
 rissimus, cuius **S Y M B O L V M** Ecclesia **C H R I -**
S T I hodie magna veneratione amplectitur ac
 proficitur. Hic Episcopatum Ecclesiae Alexandri-
 nae tenuit annis 46. Sed hos consumpsit inter va-
 ria certamina & pericula pro veritate suscepta, cū
 sese Arianis velut murum pro Synodi Nicenae de-
 fensione fortiter opponeret. Dissentiant Cbro-
 nographi de initio annorum 46. de quibus con-
 sultat Lector Socratem & alios.

*Hoc vel sequenti anno Constantinus Imp. Crispum Cesa-
 rem*

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



extitit in fine: qua de re apud Euseb. extant Imperatoris literæ ad Macarium eius urbis Episcopum, Dum templum hoc ad Caluariam conditur, Helena honesto filii exemplo atq; imitatione permota, duo astra sana, filio pecuniam subministrans, extruere adortæ est: vnum in Berlehem, alterum in monte oliuarum, vt non solum mortis, sed etiam natiuitatis & ascensionis dominicæ loca monumentis ad accendendam religionem illustribus insignirentur. Sigon.

4297 **HELENA** Romam reuersa crucis dominicæ portionem & titulum, Basilicæ in Palatio Sessoriano à se conditæ, intulit. Constantinus ex tribus clavis vno galeam, altero frenû equi ornauit. Sigon. 327

HELEN A cum audiuisset, Crispum Cesarem, instigatione Faustæ nouerca, occisum esse, oburgato ob eam rem filio Constantino, effecit, vt Faustæ balneo ardenti inclusa, nimio aestu neceretur. Victor. Hieron.

Circa hunc annum obiit **HELENA AVGVSTA**, testamento presente filio ac nepotibus condito, 20. Iulii: ætatis 80. Euseb lib 3. de vita Constan.

4300 **IVBILÆVS MVNDI 86.** Mosis 36. prædicationis Christi 9. 330

Olympias 277. V. C. 1081.

CONSTANTINOPOLIS

CONDITA.

Antiqua & nobilis urbs Thraciæ, Byzantium, à Constantino instauratur, dilatatur, muris cingitur, & adificiis exornatur.

Iuencus Hispanus, qui Euangelia heroicis versibus explicauit, hoc tempore claruit. Hieron.

4301 **CONSTANTINOPOLIS**, à conditore Constantino denominata, die vndecimo Maii solennib. Cere- 331
monio dedicata est, vt esset orientalis imperii sedes, ideoq; noua Roma dicta. Alii hanc urbis consecrationem ad annum superiorem, alii ad sequentem referunt. Nos, præter Hieronymum. sequimur Marcellinum. Comitem, cui annus

Chri-

Christi 527. est à condita Constantinopoli 197: unde dicitur hunc esse primum urbem illam aedificatam. Hinc ad captam à Turcis Constantinopolim 1122. Estq; hic Roma condita annis 1082.

4302 **Edicto Constantini gentilium templa subversa** 332
sunt. Hieron. Est annus 30. à subversis templis Christianorum sub Diocletiano.

4305 **Martyrion, siue templum Hierosolymis à Constan-** 335
tino conditum, consecratur. Eodem anno Tyri fuit Synodus Episcoporum (alio anno sequenti ponunt) Socrat. c. 28. 33. Theod. i. c. 31, Euseb. l. 4.

4306 **Plurimum variant autorum annotationes de anno** 336
interitus Arij: Sed Socrates lib. 1. ca. 37. & 39 non obscure indicat, interitum Arij antecessisse Constantinum excessum vnius anni spacio. Sic etiam Sozomenus lib. 2. c. 29 Sed ut ut annum non exactè definiamus, tamen historiam recitabimus. Cum Arius Constantinopoli in Ecclesiæ communionem recipiendus esset, Alexander eius urbis Episcopus, tota nocte in templo prostratus oravit Deum, ut Ecclesiam præsentis periculo liberaret, & de Ario blasphemiarum pœnas repõceret. Postridie Arij magna suorum caterua in templum deductus, inter eundem corripitur horribilibus ventris torminibus, laxataq; aluo petit latrinam, in qua sedens vnà cum excrementis effudit iecur, intestina, impuramq; animam, sortitus fœdum, suaq; impietate dignum exitum.

Constantius Achanasium Treuiris exulare iussit. Socrat. Theod.

4307 **CONSTANTINVS MAGNVS Imperator vi-** 337
ctoriosissimus, & in opprimendis tyrannis felicissimus, accepto paulo antè sacro baptisate, Nicomedis inter pias preces expiravit, festo Pentecostes, 22. Maii, ætatis 64 (alij 65.) imperii 31. Sepultus Constantinopoli in templo à se condito, & B. Apostolorum memoriæ consecrato. Euseb. in vita eius Socrat. &c. **Obi-**

Obitus eius Cometz ortu denunciatus est. Eutrop.
FILIORVM CONSTANTINI
IMPERIVM.

CONSTANTINVS successores reliquit tres filios, atque vnum fratris filium Dalmatium: qui tamen non multò post oppressus est factione militari, & Constantio patruelis suo potius sibi quàm iubente. **CONSTANTINVS** imperavit an 3 **CONSTANTIVS** 25. incoatis (24. plenis) **CONSTANS** 13.

4308 **ATHANASIVS** ab exilio Treuirensi redit Alexandria post annos 2. mens 4. Theod. 338

4309 Per hæc tempora mortuus est **EVSSEBIVS** Pamphili, Cæsareæ Palestinæ Episcopus & Chronographorum Ecclesiasticorum faciliè princeps: cuius indefesso studio, incredibili diligentia, & vix satis æstimandis laboribus posteritati consecrata est bona historiæ Ecclesiasticæ pars, qua hodie fruimur. Vide Socrat. 2. Sozom. 3. 339

Ex hoc tempore Constantius Imp. in Synodi Nicenæ decretis tuendis partem constans, Orthodoxos Episcopos in exiliũ pellere & Arianos fouere cœpit.

4310 **CONSTANTINVS IVNIOR** bellum fratris Constantii inferens, prope Aquileiam occisus: & Respub. ad duos Augustos redacta est. Eutrop. Hieron. 340

4311 **ATHANASIVS**, post Synodum Antiochenam, iterum Arianorum artibus exactus, Romam ad Iulium Rom. Pontif. profugit. Ariani enim aduersus quos de fide disceptare non poterant, eos subornatis accusatoribus, fictisque criminibus appetebant, inter quos præcipuè aggressi sunt Athanasium accerrimum concilii Niceni vindicem. Sulp. Socrat. &c. 341

4313 **S. NICOLAVS** Myræ in Lycia Episcopus, ob beneficentiam in pauperes celebris, floret. 343

4317 **SYNODVS SARDICENSIS**, post Nicenæ, celebratur, & decreta Nicena confirmantur. Athanasius. 347

Purchase full membership to immediately unlock this page

DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'
Full Membership gives
access to 797,885 ancient
and modern, fiction and
non-fiction books.

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



(filium fratris Constantini Magni) Caesarem fecit. So-
crat. Sozom. Cr.

SYNODVS SIRMIENSIS à Constantio tota tenta-
uit inter **ORTHODOXOS** & **ARIANOS** concilia-
tionem, proposita certa **CONCORDIAE FORMU-
LA**, in qua vox $\delta\mu\omega\upsilon\sigma\iota\omega\upsilon$ omissa erat. Verum ea ex-
re maiores dissensiones natae sunt, cum utraque
pars ambiguam fidei formulam pro se interpre-
taretur. Socr. 2. Soz. 4.

4323 **MAGNENTIVS** aliquot praelis à Constantio victus, vio- 353
lenti sibi manus infert 15. Augusti. Socrat. lib. 2.

AMMIANI MARCELLINI monumenta, quae super-
sunt, hinc initium sumunt, complectentia historiam an-
notum 26 vsq, ad Valentis Caesarem interitum.

4324 **GALLVS** Caesar Constantii iussu occisus, cum an. 4. impe- 354
rasset. Ammian. Socrat. à morte Pompeii 400.

4325 **S. ANTONIVS EREMITA** obiit, æt. 105. Hieton. 355
& Marian. anno 19. Constantii.

S. AVGVSTINVS circa hunc annum natus est, si
76. annis vixit, & anno Christi 430. obiit.

LIBERIVS Roman. Pontifex à Constantio rele-
gatur. Ammia. Theod. Sozom.

HILARIVS Pictavorum Episcopus & alii in exi-
lium extruduntur edictis imperatoris, quod **A-
RIANI** certam sibi de **ORTHODOXIS** victo-
riam pollicerentur, si præstantissimi quique viri à
disputationibus & certaminibus subitroveren-
tur. Cæterum exules omnium piorum studiis, o-
pibus ac sumptibus adiuti, subleuati & sustentati
sunt. Interim Ariani Synodum Nicenam vnus
literæ adiectione corruperant, pro $\delta\mu\omega\upsilon\sigma\iota\omega\upsilon$ ponē-
tes $\delta\mu\omega\upsilon\sigma\iota\omega\upsilon$: id est, quod filius non esset vnus
cum patre substantiæ, sed similis substantiæ. Sul-
pit.

IVLIANVS, Galli frater, à Constantio declaratur Ce-
sar, 6. Nouemb. Ammia.

4326 **S. MARTINVS** Sabariensis per hæc tempora mili- 356
tiam.

tiam sub Iuliano deseruit, dicitans, se militaturum Deo. De hinc Hilario Episcopo familiariter uti cepit. Vitam eius descripsit Sulpitius.

CONSTANTIUS Imp. Romam triumphans ingreditur, & urbis maiestatem ac nobilitatem admiratur. Derisus tamen, cum triumphales arcus aurea suo curru transgressus, more ausuru cervicem inclinaret, cum aliquis statura esset pusilla. Hormisdas Regis affans, interrogatus: Et quid de Roma sentiret: id sibi tantum placuisse aiebat, quod didicisset, sibi quoque homines mori. *Amplius.* Hic Constantius nunquam expulso scribitur. *Idem.*

Victorinus Rhetor, & **Donatus** Grammaticus, **D. Hieron.** præceptor, Romæ clari habentur.

Hali filius **Abenragel** Arabs, insignis Mathematicus nascitur die 12. Febr. hora 10 ante merid. Eber.

4329 **SYNODVS ARIMINENSIS & SELEUCIENSIS** 359

gregantur. Legatus Concilii Ariminensis tradidit Constantius **FIDELI FORMULAM** verbis fallentibus involutam, quæ Catholicam doctrinam, perfidia latente loqueretur. Nam *ouqias* vocabulum tanquam ambiguum, & remete à Patribus usurpatum, neque ex autoritate scripturæ profectum, abolebat, ne vnus cum Patre substantiæ Filius crederetur. Eadem formula obtusa est sacerdotibus Occidentalibus Arimini collectis. & Orientalibus apud Seleuciam. His tam frequentibus Synodis & Antisynodis nihil actum, nisi ut paucis in fide vera manentibus, alii meru fracti, alii exemplis tracti, cum autoritatem ex numero seu multitudine sumpissent, **FORMULÆ ARIANÆ** subscriberent. Addit Sulpitius, quosdam cum conditione subscripsisse, affirmantibus. Arianis, si quid minus plenè præsentis confessione editam videretur, nostri adderent quæ addenda putarent: præbituros se, in his quæ essent adiecta, consensum. Favorabilis professio pronis omnium animis excepta, nec ultra nostri repugnari ausi, iam

quoquo modo finem perturbatis rebus imponere cupientes. Ita neutra pars vicisse se penitus, aut victam putare poterat : quia fides ipsa pro Ariani, adiectæ vero professiones pro nostris erant, &c. Sulpit.

430 **HILARIUS** ubi animadvertit, Occidentalibus deceptis, Orientales per scelus vinci, libros adversus Arianos à se scriptos tradidit Constantio, quem ad Pictavos redire iussit. Quàm miseranda verò fuerit hoc tempore Ecclesie facies, rerumque omnium perturbatio, ex his Hilarii verbis disci potest. *Post Nicenam Synodum, inquit, nihil aliud quàm fides scribitur: dum in verbis pugna est dum de novitatibus questio est: dum de ambiguis, dum de auctoribus querela est: dum de studio certamen est: dum in consensu difficultas est: dumque alter alteri anathema esse cepit, propè iam nemo est CHRISTI. Proximi anni fides quid immutationis habet? Primum decretum Homousion decernit taceri: sequens rursus Homousion decernit & predicat: Tertium Vhiam simpliciter à patribus presumptam, per indulgentiam excusat: Quartum non excusat sed condemnat. Tandem ed processum est: ut neque penes nos, neque penes quemquam ante nos, sanctam exinde aliquid atque inviolabile perseveret. Annua atque mensura de C 20 fides decernimus, daretis penitentem, penitentes defendimus, defensos anathematizamus, aut in nostris aliena, aut in alienis nostra damnamus, & mordentes invicem, iam absumpti sumus. Hilarius.*

Endoxius homo impius Constantinopolitanam basilicam S. Sophie consecrauit, 25. Febr. Soct. 2.

Horrenda Eclipsis Solis inspecta calculo Astronomico cadit in annum Nati Christi 360. d. 4. Mart. an. V. C. 1111. d. 62. à Ian. (V. P. Mech.) Annua. 20.

GRATIANUS Imp. nascitur. Hieron.

De huius anni Paschate vide Ambros. lib. 10. Epist 83.

431 **CONSTANTIUS** Imp. dum Iuliano cum infesto exercitu

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



cam, aliasque artes liberales vel docerent vel discerent. Nam nostris ipsorum, inquit, pennis percellimur, ut est in proverbio: siquidem nostrorum scriptorum praesidiis muniti, bellum contra nos suscipiunt. Christianos etiam aula sua, militiaque expulit, inter quos fuerunt Iovinianus, Valentinianus, & Valens, qui post ipsum imperarunt. Theodoret.

Hoc tempore Episcopi multi, à Constantio pulsati, è latebris proreptarunt, & Ecclesias suas recuperarunt.

4333 **IULIANVS** odio Christianorum permisit Iudæis 363
templi Salomonis reedificationem, quam cum illi magno animorum ardore aggredierentur, horrendi flammarum globi è fundamentis erumpentes, exultis aliquoties operantibus, locum illum fecere inaccessum. Acciderunt & alia prodigia, quibus Iudæi ab opere cepto sunt repulsi atque deterriti. Ammia 23 Socr. 3. Theod. &c.

Estque hic annus à condito templo Salomonis 1400. eiusdem desolatione 968. à deletis Hierosolymis sub Tito 292. à morte Christi 330.

IULIANVS ingenti apparatu bellum Persis intulit, cui expeditioni interfuerunt duo historici scriptores, Eusebius & Ammianus Marcellinus, quod ipsi scribunt Cumque Iulianus aliquantò incautus praelio se inseruisset, quidam eques hasta brachium eius transfixit, & costas perfodit, ut hasta in unum recinoris fibrum haberet: quam dum auellere dextra manu conaretur, acuto utrinque ferro digitorum nervos sensu excisos. In castra itaque delatus 6. Cal. Iulii, ann. aet. 32. imperii 1 mens. 8 interit, & Ecclesiam vexatam atque gementem maximo metu liberavit. Moriturus fertur manum sanguine implevisse, illumque in aerem proievisse, & Christum, debellatorem suum, rabiosè allatrasse hoc commate. Vicisti Galilæe. Ita simul & victoriam confessus est, & blasphemiam exomnis. Theodoret lib. 3. Idem scribit, Athanasium predixisse

xisse Iuliano brevis temporis imperium. Nam cum multa
rabiam eius Ecclesie metuendam dicerent, respondit Est
nubecula cito transitura. Iulianus vero Sophista, &
Iuliani in religione Eibnica praeceptor, Ludimagistrum,
quendam Christianum interrogans per ludibrium: Ec-
quid faceres fabri filius? hoc responsum tulit. Paraculua-
no loculum. Nec multi dies praeteriere, cum fama de
Iuliani morte aduolauit, eiusque cadaver loculo recondi-
tum ad sepulcrum allatum est.

Hieronymus in Abacuc ca. 3. Dum adhuc essem puer, in-
quit, & in Grammatica ludo exercerer, omnesque urbes
victuarum sanguine polluerentur, ac subito in ipso perse-
cutionis ardore, Iuliani nunciaretur interitum, eleganter
vni de Eibnicis: Quomodo, inquit, Christiani dicunt,
Deum suum esse patientem & ἀνεξίτητον? Nihil iracun-
dus, nihil hoc furore praesentius: Ne modico quidem sps-
cio indignationem suam differre potuit. Hoc ille ludens
dixerit. Ceterum Ecclesia Christi cum exultatione can-
tauit: Diuisisti in stupore capita potentium.

Eleganter quoque Naz anzenus: Iulianum à Persis
vulneratum dicunt, cum inconsideratè excursions face-
ret, & nunc huc, nunc illuc perterritus rueret. Vulnus i-
taque accepit tempestiuum, totique Munda salutare, & cum
stolidus ille omnia se ex visceribus cognoscere putaret, v-
num hoc vulnus propriis visceribus infligendum ignorauit.

Hieronymus in Epitaph. Nepotiani. Iulianus proditor
anima sua, & Christiani exercitus iugulator, Christum
sensit in Media, quem priuim in Gallia denegarat. dum-
que Romanos propagare vult fines, perdidit propagatos.

Hieronymus, Theodoretus & alii asserunt, Iulianum
in Persas euntem, Galileorum (ita Christianos adpella-
bat) sanguinem diu suum vouisse, si victor rediret. Oracu-
lorum enim mendacibus responsis deceptus, somniabat vi-
ctoriam, postquam Galileos adoriri cogitabat. Verum,
vt Orosius loquitur, Deus impia consilia impii morte dis-
soluit.

SEPTIMI & THEODORITI MEMINERUNT

Theodoti Martyris, quem Iulianus comprehendi, & loris lacerari, lateraque testis acutis perfodi iusserat: quos cruciatus cum ille egregia fortitudine pertulisset ac superasset, dimissum esse Iuliani mandato. Rufinus verò historicus memorat, se cum hoc Theodoro, longo tempore post collocutum esse & rogasse: An non cum verberibus, tormentisque afflicteretur, maximum sensisset dolorem? illum respondisse: Se initio aliquantum doloris sensisse: at postea ei astutisse adolescentulum, qui liateo molli & frigido faciem sudore manantem continenter tergeret, & bono animo esse iuberet. Et cum carnifices ab eo cruciando cessarent, se non voluptatem sed afflictionem id eo sensisse, quòd is qui eius leuasset cruciatum, vna discesserat.

Hic Iulianus est vitium Imperatorum Ethnicorum. Ceteri post ipsum Imperatores fuerunt Christiani. Deinceps igitur de Christianorum rebus historias, utpote domesticas & notiores, abrumpemus aut contrahemus, solas ferè Imperatorum nomenclaturas, ut initio proposueramus, recensentes,

IOVINIANI IMPERIVM,

Hic cum die 27. Iulii à militibus ad imperium capessendum raperetur, exclamavit: se Christianum esse, nec velle imperare exercitui idola colenti, & Christum repudianti, Ibi illi magno clamore affirmarunt: Se quoque Christianos esse, & Christi nomen venerari. Socr. Soz. Theod.

Hic Imperator verè Catholicus & Orthodoxus Athanasium & alios Episcopos, antea proscriptos & relegatos, in sedes suas reduxit.

434 IOVINIANVS moritur 17. Febr. ætatis 33. imperii 364. mens. 7. d. 22. Creditur exanimatus odore cubiculi recenti calce illiti, cum in gravi frigore prunas nimium multas adoleri iussisset. Eutrop. Oras.

Hieronym. in Epitaph. Nepotiani: Iovinianus gustavit

Purchase full membership to immediately unlock this page

DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'
Full Membership gives
access to 797,885 ancient
and modern, fiction and
non-fiction books.

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



guttam sua lana aspersam pugno cedit editum, seq, inde non expiatum, sed turpi labe pollutum ait. Quod factum Iulianus conspiciens, Valentinianum ad Castellum in solitudine suam relegavit, ibiq, vitam degere iussit. At Valentinianus anno & paucis mens interiectis, imperium tanquam mercedem sua pietatis & confessionis obtinuit, & ut Orosii verbum utamur, qui pro Christi nomine amisit tribunal, retribuente Christo loco persecutoris sui accepit imperium.

Est annus à fine captivitatis Babylonice & à Monarchia Cyri 900.

433) Hoc tempore in Ecclesia Dei fulserunt clarissima 365

lumina, præter Athanasium & Hilarium, BASILIVS MAGNVS Cæsareæ Cappadoeciæ patriæ suæ Episcopus: cuius vitam descripsit Nazianzenus: GREGORIUS NYSSENVS, Basilii Magni frater: GREGORIUS NAZIANZENVS, D. Hieronymi in sacris literis præceptor EPIPHANIUS Cypri Salaminiæ Episcopus: DIDYMVS ALEXANDRINVS: & APOLLINARIS SYRVS, qui cum Iulianus Apostata Christianis liberalium artium scholas clauderet, veterem Ebræorum historiam vsque ad regnum Saulis carmine heroico conscripsit. & argumentis è sacris literis depromptis, sacra poemata, Comœdias & Tragedias ad Poetarum imitationem componens, res maximè salutes animis teneræ iuventutis instillavit, miscens utile dolci, ut ille ait. Fieri potest, ut quorundam Martyrum historias speciosis Emblematis ac figuris (quod & Aurelius Prudentius fecit) exornavit, usq, gestum quodammodo addiderit, ut ad discendum captum atq, usum essent accommodatiores. Vide Socr. 3. Soz. 5,

Hoc anno 21. die Iulii, cum horrendus tremor terram contunderet, ita ut mare terminos suos egrediens omnia diluvia obruiturum videretur, Epidaurii metuentes oppidis sui subversionem, senem Hilarionem, virum sanctum, ex

Eremo

Eremita eductum collocarunt in luctore: Qui cum tria crucis signa pinxisset in sabulo, manusq; contra tenderet, mare in magnam altitudinem intumescens ante eum stetit, ac diu fremens & quasi ad obicem indignans, postulatim in semetipsum relapsus est. Hæc Hieronymus in vita Hilarionis. Vide Ammianum 26. Soct. 4.

4336 **D** A M A S V S, vir doctus & D. Hieronymi amantissimus Romanum Pontificatum adiit: quem ut obtineret, cruentis gladius cum Ursicino, homine sedicioso, decertare coactus est. Ammia. 27. 366

B H I L A R I V S Episcopus Pictaviensis, moritur in patria anno sexto reditus sui Sulp. alu ad seq.

4337 **G** R A T I A N V S Valentiniiani filius, creatur Augustus die 20. Aug. 367

4339 **C**irca hunc annum S. **A** M B R O S I V S factus est Episcopus Mediolanensis, qui cum Liguriam eo tempore gubernaret, & ad sedandum tumultum, ob Episcopi electionem ortum, ad templum accurrisset, de concordia ita disseruit, ut communibus omnium suffragiis nemo alius quam ipse Ambrosius, Catechumenus adhuc, nec dum baptizatus, multum sanè reluctans, ad Episcopi functionem vocaretur. Quam electionem Valentinianus Imp. adprobans, lætari se dixit, tantam esse in præside corporumq; custode pietatem, ut **D** E V S censuerit animas ei commendandas esse. Hoc itaq; modo Ambrosius à fascibus ad pedum Episcopale peruenit. Probus præfectus prætorio cum Ambrosium in Liguriam mitteret, dixit. *Vade ac age, non ut iudex, sed ut Episcopus.* Quo Apophregmate non solum Ambrosium monuit, quanta religione Magistratus ei gerendus esset, verum etiam de futuro eius Episcopatu vaticinam vocem edidit. Alij referunt hunc euentum ad annos alios 372. 374. &c. 369

4340 **V** A L E N S cum nefaria querundam vaticinio cognouisset, eum sibi successurum, cuius nomen ab hu lictu inciperet, 370

- THEOD.** omnes Theodosios, Theodoros, Theodotosque quos ad imperium idoneos duxit, è medio tolli curavit. *Victor. & alii.*
- Prima irruptio Saxonum in Romanos limites. Ammian. 28.*
- 4341 **ATHANASIVS** Episcopus moritur sui Episcopatus an 46 (die 2. Maii. Eber) Soc. Sozo. 371
 Hoc ferme tempore B. MARTINVS Episcopatum Turonensem suscepit, cui præfuit an. 26. Sulpit.
- 4345 **VALENTINIANVS** Imp. apoplexia extinctus 375
 17. Nouemb. ætat. 55. imperii an. 12. minus 100. diebus. Socr. Ammia.
- VALENTINIANVS** Junior appellatur Augustus. Onuphr.
- Ex hoc tempore Arianæ Orthodoxos crudeliter persecuti sunt, Valentis tyrannide adiuti & armati.
- 4348 *Olymp. 289.* 378
Lacrymabile bellum in Thracia gestum, in quo Romanae legiones à Gothis vsque ad internecionem cæsa sunt. Ipse VALENS Imp. cum sagitta saucius fugeret, & ob dolorem saepe equo delaberetur, ad cuiusdam villulae casam deportatus est, ubi ab insequentibus barbaris deprehensus, incensa domo, igne consumptus est 9. Augusti, cum annu 15. non plenus imperasset. Hieronym. Oros. Ammia.
- Distat hæc Romanorum clades à pugna Cannensi 592. à clade Claudina 697.*
- Orosius refert, Gothos petiisse, ut mitterentur ipsis Episcopi, à quibus Christiana religionis doctrinam discerent: & Valentem eis misisse Doctores Arianos: atque ita Gothi prima suæ fidei rudimenta ab Arianis accepta in posterum retinuisse. Iusto itaque Dei iudicio Valens à Gothis crematus est, quorum ille antequam pestiferum erroris virus infunderat.*
- AMMIANVS MARCELLINVS** historiam suam in morte Valentis terminat,

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



tempore dicitur piam & salutarem edictum: Qui nam sint
 censendi Catholici, & qui heretici. Edictum hoc in Codi-
 ce videtur, & sic incipit: Cunctos populos, quos
 Clementie nostrae regit imperium, &c. Dat. 13. Ca-
 len. Mart. Theod. Gratian. 7. Theod. Aug. Coss.

Eodem anno Arien- sam 40. annis Oratoria obri-
 nuissent, vrbe Constantinopoli sunt egressi die 26.
 Nouemb: Visillum vero Homouliani ingressi, Ec-
 clesias receperunt. Socr. Marcellin. Soz. 7.

Vides itaq; Lector, quantis eventibus insignis sit hic Iubilaeum
 Mundi: videlicet, Theodosii baptismo, eiusdem Cō-
 sulatu primo, & Ecclesiae Dei triumpho de hereti-
 cis victis omnium clarissimo.

De Acholio Episcopo Thessalonicensi, qui Theodo-
 sium baptizauit, vide Ambrosium li. 7. Epist. 59.

435¹ **SYNOBUS CONSTANTINOPOLITANA**, Oc- 381
 cumenica Secunda, à Theodosio indicta, cele-
 bratur à 150. Episcopis, contra Macedonianos
 ενιυματομαχου, id est, negantes Spiritum san-
 ctum esse Deum.

SYMBOLVM quoq; **NICEIVM** repetitum, con-
 firmatum, & verborum quorundam adlectione
 declaratum ac illustratum est. Socr. 5.

Hic est annus à condita Constantinopoli 50. Et à
 condito templo secundo Hierosolym. 900.

BASILIVS Magnus circa hunc annum mortuus est.

ATHANARICVS Gothorum rex, italis quo Theodosius sa-
 lus pepigerat, mense Ianuario Constantinopolim venit,
 eodemq; mense morbo perit.

435² Gothi rege suo defuncto, aspicientes & admirantes virtu- 382
 tem, benignis atq; Theodosii, Romano sese imperio de-
 diderunt. Marcell. Ores.

Concilium Romae à Damaso habitum, cui interfue-
 runt, Paulinus Antiochiae Episcopus, Epiphanius
 Salaminae Episcopus, & D. Hieronymus. Sigon.

435³ **ARCADIVS** à patre Theodosio creatur Augustus, 383
 & in imperii contorem adsciscitur 16. Ian. Con-
 stantinopoli. Socr. MA.

MAXIMVS militem seditionem in Britannia, iuuente pro-
pennodum, Imperator creatur. Oros.

GRATIANVS Imp. Maximianus dolere circum-
uentus apud Lugdunum, interficitur & Celsus Se-
ptemb. an. 24. impetu 16. Marcellin.

S. AMBROSIVS Episcopus, dum templum Medio-
lanense Ananis tradere recusat, periculis obici-
tur, Iustina Valentianam uxoris matre, & Ana-
na labe infecta, exitum ei moliente. Quae de re
lege Ambrosii lib. 3. Epist. 33. & 34.

SYMMACHVS Romanae urbis praefectus, à Valentiano
petit Ethnica sacra restitui. Hunc Symmachum refuta-
uit D. Ambrosius, & Postea Prudentius duobus libris tur-
minum, quos studiosi legunt.

Hic est annus ab exiit ex Aegypto 1900. à transmi-
gratione Iechonae 1000.

4354 **HONORIVS** Imp. Theodosii filius, nascitur 9. Sept. 384
matre Placilla.

4355 **D. AVGVSTINVS** Mediolani fuit professor Rhetori- 385
ces, & D. Ambrosium doctorem audire cepit,
Calendis Ianuarii orationem habuit in laudem Cos-
tantonis. Aug. tom. 7. lib. 3. cap. 25. contra literas
Petuliani.

THEOPHILVS Episcopus Alexandrinus, qui centum
annorum paschales circulos edidit, floret.

MAXIMVS Imp. Treuere victor ingreditur.

4356 **B. MARTINVS** Treueris excipitur conuulso regio 386
à Maximo Imp. presente Consule Euodio.

Priscillianus supplicio adficitur. Sulp.

4358 **MAXIMVS** tyrannus à Theodosio victus 27. Augusti, & 388
prope Aquileiam à multis capite truncatus. Socrat.
Marcell.

De hoc bello ita Orosius: Theodosius iusto necessariq;
de causis ad bellum ciuile permotus, cum è duobus Augu-
stis fratribus & visionem Gratiani interfecti sanguis
exigeret, & restitutionem Valentianam miseria oraret,
posuit in Deo spem suam, seq; aduersus Maximum 17

annum sola fide maior (nam longe minor erat universi
 apparatus bellici operatione) proripuit. Andragathius
 Maximī Comes summam belli administrabat: qui cum
 omnes alpium ac fluminum aditus communisset, ineffa-
 bili iudicio Dei, navali expeditione, dum incantum bo-
 stem praevincere & obruere parat, sponte eadem claustra,
 quae obstruxerat, destruit. Itaque Theodosius nemine sentien-
 te, ut non dicam, repugnantibus, vacuas transmisit alpes,
 atque Aquileiam impromissus adveniens, hostem illum ma-
 gnum, Maximum truxit, & ab immanissimis quoque
 Germanorum gentibus tributa ac stipendia solo terrore
 nominis exigentem, sine dolo & controversia clausit, se-
 pit & occidit. Andragathius Comes, cognita Maximī ne-
 ce, precipitem sese in undas dedit ac suffocatus est.
 Formidolosissimum itaque bellum sine sanguine usque ad
 victoriam, duorum morte confectum est.

Circa hunc annum S. A A G V S T I N U S Mediolani
 baptizatus est ab Ambrosio Episcopo die Pascha-
 tis. Eodem anno obiit M O N I C A mater eius æt.
 56 Augustin. scribit (lib. 3. c. 25. contra literas Peti-
 liani) se post Maximī Tyranni mortem Africam
 reperivisse. Alii Baptismū eius in 386: alii in 389.
 conferunt Sigonius in 384. Nos indefinite posui-
 mus. Sermo Ambrosii eo die habitus, est inter e-
 ius sermones ultimus.

4359 T H E O D O S I U S, adiuncto sibi filio Honorio, & Valen- 389
 tiano Iuniorē, Roma de Maximo victo triumphat.

G R E G O R I U S N A Z I A N Z E N S I S moritur. Hier-
 on. in Catalog.

4360 A M B R O S I U S Episcopus, Theodosiū Imp. die Pa- 390
 schatis templo Mediolanensi exclusit: nec prius
 ad sacram synaxin eum admisit, quam veræ ac le-
 nis pœnitentiæ publica signa ostenderet. Nam
 cum Thessalonice per seditionem quidam in-
 terfecti essent, Imperator nimium excandescens,
 iusserat promiscuam turbam, in fontes pariter cū
 fontibus

Purchase full membership to immediately unlock this page

DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'
Full Membership gives
access to 797,885 ancient
and modern, fiction and
non-fiction books.

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



4362 **V A L E N T I N I A N V S** Iunior, Imp. Rom. dolo Ar- 392
 bogastis strangulatur, atque ut voluntariam sibi
 mortem concivisse putaretur, laqueo in sublimi
 suspensus est: Idib. Mai, pridie Pentecostes, die
 Sabbaticum imperasset an. 16. mens. 5. d. 24. Epi-
 phanius. Ouphr.

*De huius obitu lege orationem funebrem D. Ambrosii, & E-
 pistolam lib. 5. ep. 34.*

MORTUO Valentiniano ARBOGASTES EVGENIO,
 homini pagano & fero, imposuit Imperatoris titulum, i-
 pse simul imperaturus, Occidentis itaq; imperium nefe-
 rit inuasit & occupavit Eugenius. Oros. Marcell. Socr.
 Prof.

D. H I E R O N Y M V S illustrium in Ecclesia virorum
 catalogum hoc anno, qui est (ut ipse ait) Theodo-
 sii principis decimus quartus, contexit: ubi inter
 cetera scribit, hoc anno adhuc in vivis esse Didy-
 mum Alexandrinum, Epiphanium, Ambrosium,
 Gregorium Nissæ Episcopum & Basilii Magni
 fratrem, Sophronium & alios. Nazianzenum ait
 mortuum esse ante triennium propè. Admiratio-
 ne dignum est quod de Didymo Alexandrino
 refert, cum à parva ætate oculis captum artes li-
 berales præclare didicisse, & commentarios scri-
 psisse, in Psalmos & Evangelia, &c. & iam exces-
 sisse annum ætatis 83. Extat eius liber de Spiritu
 sancto, quem Hieronymus in latinum vertit.

4363 **H O N O R I V S** à patre Theodosio appellatur Augu- 393
 stus 10. Januarii.

T H E O D O S I V S Iohannem Monachum apud The-
 baidem ob futurorum scientiam celebrem, & cu-
 ius prædictioni de Maximo opprimendo even-
 tus responderat, de eventu belli adversus Euge-
 nium consultit: cui ille victoriam pollicetur, ut
 scriptum reliquerunt plerique scriptores Eccle-
 siastici.

CHRONOLOG.
VENTI PRO THEODOSIO
PONANT.

EUGENIUS atq; **ARBOGASTES**, inquit Orosius, collectis Gallorum Francorumq; viribus, & Idolis à se cultu mixti, instructas acies campis expedierant, & arcta Alpium latera atque transitus, promissis callide insidias occuparant, ut etiam si numero ac viribus impares forent, sola tamen belli dispositione vincerent. At verò Theodosius in summis Alpibus constitutus, exers cibi ac somni, Christum solus solum qui omnia posset, corpore humi fuscus, mente caele fixus orabat. Dehinc postquam in somnium noctem precum consumatione transegit, & testes prope modum lacunas lacrymarum reliquit, arma corripuit, ac signo crucis signum praelio dedit, seq; in bellum, etiam si nemo sequeretur, victor futurum iuravit. Vbi verò ad contigua immisceunda pugna spacia perventum est, continuò magnus ille & ineffabilis turbo ventorum in ora hostium irruit. Ferebantur per aerem spicula missa nostrorum, atq; ultra mensuram humani iactum, in aere portata usquam prope modum cadere sinebantur, priusquam impingerent, & hostium ora pectoraq; verberarent: tela etiam quae ipsi hostes extorserant, ventis excepta, ac retrorsum coacta, ipsos infeliciter configebant. **EUGENIUS** captus atque interfectus est: **ARBOGASTES** sua se manu peremit.

De hoc bello Augustinus lib. 5. Civit. cap. 26. **THEODOSIUS** contra robustissimum Eugenii exercitum, inquit, magis urando quam feriendo pugnavit: Ut nobis reculerunt milites qui adfuerunt, extorta sibi esse de manibus quaecumq; iaculabantur, cum à Theodosii partibus in adversarios vehemens ventus irret, & non solum quaecumq; in eos iaciebantur concitatissime raperet, verum etiam ipsorum tela in eorum corpora retorqueret. Unde & Poeta Claudianus, quamvis à Christi nomine alienus, in eius tamen laudibus dixit:

O nimium dilecte Deo, cui militat aether,
 Et coniurati veniunt ad classica venti.

*Socrates interitum Eugenii refert ad 6. diem (Eber. 17.)
Septemb.*

4365 **THEODOSIUS MAIOR** Ecclesie nutritus 395
Mediolani moritur ex hydrope 17. Ianuar. an. 38.
60: imperii 16. cum ante mortem condito testa-
mento duobus filiis, Arcadio Orientem, Hono-
rio Occidentem regendum tradidisset, & illi Ru-
finum, huic Stiliconem tutorem adiunxisset. Se-
pultus Constantinopoli. Post diem quadragesi-
mum D. Ambrosius in templo, presente Hono-
rio, orationem Theodosii laudes continentem,
recitavit, quae tomo 3. operum eius extat, & lecta
est dignissima. Hic Theodosius, teste Augustino,
dicere solitus est: *Magis se gaudere, quod membrum
Ecclesie DEI esset, quam quod in terra regnaret.*

ARCADIUS & HONORIUS post patrem Theo-
dosium imperarunt: ille in Oriente an. 13. mens. 3.
d. 15 hic in Occidente an. 19.

*Hoc seculo vixit CLAUDIANVS Poeta, qui horum tem-
porum res gestas accuratè & eleganter descripsit. GIL-
D O (de quo Claud.) hoc anno Africam spoliavit.*

*Hic etiam pertinet Claudiani panegyris in fratres, Olybrum
& Probinum huius anni Consules: & duo libri in Rufi-
num, tutorem Arcadii, qui à militibus hoc anno decisus
est, 27. Nouemb. teste Socrate.*

*Definunt Chronica RUFFINI & SEXTI AVRELI
VICTORIS, quorum illeres Ecclesiasticas descripsit,
vt Socrates & alii: Hic verd literis mandatis vitae Im-
peratorum, factis initio ab anno primo Monarchiae Au-
gusti, usque ad Actium Antonio, quae narrationes conti-
nent 424. annorum historiam.*

4366 **Tertius Honorii Consulatus, de quo Claudianus.** 396

4367 **S MARTINVM** Episcopum Turonensem hoc an- 397
no ex hac vita migrasse, et. 81. scribunt Gregorius
Turonensis, Marianus, Contractus, Sigebertus:
sed alii ponunt 404.

4368 **D. AMBROSIVS** obiit 4. April. cum ferè trien- 398
nium

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



INDEX
GOTHORVM IRREPTIO IN

ITALIAM

Ex hoc tempore Gethide inuadunt Italia, urbem, Roma occupanda aut diripiuntis consilio agitare in peruenit, ducem serm. M. L. A. ad CHG ad hanc rem occurrenter laborante. Nam etiam ab omni Italia, quibus hunc seculis formidini ac terrori exterris gentibus fuerit, cetera arma metueri cepit, et ex parte postea in suauitatis de haurit. Hinc ad Carolum Magni peruenit in urbe Roma, anni 400. Tot annis Mah. re loquitur Sigonius, Salamitatum, aut profumit in fuisse, aut impeditur in hanc perentia, quibus quoniam: Sed humanorum malorum extrema omnia passa est, ubi Ecclesia D. B. I., qua paulo ante constituta per Constantinum inde per annos centum in aliquo esse dignitate ac potestate cepit, maximam ex omni parte laetiam labemq, contraxit.

ALARICHVS per Tridantem solent 14. Cal. Septemb. descedit, ubi quodq, alpina oppida primo impetu cepit Sigon.

4372 De re apud Pollentiam oppidum a Stilicone aduersus Alaricum & Gethos hoc anno gesta, vide Prudent. lib. 2. aduersus Symmachum, responsione quinta:

Tentauit Geticus naper dolere Tytannus
Italiam, passio veniens iuratus ab Istro.

Huc pertinet libellus Claudiani de bello Gethico. De pugna Stiliconis aduersus Gethos commissa ipso die Paschalis, vide Oros. & alios.

EPIPHANIVS Episcopus Salamine, Constantino- poli in Cyprum rediens, moritur in itinere. Socr. 6. Trip. 10.

IOHANNES CHRYSOSTOMVS mandato Arcadii Imp. Ecclesia Constantinopolitana pellitur: sed cum seditio populi, Chrysostomum desiderandis, metueretur, reuocatus, inq, solum suum restitutus est. Socr. 5. Trip. 10.

THEODOSIVS IUNIOR adhuc in curia vagiens a patre Arcadio appellatur Augustus. 17. Cal. Febr. Marcell. & alii, H O.

4373 HONORIUS Imperator de vita gentis in Africa in
litteris Alaricorum conficitur. Sign. 403

4374 IOHANNES CHRYSOSTOMUS Arianum
 dato iterum in exilium abducitur, cum in Eudo-
 xiam Augustam lingua creatae pro conatione
 quaedam dixerit liberius. Hoc tempore celebrem
 illam concionem recitavit, cuius initium est: He-
 roclius iterum in saepe, iterum obfirmaveri, ite-
 rum saltate pergit: iterum caput Iohannis in disco
 accipere studet.

Prædie Cal. Octob. cum grande magnitudine Inusi-
 tata in suburbis Constantinopolis forte decide-
 ret, percrebuit sermo, istud Deo factum propter
 Iohannem in dicta causa abdicatum contigisse:

Hunc sermonem Eudoxie mors vehementer auxit.
 Nam quatuordecim post delapsam grandinem à vita
 decessit. Socr. 6. Trip. Marcell. Prosp.

PAULA Romana mulier primarie nobilitatis &
 eximie pietatis in Domino obdormivit 26. Ian.
 tertia Sabbati: cum vixisset ann. 56. mens. 8. d. 20.
 Hæc mortuo marito mundi contemptum cœpé-
 rat profiteri, atque in eo proposito Romæ vixerat
 quinquennio, apud Bethlehem vero ann. 20. in
 monasterio virginum à se instituto. Eius Epita-
 phium scripsit D. Hieronymus ad Eustochiam
 virginem, Paulæ filiam, quod extat in primo to-
 mo operum Hieronymi.

PRUDENTIUS Poeta hoc anno edidit libros Ca-
 themerion, quia in præfatione ait se ista scribere
 agentem annum æt. 57.

Per quinquennis (toquit) iam decem,

Ni fallor, fuimus: septimus insuper.

Annus carde rotat, dum fruimur sole volubili:

Quid nos vitæ tam temporis spacio egimus?

Hic est factus Honorii Consulatus, de quo Claudiani panegyris.

4375 RADAGAISES Scythæ de religione gentili in Italiam ir-
 ruptio. 405

captivum fecim. traditur ab Honorio ad Fusula. De quo sic Oroſius : Radagaiſus omnium antiquorum profuſiſſimꝫ, beſtino inmanifſimo repente impetu totam inundans Italiam : in cuius exercitu fuiſſe ferunt plus quã decem milia Gothorum. Conterritum autem diuinitꝫ Radagaiſum Honorem in Fuſula montes coegit, cuiſqꝫ decem milia hominum inopum conſilii & cibi, in arido & aſpero montis iugo, urgente vndiqꝫ timore concluſit, agminaꝫ, quibus dudum anguſta videbatur Italia, latenti ſpe in vnum ac paruum verticem traxit: ubi hoſtes ſurientes & ſitientes languentesque conſecti ſunt. Radagaiſus clam ſuos deſeruit, atqꝫ in noſtros incidit, à quibus captus & interfectus eſt. Tanta verò captiuorum Gothorum multitudo fuiſſe fertur, ut viliffimarum pecudum ſpeda ſingulis auram paſſim greges hominum vendarentur. Hic Radagaiſus omnem Romanum generis ſanguinem die ſui prapnere deuenit at.

4376 **VANDALI & ALANI** Gallia traiecit Rheno prius Cal. Ienu. ingreſſi. Proſper. Zeſim. 406

4377 **IOHANNES CHRYSOSTOMVS** ad CHRISTVM migra: 14. Septemb. Socl. 14. Nouemb. ſtat. 52. cum Episcopatum Conſtantinopolitanum tenuiſſet ann. 5. menſ. ſerme 6. & exulaſſet ann. 3. menſ. 5. Socl. Zonaras Cedrenus. Nicephorus lib. 13. cap. 37. dicit eum obſiſſe die exaltationis Crucis (14. Septemb.) Sic enim conueniebat, inquit, eum qui vitam omnem ſub cruce tranſegerat, & gloriam non in alia re, quã in cruce Chriſti collocauerat, feſto ipſius die, quem ex materia iſta acceptam circumferebat cinerem, deponere, atqꝫ ad DEVM in ſublime feſti & exaltari.

4378 **ARCADIVS** Imp. moritur 1. Maii, an. 21. 31. imperii 25. meſ. 3. d. 16. Onuphr. Soc. Peſ. 408

IMPERIVM THEODOSII IVNIORIS,
Theodoſii Magni nepotis, & Arcadii filii in Oriente, Onuph.

Loco Theodoſii, qui tunc preſeſſentis erat, imperium.

Purchase full membership to immediately unlock this page

DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'
Full Membership gives
access to 797,885 ancient
and modern, fiction and
non-fiction books.

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



Ex hac Romæ vastatione D. AVGVSTINVS occasionem sumpsit scribendi libros illos longe eruditissimos & utiles de Civitate Dei, ut os obrueret iis, qui eius cladis causas in Christianum religionem transferbant.

Et hoc ipso tempore oritur FLONDVS historiam inclinationis Romani imperii; quam deduxit vsq; ad an. N. C. 1450. circiter.

Ridiculum est, si non stolidum, quod HONORIUS audiens captam esse ab Alaricho Romam, doluit ob captam & amissam avem vel gallinam suam, quam cum in delitiis haberet, Romæ appellationem ei indiderat. Indignum sane, Regem aves præferre urbibus.

4381 **ALARICHVS** *merit. ATAVLFVS* *viri Alarichi frater, regnam suscipit: Placidiam Honorii forem ducit uxorem, captam in Roma direptione: Eam diuino iudicio velut obsidem ac pignus Romæ huic barbaro Regi tradidit. Nam illius iuncta coniugio, multum Reipub. profuit & commodauit. Ques.* 412

4382 **CYRILLVS** in Episcopatu Alexandrino succedit 412
Theophilo Alexandrino 15. Octob. defuncto.
Tertia die post ordinatur Cyrillus, Theophili ex fratre nepos, Socr. 7. Niceph. cap. 14.

4386 **OROSII** Presbyteri Hispani Chronicon, quod ab ipso D. 416
Augustino scriptum, finitur.

4387 Hoc anno, si Mariano Scoto, Sigeberto & Vincentii Spetulo credimus, quidam Occidentales Episcopi, cum in Paschatis die celebrando aberrassent, diuino miraculo ab errore ad veritatem reuocati sunt. Nam in quadam Italiae Ecclesia, aqua, que quotannis pridie Paschatis hora baptizandi, diuinitus manare solebat, eorum expectationem, qui iusto citius, nempe 8. Cal. April. Pascha celebrauerant, non emanans fecellit. Legitimo autem Paschatis die, sub ipsam baptizandi horam, 10. Cal. Maii, solusq; more fluens, verum Paschatis diem

diem ostendit. Vide epistolam Paschasii ad Leonem Papam apud Marianum Scotum. Ostendit autem Dionysii tabula & Mathematicorum calculi, anno N. C. 417. diem Dominicam Paschalis in 10. Cal. Mail incidere.

HONORIO Romae de Gothis triumphante, **ATTILY** & tyrannum vidit post terga manibus, ante currum ducitur, & ob rotas repetitam perfidiam, dextra ei truncatur. Prosper. Lardus. Sige.

Eclipsis Solis accidit 19. Julii. Marcell. Jordan.

4388

FRANCORVM REGES.

418

4389

Quidam scriptores hinc ordiuntur regum Francorum seriem: & Pharamundo Regi primo tribuunt annos 11. Trithemius scribit, cum adisse regnum 24. April. aet. an. 56. & regnasse septennio. Sunt qui Pharamundi initium in seq. annum conferant. Hinc ad annum 499. quo Clodoveus Francorum Rex vna cum baptismo Christianum accepit, anni 80. ad Carolum VII. R. Francorum, 1064. id est, bb 532. sine duo Cycli Magni, ad Caroli Magni regnum 350.

419

Hinc incipit Chronicon I O A N. T I B I I de legibus Francorum à Pharamundo vsque ad Franciscum primum. Primum autem Pharamundi annum confert in annum natj Christi 420. & tribuit eius regno annos 11.

4399

Hoc anno, vt diximus, vel completur, vel incipit, die 24. Aprilis, annus primus Pharamundi R. Francorum. Vt vultus horum ponat, observa hunc annum, qui principium Pharamundi attingit, esse à principio Samsonis, & à morte Iuliani, regnoque Aenea, annum 1600. à regno Dauidis 1500. à morte Nebucadnezaris Magni & principio Esauero daci 1000.

420

D. HIERONYMVS, de Ecclesijs Dei scriptis suis preclare meritis, in oppido Bethlehem, à Domini nostri IESV CHRISTI cunis in coelum enolans, vitam suam beato fine claudit, die 30. Septemb. (alij 31. Martij) Prosper, Diaconus, Con-

tractus & Bedæ. Pleriq; scribunt eum vixisse an. 91. Sed cur id in dubium vocem, hanc habeo causam. Ipse Hieronymus scribit, se anno illo, quo Iulianus perit (N. C. 363.) fuisse puerum, qui in Grammatico ludo exerceretur. Secundum supputationem vsitatam egisset tunc annum 33. quo certe non puerum se dicere poterat. Decurrerunt autem à morte Iuliani huc vsq; anni 57. quibus sit 20. vel 24. (ita enim ponamus, ne de Hieronymi ætate minuere aliquid videamur) addas, elicies vel 77. vel 81. forte igitur pro 91. numerari & scribi debuit 81. de quo iudicent eruditiores.

*Hoc tempore lex Salica, qua femina à successione terre Fræ-
sica in perpetuum excluduntur, condita fuit. Tillem. Alii
ad 485. referunt.*

4393 **HONORIUS** Imperator moritur 18. Cal. Septem. 433
an. ætat. 44. imperii 30. mens. 7. d. 6. Prosp. Mar-
cel. eius obitum antecessit Cometes.

THEODOSIUS IUNIOR post Honorium impe-
rat, cuius imperii initium habes supra, an. 408.

*Pantifina BONONIENSIVM ACADEMIA à
Theodosio Iuniore Imp. fundata & constituta die 9. Ma-
ii: qui eandem privilegia amplissima, quorum capita
adhuc publicè descripta in auditoriis leguntur, dona-
vit.*

4394 **THEODORITVS** hoc tempore factus est Episco- 434
pus, quia scribit annum Concilii Prædicatorii E-
phesini secundum esse Episcopatus sui an. 26.

4395 **VALENTINIANVS** tertius Placidus filius Augu- 435
stus appellatur 22. Septemb. Socr. Trip.

4396 **BONIFACIUS** Africa comes Castinum præsio vicit, 436
qua de re legit Epistolas eius ad S. Augustinũ, & huius ad
illum, Fide Alb. Cranzium in Fandalis lib. 1. 5. 29.

GENSERICVS Fandalorum Rex regnat annis 51. Puer
secta Ariana, & Catholicorum crudelis persecutor. Ior-
dan. Cass.

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



Olymp. 302. V. C. 421. A baptismo Christi 400.

D. A U G U S T I N U S Episcopus Hipponensis, & Ec-
clesiæ CHRISTI præcipuum lumen, ne urbis
sue ruinam cerneret, pia & placida morte sopi-
tur, 28. Augusti, ætat. 76. Episcopatus sui anno 40
Hic Gensericō Hipponem obsidente libris Iu-
liani in ipso diebus suorū sine respondit, & glo-
riose in defensione gratiæ Christi contra Pela-
gium perseveravit. Prosper, & Possidonius.

Diximus hæc de D. Augustini ætate: sed ita, ut
nihil desinamus, suam cuiq; sententiam relin-
quentes. Ut tamen de nostro in lectorem studio
ac fide nihil faciamus reliquum: exponemus hoc
loco quandam siue coniecturam siue diuinatio-
nem, cuius mæductio ad veritatem certiore-
que annorum Augustini investigationem via
quædam ei sternatur & aperuatur.

*Natus est Augustinus die 13. Nouemb. quod ipse annotat lib.
de vita beata. Annus vero descendit est partim ex anno
obitus 430. & æt. 76. partim ex 33. ætatis. Obisse Au-
gustinum 430. non tantum ex Prospero & aliis, sed et-
iam ex Concilio Ephesino, actū colligitur. Nam Caprea-
lus Episcopus Africanus scribit, Augustinum à Theodosio
Imp. vocatum fuisse, ut Ephesina Synoda interesset: ve-
rum paulo ante vitam excessisse; idque factum fuisse
anno 430. acta Synodi & annotationes Coll. docent.*

*Deinde scribit Augustinum, se post Maximi, Tyranni inter-
itum (qui peremptus est an. 388. 27. August. sessib. Socra-
te & aliis) ex Italia in Africam rediisse, ætatis sue 33. Et
ibi vnus tantum reliquum est scrupulus; an 388. annus ac-
cipiendus sit pro 33. currente, vel completo. Hic viam in-
grediatur quæ quisque volet, erit vnus tantum anni dif-
ferentia. Nos 33. completum accipiemus, ut 76. Augu-
stini cum 430. coincidat & concurrat. Hic ita datum &
concessum (de quibus tamen nihil asseueramus) erit hoc
modo distribuenda ætas Augustini in Christi ætas.*

5. 4. natus est Augustinus ibid. Nouemb. itaq;

355. erit primus Augustinus curens.
370. etas. 16. intermisit studia à Mediorū doctore veter-
sum, inde liceratum causa Carthaginiensis missat, ut ipse
scribit, lib. 2. confessionum.
373. etas. 19. lecto Ciceronis Hortensio philosophia stallo fla-
grare cepit. Et ab hoc tempore toto novennio usque ad
annum 28. (Christi 382.) in Manicheorum luto se vo-
luntatum fuisse quaretur. ab anno, inquit, 19. usque ad
28. seducebamur & seducebamur. Quid vero toto illo er-
rorum suorum tempore de Christo senserit, indicat lib. 7.
confess. cap. 19. Ego de Christo, inquit, tantum sentiebam,
quantum de excellenti sapientia viro, cui nullus posset a-
quari, praesertim quia mirabiliter natus ex virgine, ad
exemplum contemnedorum temporalium pro adipi-
scenda immortalitate, divina pro nobis cura tantam
autoritatem magisterii meruisse videbatur. Quid au-
tem sacramenti haberet, Verbum caro factum, ut suspi-
cari quidem poteram.
383. etas. 29. Faustus Manicheorum Episcopus Carthagi-
nē venit, magnus loquax Diaboli, qui per suavitatem
sua illecebras implicabat multis. Hunc ut omnium do-
ctrinarum peritissimum Augustinus audire desistit.
384. etas. 30. De hoc lib. 6. Confessio scribit: Ecce in tri-
cenariam aetatem gerebam, in eodem luto habitans, dice-
bam: Ecce Faustus veniet & exponit omnia. Hoc tem-
pore cum Iustina Valentiniani Imperatoris, Mariani, D.
Ambrosium persecuta esset, instituta est Psalmodia in
Ecclesia Mediolanensi. Confess. 9. 7. Eodem anno Medio-
lani Augustinus professus est Rhetoricam, & (ut ipse lo-
quitur) victoriosam loquacitatem vitium cupiditate ven-
debat. Hic audiuit Ambrosium publice docentem: Venie-
bant, inquit Augustinus, in animum meum simul cum
verbo qua diligebam, etiam res, quas negligebam: &
dum cor aperirem ad excipiendum quam discrete dice-
ret, pariter mirabar & quam vere diceret: gradatim
quidem.

385. *atq. 31. Mediolani Calend. Ianuar. Bantonem Cos. pro sua Rhetorica professione laudavit. Eodem anno, qui erat 12. à 19. collectus est cum Potitiano de suis errorib. Postea cum Alipio de sua conversione sermonem instituit. Confess. lib. 8 c. 6. 7. 12.*

386. *atq. 32. vel 387. atq. 33. baptizatur ab Ambrosio die Paschate: quo & Canticum illud Te Deum laudamus, &c. natum esse ferunt. Posidonius ait, eum Baptizatum cum esset 30. annis mater. Et ipsi alicubi ait, se anno demum 12. post 19. aetate sua, adhuc hesitantem de religione disputasse cum Potitiano.*

388. *atq. 34. post mortem Maximi, relicto Mediolano, repetiit Africam. in quo itinere pie & placide exspiravit, apud ostia Tiberina, mater eius Monica, matrona religiosissima, atq. 56. Augustini vero 33. (completo) & currenti 34.*

Reversus in patriam, trinitatem servavit, teste Posidonio, in sacrorum literarum studiis in domo propria agrisque paternis consumpsit, & (ut Posidonius verbis utamur) alienatis à seculis secularibus cum istis, qui ei adhaerebant, Deo vivebat, ieiuniis, orationibus, bonisque operibus, in lege Domini meditans die ac nocte. Et de istis, quae sibi Deus cogitanti atq. oranti revelabat, praesentes & absentes sermonibus ac libris docebat.

392. *atq. 37. factus est Presbyter in Ecclesia Hippoensi: quam docuit an. 40.*

394. *Concilium Bagaidense, 24. April. de quo August. tome. 7. contra Crisostomum lib. 4. cap. 39.*

397. *atq. 43. interfuit tertio Concilio Carthaginiensi: quod refertur in tome Conciliorum nomine eius subscripto.*

398. *atq. 44. interfuit quarto Concilio Carthaginiensi.*

400. *atq. 46. Concil. V. Carthag.*

407. *atq. 53. Huc pertinet liber de Actis Augustini cum Felice Manichaeo, tom. 6.*

Purchase full membership to immediately unlock this page

DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'
Full Membership gives
access to 797,885 ancient
and modern, fiction and
non-fiction books.

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



- 4401** **SYNODVS EPHESSINA**, Oecumenica tertia, Episcoporum amplius 200, auctoritate & mandato Theodosii iunioris Imp. (post Nicenam Synodum anno 146.) coacta: in qua profligata ac damnata est heresis NESTORII, qui sublata duarum naturarum in Christo unione hypostatica duas in eo personas reipsa constituebat: etsi id verbis negaret. Negabat enim has propositiones. **DEVS** est natus ex virgine & crucifixus. Mariam contendeat appellandam esse non *θεοτόκον*, id est, Deiparam: sed *χριστοτόκον*, id est, Christiparam. Hinc aut ipse aut alii hoc extruebant, Homini **CHRISTO** adfuisse *λόγον* non unione personali, sed per societatem, sine assistentiam, sicut **DEVS** adest Elie & alus Sanctis. Huius Concilii Rector ac princeps fuit **CYRILLVS** Episcopus Alexandrinus, cuius diuina scripta apud Orthodoxos in summa veneratione merito habentur. Primus patrum confessus factus est 10. (alii 22.) Iunij. Vide Acta Synodi & Socr. Euagr. Cedren. Zonar. & Vincentium Lyrinensem.
- 4402** **BONIFACIUS** Africa gubernator Roma accepta magistris militum dignitate post Actium bello superato, tertio mense morbo extinctus est. **AETIVS** pristinam potestatem recepit. Prosp. Marcell. Diac.
- 4403** **IOHANNES** Monachus cognomento Cassianus Massiliæ claret. Prosp P. de Natalib. l. 7. c. 59.
- 4404** **VINCENTIVS** Lyrinensis librum scripsit pro Catholice fidei antiquitate, aduersus profanas hereticorum inuentiones: anno 3. post Synodum Ephesinam, ut ipse tempus hoc annotauit.
- MAXIMVS** Taurinensis Episcopus, cuius homiliae ab Alcuino collectae passim leguntur, hoc saeculo vixit. Petrus de Natalib. lib. 2. cap. 9.
- 4405** **CODEX THEODOSIANVS**, Imperatorum Constitutiones vetustas continens, hoc anno absolutus Constantinopoli editus est, 25. Febr. quod docet praefationis subscriptio.

Die 11. Febr. pax cum Gensericis & Vandalis composita est, & concessa eis ad habitandum per triennium in Africa portus ad Hippontem urbem. Prosp.

4406 **GOTH** in Gallia pacis placida perturbant, pleraque municipia scilicet sua vicina occupant, Narbonensi oppido maxime infesti, quod cum diu obsidione & fame laboraret, per Litorinam ducem, ab utroque periculo liberatum est, Nam per singulos equitum binis tritici modis aduectis, hostes strenue in fugam vertit, & oppidum annona implevit. Prosp. Diac.

436

4407 **GENERICVS** Vandalorum Rex pacem cum Romanis compositam in bellum seu cladem Ecclesie conuertens, intra regni sui limites Catholicam fidem subvertere, eamque Ariana impietate obruere studet, & Episcopos non solum Basilicis suis, sed etiam ciuitatibus pellere conatur: verum illorum constantia nullis superbissimi Regis terroribus cedit. Quatuor etiam Hispani, Arcadius, Probus, Paschasius & Eutychnus, Gensericis ob sapientiam & fidele obsequium chari, cum in Arianam sectam transire nolent, primum proscripti & exilio multati, tandem atrociss. supplicis excruciatu, & diuersis mortis generibus interempti, illustri martyrio occubuerunt. Puer etiam Rutilius, Paschasii & Eutychni frater propter elegantiam formae & ingenii, Gensericis acceptus, sum a professione atque amore Catholicae fidei nullis minis deturbati posset, diu saetibus caesus ad infamem seruitutem damnatus est, nec ideo, ut apparet, interfectus, ne de superata sequita impietate Regis etiam illa aetas gloriaretur. Prosp. Diac.

437

CYRILLVS Cyclum 95. annorum composuit, incipiens ab anno 153. Diocletiani. Mariani. Sigeb & Isidori lib 6. cap. 17. Ergo inter Pascha huius & 532. anni 95. intercesserunt, & ubi Cyrillus desinit, ibi Dionysius Exiguus incipit. Obserua etiam hunc esse aera Dioclesiani annum 153. unde supputationis nostrae certitudo comprobatur.

- 4408 **IOHANNIS CHRYSOSTOMI** corpus 27. Ian. 438
Constantinopolim transfertur, magnoque cum
honore & veneratione terra mandatur anno 35.
post, quam ille vrbe Constantinopoli pulsus erat,
à morte verò eius 31. Marcel. Socr. Cedr. Niceph.
- 4409 **LITTORIVS Romanorum Dux**, dum Acrogleriam su- 439
perare nititur, & aruspicum responsis demonum, signi-
ficationibus fidit, cum Gothis imprudenter & infeliciter
manum conferit, & amissa exercitus sui parte ipse in
hostium manus venit. Prosp.
- CARTHAGO à Vandalis duce GENSERICO** capta
18. Octob (aliis 19.) anno 583. post, quam in Romanorum
potestatem venerat. Gensericum dolo eam invasit, de cu-
ius amicitia ob recens cum Romanis factum foedus nihil
metuebat: praecipue nobilitati atque religioni insensus,
ostendit, se non tantum hominibus, sed etiam Deo bellum
inferre. Prosp. Hanc cladem describens ac deplorans Vi-
ctor Episcopus Vticensis, refert, Gensericum Arianum post
multa crudelitatis suae exempla in proedicta, maximam
Clericorum nudatorum & spoliatorum turbanum nau-
bus impostam Africa expulisse, quas diuina misericordia
nauigatione prospera Neapolim Campaniae perduxerit.
Plura de hac persecutione apud eundem.
- Hoc anno desinunt **CHRONICA SOCRATIS, SOZOM-
ENI, & HISTORIAE TRIPARTITAE.** Ac
etsi in Sozomeno quaedam desideramus: tamen
ipse ait, se perduxisse Chronicon suum vsque ad
Theodosii Consulatum 17. qui in hunc annum
incurrit. Estq, hic annus à nato Augusto Caesare
500. à Roma condita 1190.
- 4410 **LEO** eius nominis primus, dictus Magnus, declara- 440
tur Romanus Pontifex circa 8. April. Onuph. Hu-
ius vti scripta vtilissima hodie cum fructu multo
leguntur. Incipit ad Leonis X. Pontificatum 1073.
ad eius mortem 1081.
- Germanus Auliffiodorensis Episcopus. Tilius.**

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



- 4412 **Hunni** Thracia & Ibyrium seu a populatione vastare per- 242
gunt: Valentinianus Imp. & Gensericus pacis fedus con-
stituant, & Africam ceteris spaciis inter se diuidunt: fuit
pax magis necessaria, quam utilis. Sigeb. Caff. Iorna.
Dicitur:
- 4414 **ATTILA** Hunnorum Rex Bledam fratrem & imperii 444
consortem per insidias perimit, & parricidio ad imperii
culmen ascendit. Prosp. Barzab. Cesiod. (Marcell. ad
seq.)
- 4415 **PROSPER** Aquitanicus Chronologiam suam hoc anno 445
terminat, quoniam deinceps **MATHÆVS PALME-
RTVS** Florentinus usq. ad annum Christi 1481. dedu-
xit. Rediunt autem studiosi facientes, si ex Chronographis
Graecis & Latinis temporum ordinem & historiarum
cognitionem petent. Legantur itaq. **ZONARAS, CE-
DREVS, NICEPHORVS, PROCOPIVS,
IOERNANDVS, MARCELLINVS, PAVLVS
DIACONVS, SIGEBERTVS, REGINO, MA-
RIANVS SCOTVS, HERMANNVS CON-
TRACTVS, LAMBERTVS SCHAENABVR-
GENSIS, PERSPERGENSIS, NAVCLERVS**
& alii complures, qui tempora aliquo usq. à se continua-
ta aliis pertexenda reliquerunt.
- CYRILLVS** Episcopus Alexandrinus obiit anno
Theodosii 39. Cedren. p. 281. cum in Alexandri-
na sede 32. annis euituisset. Niceph. 14. 47. Ei suc-
cessit Dioscorus, Cyrallo dissimulatus: ut pote Eu-
tychianus.
- 4417 **Liber Nouellarum Constitutionum Theodosii**, quas ille ad 447
suum Codicem adici voluit, edicuntur est Cal. Octob. quod
ex prefatione patet.
- Hoc ferme tempore Anglorum sine Saxonum gens inuitata
à Rege Britannico ad defendendam contra hostes Britan-
niam, tribus longis nauibus aduecta est, sed cum post par-
tam victoriam promissa stipendia sibi non solui quiritar-
rentur, in Britannia à se defensa perpetuum domicilium
ac se.

ae sedes fixerunt, qua occasione Britannia in duo regna, Anglorum & Saxonum diuisa est. Hincpenninus alii referunt ad an. 449. sed Bedae ab hoc tempore annos introitus Saxonum in Britanniam numerat. Nam annus Christi 596. est ei 150. Anglorum: Christi 627. est ei 180. Item 731. est ei 285. Vide Bedam Anglicam hister. lib. 1. cap. 13. 23. Item Cranzium Saxonis lib. 1. Diac. 14.

ANNO 20. post Nestorii ordinationem, EUTYCHIS Archimandrita siue Abbas Constantinopolitanus, haeresin condidit de confusione duarum naturarum in CHRISTO, argumentando procedens ab vna persona ad vnā naturam, quemadmodum e contrario NESTORIVS ex duabus naturis, duas in CHRISTO personas asseruerat. Euag. Contra & Niceph. Marian. &c.

4419 Collecta est Calend. Augusti SYNOPSIS ΕΡΗΣΙΝΑ II. latrocinij infamis, & propterea appellata ληστεική, id est, praedatoria, siue latronculorum concursus. Nam DIOSCORVS ALEXANDRINVS Episcopus, & alij, ad hanc sacram pugnam, pro gladio spirituum & mente sana, attulerant robustos lacertos ac pugnos: pro scripturarum testimonij stipatorum manum: atq; ita armorum terroribus, minus ac metu sacerdotibus trepidis, Eutychni delicti approbationem extorserant: in primis vero THEODOSI I Imp. auctoritate, bonitate & credulitate abusi fuerant ad corroganda suffragandaque suffragia. Ipsum tamen EUTYCHIS DOGMA, a mala ortum radice, non potuit diu florere vel ευτυχηῖν: sed post biennium mortuo Theodosio, redditaque Episcopis lingua libertate, in Concilio Chalcedonensi defloruit & emarcuit.

DIOSCORVS FLAVIANVM Episcopum Constantinopolitanum aduersantem Eutychni, ex insidij interficiendum curauit. Hic est FLAVIANVS

10 **N** V S ille, ad quem hoc ipso anno Idib. Junii L. P.
 20 **P** A R A scripsit insignem illam planeque **ORTHO-**
 30 **D** O X A M **E** P I S T O L A M, qua Eurychus dogma de
 40 duarum in **C** H R I S T O naturarum confusione
 50 pie ac dextrè refellitur, & doctrina de Commu-
 60 nicatione Idiomatum ita illustratur, ut eruditus
 70 hæc Epistola sit instar gnomonis, ad cuius indi-
 80 cium in difficultum disputationum explicatione
 90 sententias suas dirigant & conforment. Eam ta-
 100 men fidei decisionem incorruptissimam, Eury-
 110 chiani ut hæreticam dampnarunt & reiecerunt, te-
 120 ste Euagrio lib. 2. Plura de huius Concilii
 130 violento processu apud Zonaram, Cedrenum,
 140 Nicoph. Euagr. &c.

M E R O V Æ V S III. Francorum Rex regnare cepit (ab
 imperio Augusti anno 490. id est, septies 70.) à quo Fran-
 ci cognominati sunt Merovingi. Eginhart. Sigeb. Aemi-
 lin. Trist.

4420 **T** H O D O R I V S innoxius, equo collapsus afflictus, inq; 450
 lectica domum relatus, moritur Constantinopo-
 li 28. Iulii, æt. 50. indictione tertia, ut habet Theo-
 dorus Lector & alii, cum Orientis imperio præ-
 fuisse an. 42. mens. 2. dies 28. Onuphr. Hic Imp.
 plus in se proclivis fuit ad obsequendum familiarib. ali-
 quid suadensibus, adeo, ut sæpè schedis non lectis subscri-
 beret. Quod cum Pulcheria Soror eius animadverteret,
 callidè sub pretextu petendi numeris, per literas petebat,
 sibi in servitutem tradi Eudociam Imperatoris coniu-
 gem. Quod cum ille Sigillo max. confirmasset: Soror
 monstratis & lectis literis acriter eum oburgavit: atque
 ut in talibus accuracionem adhiberet monuit. Diaconus
 prolixe recitans huius Imp. Laudes hæc quoque memorat,
 cum à quodam interrogaretur, cur nullum eorum, quos
 ipsum læserat, subiecisset supplicii & mortis? Vt ipam,
 inquit, possem mortuos in vitam revocare. Ante
 obitum Theodosius cognita Flavianæ cadis nefariæ, erro-
 rem

Purchase full membership to immediately unlock this page

DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'
Full Membership gives
access to 797,885 ancient
and modern, fiction and
non-fiction books.

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



unam personam, unam censuit esse naturam. Et quia est in Christo & naturarum proprietates & persona unie, Nestorius proprietatem attendens naturarum, à persona excidit unionem: Et Eutyches unam intuens personam, à naturarum proprietate descivit, & ipsam divinitatem asseruit passam. Vides quanti periculi res sit, aut unam in Christo non credere personam, aut duas nolle profiteri naturas. Dum unam contra Nestorium Christi defendo personam, existimor secundum Eutychem humanam negare naturam: Dum contra Eutychem duas assero naturas, existimor secundum Nestorium duas profiteri personas, quia ille duabus naturis duos Christos, duasque personas credidit ascribendas. I. Lactentius Vigilans.

Deprehenso itaque & repudiato errore, S. Patres decretis Synodi prædatoris rescissis, Eutychem damnarunt, & sacerdotio abdicarunt. Dioscorum item Episcopatum detrusum Synodus iussit in exilio vivere, de quo lege Euagrium, Cedr. Zonar. Niceph. & Decret. distinct. 15. & 96. Hæc sunt quatuor illa Concilia Oecumenica: NIGENVM, CONSTANTINOPOLITANVM, EPHESI-
NYM & CHALCEDONENSE, quæ Gregorius Magnus Rom. pontifex in Epistolis ait, se ita recipere ac venerari, ut quatuor Evangelia. Et hæc celebrata sunt sub quatuor Imp. scilicet, CONSTANTINNO MAGNO, THEODOSIO MAGNO, THEODOSIO IUNIORE & MARCIANO. Distat Synodus Chalcedonensis à Nicæna annis 126. de cuius æra alibi disputabimus.

Urbs Aureliana obsidetur, Tilsma

PUGNA CATALAVNICA.

Hoc ipso anno postquam ATTILA in Galliam irruerat, & aduentante Romanorum exercitu ab urbe Aureliana oppugnatione reuocatus fuerat, accidit memorabile illud Actus cum Romanis pugna in campo Catalavnicæ, plurimorum scriptis decantata, de qua lege Iornandum,

MAR.

Marcellinum, Sigabertum, Marianum, Diaconum, Bledum, Bonfinium, Naullerum, Trutbenſiū, Cranzium, &c. Interfuerunt huic praelio ex altera parte Attila Hunnorum Rex, eiusque socii Ostrogothi, Gepida, & Germani populi, Quadi, Marcomanni, Heruli, Turcilingi, Thuringi, Saxones, ad quingenta milia hominum. Ex altera parte Actius dux Romani exercitus, Meroueus Francorum Rex, & hi iuncti Gothi, Franci, Alani & Burgundiones. Hi exercitus, ut Iornandi verba recitantur, tanta animorum pertinacia conflixerunt, ut 162. milia hominum utrinque caesa referantur, exceptus 90. milibus Gepidarum & Francorum, qui pridie praelio noctu sibi occurrentes mutuis concidit vulnerebus, Franci pro Romanorum, Gepidis pro Hunnorum parte dimicantibus. Cuius belli vix vllum simile narrat antiquitas. Nam rivulus memorati campi, ripa humili prolabens, peremptorum vulneribus sanguine multo proiectus, non aënis imbribus, sed liquore concussus insolito, torrens factus est cruoris augmento. Hec ille. Actius in praelio fuit superior: Attilam tamen usque ad interfectionem delere non potuit, quin imo illo etiam potiore exercitu perterritus amissa, nequaquam animo concidit, sed ex Actii discessu spes concepta, in ea loca, vnde exierat, sese recipiens, vires collegit, & exercitum instravit ac supplevit, ipsi Italia maioribus copiis bellum illaturus. Hic est Attila, qui arroganter dixit, stellas praese cadere, terram tremere, se malleum esse vniuersi orbis. Cumque Eremita quidam ei dixisset, Tu es flagellum Dei vicia Christiani populi corrigens: iussit illud circulo suo aduci, de quo vide Nicolaum Olabum lib. 6. apud Bonfinium.

4422 Hoc demum anno Attila redintegratis viribus. Italiam infesto cum exercitu invadens, aduentu suo civitatibus. cuiusmodi incredibilem iniecit terrorem. Aquileiam urbem potentissimam à civibus desertam funditus deleuit: Ticinum atque Mediolanum excidit, & illud ipsum incen-

dium ad reliquas etiam Italiae vrbes circumtulit, quas vel diruit, vel diripuit, vel flammis absumpsit. Vide Procop. Diac. Basiod. Marcell. Iornan. Sigebert. &c. Distas hic Italia lactus à clade Cantensi annus 666.

Sunt qui ab Aquileis excidio primordia clarissimæ & florentissimæ **V. R. B. I. S. V. E. N. E. T. I. A. R. V. M.** deducant, eamque hac occasione natam tradant. Cum Attila eandem facem, qua Aquileiam inflammauerat, reliquis Italiae urbibus se ad motum minitaretur, potentissimi quique urbium illarum ciues, relicta patria, vel in Insulis per fugia querentes, vel stagnis, paludibus, ac fluuiis salutem suam permittentes, de sedibus, domiciliisque suis alicubi figendis, urbibus extruendis, & rebus public. constituendis deliberarunt. Cumque in Adriatici sinus ora riuus altus videretur cæteris locis tutior, & ad omnia commodior, Respub. Veneta condita est, cuius maiestas hodie, vt quidam dixit, multò veriùs quam Ægypti pyramides inter mundi miracula recenseretur. Sed de anno, quo vrbs illa condita cepit, differunt scriptores, alii annum Christi 421. alii 430. alii item 453. alii 456. definiuntibus. Vt autem ista se habeant, si ab Attilæ in Italiam irruptione (inclusiue) numeratio instituenda est, hic præsens nati Christi annus 1598. erit ab eò tempore 1147. Consule Blondum, Sabellicum & alios rerum Venetarum scriptores. Hic est; Leone teste, annus 74. à primo Consulatu Theodosii magni, de quo alias. A Roma condita 1203.

4433 *Cum AVTILA Romanam decepturus putaretur, Leo Papa legatus à Valentiniano missus, Attila placato & exorato perlocutus, vt ille non solum à Romæ oppugnatione abstineret, sed etiam data & firmata pace, Italia tota excederet. Diac. & alii.*

Attila

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



de Actii cade deliberans, quendam ex familiarib. inter-
rogaret. Num Actii mors futura esset Reipub. utilis? re-
spōdit ille, hoc ipse videret, bene an male: sed scire, quod
Imperator illum occidēdo sibi dextram altera manu pra-
cideris: quod quidem & euentu ipse comprobatum est.
Nam hoc viro extincto, qui ad Reipub. defendendam
natus videbatur, simul cum ipso Occidentis imperium
concidit & corrui, & Respublica salutis suae dextram a-
misi. Procop. in Vandal. Marcell. Diac.

S. SEVERINVS Monachus, dictus Noricorum A-
postolus, in Noricum seu Austriam venit, & reli-
gionem Christianam voce sua propagavit. Dici-
tur prophetiae spiritum claruisse. Cusp. P. de Nata-
lib. lib. 2. cap. 56.

442) **ROMA** ducit **GENSERICO** à Vandalis capta.

455

VALENTINIANVS Augustus, Honorii Imp. è
sorore Placidia nepos, Romae in campo Martio
16. Cal. Aprilis ab Actii amicis vel satellitibus in-
stigante Maximo, cuius ille uxorem stuprauerat,
confoditur, aetate 36. imperii anno 29. mens. 5. d.
23. Onuph. Maximus imperium inuadit, ac ut
solent flagitia, & iniuriae poenae, eiusdem esse
generis, Eudoxiam Valentianiani uxorem vi com-
pressam turpibus nuptiis sibi copulat. Huius in-
iuriae atque contumeliae illa impatiens, Genser-
icum Vandalorum Regem missis donis & bona
spe, plusibus potius, ex Africa accersit, & Ma-
ximi tyrannide se & urbem Romanam liberari pe-
tit. Genserico igitur precibus illius auerente, &
armata cum classe magnisque copiis Romanam de-
improvisoaduente, ciues pauore correpti ex
urbem in loca tutiora profugunt. In qua trepida-
tione Maximus tyrannus fugam capessens, à Ro-
manis primum lapidibus peritus, deinde dilania-
tus & membratum dissectus in Tiberim prouci-
tur 77. die post, quam tyrannidem arripuerat.
Dieaque 12. Iulii (alii 12. Iunii) Gensericus
Romam

Romam praefidio vacuum, nullo aduersitate in-
gressus, non solum priuatas ciuium domos spo-
liant, sed etiam sacras aduersus donaria auro
gemmisque ornata, nonnullatiam aurea vasa e-
templo Hierosolymitano à Titu allata, captis, ea-
que vna cum Eodona, & duab. eius filiis, in Af-
ricam legum deportant. Scribit etiam Iustinianus
(hb. i. Cod. de offic. praef. Praetorio Africae) Gen-
tericum imperialis ornamenta in Africam abdu-
xisse. Hoc itaque modo Roma gentium domina
in potestatem venit Vandolorum, qui exactis 14.
diebus direptionis, praeda onusti vrbe exesse-
runt, & Africam reperuerunt. Ab hoc deinceps tem-
pore, inquit Ouphyrius, parum imperii vel maiestatis, si
vetera memoria reperamus, Roma habuit. Hac enim
Vandalorum clade accepta paupertas conciderit incipit,
non multo post cum omnibus prouinciis, Occidentis im-
perii nomen & maiestatem amisit. Hæc ille. Plura de
his Procop. Iordan. Euag. Marcel. Diae. Zena.
Niceph. Sigeb. Marian. Victor. &c.

*Hic est annus Romae condita 1206. ab eiectione Romae regibus
961. post captam à Gallis Romam 840. completam post-
quam ab Alericho capta fuerat 45. (vel vt Diaconus ha-
bet 44. compl.) à principio Nabonassar 1200. compl. à
fine regni Lyderum sub Craso 1000. à capta Carthagi-
ne (incl.) 600. à Monarchia Iulii 500. ab imperio Nero-
ni 400. à Monarchia Alexandri Magni 784. Marcell-
lanus hunc euentum assignat iuditionem 8. & octauum Va-
lentiniani Consulatum. Mariannus die 12. Iulii, feria 3.
scribit Romam captam, qua omnis ad Dionysii tabulas
(quas apud Bedam reperis) collata & examinata exa-
ctissime quadrat.*

4426 AVITVS, qui post Maximum anno superiore suscepit 456
imperium, Romam veniens, atque inuidia se premi &
infidijs peti intelligens, deponit magistratum, & ex Im-
peratore fit Episcopus Placentinus: paulo post moritur.
Casid. Sigon.

ELONDI S hic ordinatur hystoriam *Vulturnam*, de qua supra 452.

4427 **MARGIANVS** Imp. mor. 7. Cal. Feb. Onuph. (Sigon. 6. Calen. Mart.) cum imperasset an. 5. mens. 6. d. 10. Diac. & Theodorus Lector. 457

LEONIS IMPERIVM in Oriente. Theodorus. Cass. Cedren. Euag. Marcell. Vide Iornan. in Genes.

MAIORANI IMPERIVM in Occidente.

LEO Imp. solitus est dicere: *Quomodo Sol quibus affulserit, in calorem imperit: ita princeps clementiam impertiat illis, quos aspexerit.* Cedren.

4428 **MAIORANVS** in Africam traiciens, bellum Gensericum frustra infert. Cass. 458

Ingruit terramotus die 14. Septemb. imminente die Dominica. Antiochiam concussit, penesque totam prostravit, ante cuius initium quidam e populo supra modum insanire et omnem beluam feritatem longe superare visi sunt, quasi praemium eiusmodi cladibus praebituri. Erat is annus Antiochenorum 506: & ab eo terramotus, quo anno Antiocheno 159. sub Traiano atanderat, 347. Euag. 2. cap. 12. Nicoph. 15. cap. 20. Hac ora Antiochensium insigne praebet documentum auctoris recte à nobis supplicatorum. Vide annos M. 3923. 4081. & 4273.

4431 **LEO MAGNVS**, Pontifex Romanus, 3. Idus Aprilis (4 Cal. Iulii, Marianus) moritur, indictione 10. Marcell. Onuph. à morte Davidis regnoque Salomonis 1500. ab imperio Augusti 501. hinc ad obitum Leonis X. Papae 1060. 461

MAIORANVS Imp. nihil aduersus suspicans, dolo Ricimeris extinguitur, 7. Idus Augusti, imperu an. 4. successit ei **SEVERVS**. Cass. Marcell.

4432 Per haec tempora Mamertus Praesul Viennensis, cum vrbs illa horrendo terramotu laceraretur ac vastaretur, **LITANIAE** siue supplicationes, diebus 462

Purchase full membership to immediately unlock this page

DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'
Full Membership gives
access to 797,885 ancient
and modern, fiction and
non-fiction books.

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



& Gensericus capta & direpta fuerat. Verum Ricimer hoc scelere perpetrato non diu latus est. Nam die 39. post, saevissimis corporis cruciatibus, extinctus perit, 14. Augusti. O B Y B R I V S etiam, qui Anthemio successerat, vix degustatum imperio mortuus est, 23. Octob. Cass. Evag. Marcel. Jorn.

Incidit hac Roma calamitas in annum à morte Cyrilli 1000. à Monarchia Alexandri Magni 800. Augusti 500. ab excidio Urbis Ierusalem & imperio Vespasiani 401. à natali Augusti Caesaris 532. comp.

4443 **GLYCERIVS** s. Martii Olybrio sufficitur, in Occidentis imperio. In Oriente vero Leo Imp. nepotem suum **LEONEM IUNIOREM** Zenonis filium, imperii consortem facit. Cass. Ced. Zona. Diaco. &c. 473

4444 **LEO SENIOR** Imp. moritur, imperan. 17. **LEO IUNIOR** parentem suum Zenonem in imperii consortiam adimplet, & aliquanto post morbo extinctus est. 474

ZENONIS IMPERIUM. Evag. Diaco.

Romæ **GLYCERIVS** emenso annuo imperii spacio à Julio nepote compulsus deponit imperium, & fit Salonæ in Dalmatia Episcopus. Jornan. Evag.

4445 **AVGVSTVLVS** accipit imperium. 475

ORESTES genere Gothus, Nepotem Imperatorem, qui ipsum honoribus auxerat, & Magistrum militum fecerat, imperio priuat, & eum in Dalmatias fugat, felicitatis suæ autori malâ gratiam reddens: filium vero suum Augustulum puerum adhuc constituit Imperatorem, 31. Octobr. qui imperavit mens 9. dieb. 24. Onuph. ex Evag. Jornan. Diac. Marcel. & alii. Vide Procopium lib. de bello Gothorum. quorum historiam ille alius repetitam hinc orditur, etsi 18. tantum annorum bella, Iustiniani tempore gesta, describat.

Hic est annus ab V. C. 1226. vbi observas, Augustulum impe-

rare cepisse anno 500. p̄st, quàm Senatus Romanus Octavianum Casarem primum Augusti appellatione salutaverat & honoraverat. Fato igitur quodam Romani ultimum hunc Occidentalis imperii principem, qui puer erat, diminuto nomine Augustulum appellarunt, ut intelligeretur nunc demum anno 500. à nata appellatione Augusti, unà cum vocis mutatione, ipsam quoq; Augustalem dignitatem, Imperiūq; Romani Maiestatem dimipiendam, immutandam, aut aliò transferendam esse. Sape etiam regna sub iis Regibus deficiunt, concidunt aut mutantur, qui eorundem regnorum conditores ac fundatores nomine referunt. Ita regnum Persarum sub Dario ceperat & creverat: sub altero Dario corruit ac desit. Eadem etiam fuerunt nomina Philippi Macedonis & Philippi patris Persei: Bruti primi Cos. & Bruti interfectoris Iulii: Constantini Magni, qui Constantinopolim condidit, & Constantini Paleologi, cui urbem illam Turci eripuerunt: item Augusti & Augustuli: ut interim de Regibus Gallia, aliarumq; nationum taceamus.

4446 IMPERIVM ROMANORVM IN OCCIDENTE DESIIT. 476

ODOACER Herulorum Rex Romam obtinuit, & Oreste trucidato, Augustulum imperio se abdicare coegit, atq; ita Romanorum imperium in Occidente desit, barbaris Romæ & in Italia dominantibus. Odoacer primus Italiæ Rex in Occidente regnat an. 16. mens. 6. dieb. 3. Ouuoh.

ROMA IV. CAPTA AB ODOACRE Rege. Sigenim.

Fuit autem mutationis illius hac occasio. Cum Romani recepissent societatem Scythis, Alanis & Gothis, ingentia mala ab Alarico & ducibus Gothorum, aliquot annis perpessi essent, Romanorum principum potentia ac dignitas usque fracta, & veluti suo quodam senio debilitata atq; attenuata est, ut illi sub deconite societate & fœderum nomine à peregrinis & barbaris populis impu-

denier ac nefariè ad pleraq; inuisi cogerentur. Tandem
 verò Orestes cum occiso Nepote imperium rapuisset, il-
 ludq; Augustulo filio suo tradidisset: fœdus cum Gensericò
 Vandalorum Rege in Africa fecit, quòd huius amicitiam
 ad pacem diuturnitatem, regniq; incolumitatem sibi pro-
 futuram speraret. Verùm dum ille timet ab Austro, seu
 tempestas ab Aquilone orta, eum obruit. Nam Odoacer,
 qui quondam Orestis armiger fuit, & Italiam norat,
 spe præda illectus & excitus Herulu, Turcilingu, Rugiu, a-
 liuq; gentibus, traiecto Danubio Italiam inuadit & oc-
 cupat, atq; 23. Augusti à suo exercitu proclamatus Rex
 Italia, non ita multo post Placentia Orestem necat, Ro-
 manam capit, & Augustulum purpura exutum imperio se
 abdicare cogit, eumq; in quodam Campanie castello exu-
 lare, priuatumq; viuere iubet. Ita Imperium populi Ro-
 mani Occidentale occidit ac defecit, barbaris & peregri-
 nis Italiam firma possessione tenentibus. Et hac quidem
 à uariis, uel confusionibus plenum interregnum, caput
 anno centesimo post, quàm sub Valente Imp. Gothi in I-
 talias inuasi, inò nauigiis introducti fuerant. In-
 terregnum hoc, quo Occidens sine Imp. fuit, durauit an-
 nis 324 mensibus 4. vsq; ad Carolum Magnum Impera-
 torem Romæ coronatum, anno Christi 800 expleto. O-
 doacer reiecto & repudiato Imperatoris illustri titulo,
 Regem Italiae se appellari uoluit Augusti etiam nomen
 honorificum ex hoc tempore à Regibus Occidentis non est
 in titulis usurpatum, quod ut olim fuit florentissimum,
 ita in Augustulo uicariisse aut expirasse uideri potest.
 Plura de hoc anno Procop. Iornan. Marcellin. Cass. Diac.
 Euagr. Cedren. Niceph. Onuph. Sigon. & Golzius in E-
 lencho Regum Siciliae.

Hic est annus ab V. C. 1227. ab expulsis Roma. Regibus 982.
 à primo Consulatu Iulii Cas. 532. expletus, à Monarchia
 Iulii 582. à morte Iulii 518. ab Augusti Monarchia 505.
 Hac ipsa præterita fuit à Gallis ante annos 862. ab A-
 lari-

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



Ibidem vide de Eugenio viro sancto & Orthodoxo in Episcopum Carthaginensem electo, magna cum Ecclesia DEI laetitia.

4454 Anno septimo Hunerici Regis per totam Africam **484**
 cepit Catholicorum sua & horrenda persecutio, cuius atrocitatem Victor Vicensis ita descripsit, ut Lector non solum de summa crudelitate in Homousianos vel Orthodoxos nihil pretermisum fuisse intellegat, sed etiam exempla piorum hominum, diuinitatis CHRISTI professionem feruentissimo Zelo, vita & incolumitati sue preferentium, admirabundos intueatur. Si nitar aliquis, inquit Victor, ea saltem perscribere, quae in vrbe Carthagine gesta sunt, ne ipsa quidem nomina tormentorum dicere poterit, quae res hodie cuique proposita demonstrari potest: ubi alios sine manibus, alios sine oculis, alios sine pedibus, alios truncatos naribus auribusque videas, &c. Procopius scribit suo quoque tempore Byzantu quosdam impedita voce vfos fuisse, quorum linguas Hunerichus incidi iusserat, ut eiusmodi suppliciorum metu Christianos reliquos ad Arianorum sectam traduceret.

Hoc anno Cos. fuit Theodericus Rex Ostrogothorum: Estque annus ab exitu ex Aegypto 2000. compl.

4455 Sceleratissimus HVNERICHVS Vandalarum Rex, qui **485**
 Christum de diuinitate sua throno deicere nitentur, in medio futuri sui cursu ab eo, quem persequeretur, repulsus, & meritis suis digna morte extinctus est. Nam, ut auctor est Victor, corpus eius putrefactum vermibus ita scateo & ebullire cepit, ut non corpus, sed corporis partes sepulta sint. Ei successit, teste Procopio, GVNDABVNDVS, qui Christianos imitatione suorum suppliciorum etiam maioribus adflixit, & 12. annis regnavit.

CLODOVEVS Francorum Rex, regnat annis 30. nempe 15. in gentilibus: 15. in Christianismo, quem primus Regum Francorum suscepit. Sub hoc ipso rege, Romanum impo-

imperium in Gallis defecit, quando Clodouus, victo & occiso Syagrio, Suebionem Gallia urbem & reliqua oppida Romanis eripuit, atq; suo imperio subiecit. Iornan. Sigob. Trib. Tilim & scriptores Gallici. Numerantur à fine belli Gallici sub Iulio Cesare huc vsque anni 532. qui numerus appellatur *Cyclos magnus*.

Sub hoc rege **GALLIA** primo cepit vri insigni, triū Liliorum aureorum in campo caeruleo. Munster. lib. 2. Cosmogr. c. 30.

4456 **Hic est annus 60. ab aduentu Vandalorum in Africam, quo Victor Vicensis extincto Hunericho historiam persecutionis Africa scripsit.** 486

4457 **Odoacer Febo vel Feleto Reginum Rege victo & capto potius, Ruginos in Italiam transtulit. Cassiod.** 487

4458 **ZENO Imperator vt Italiam sibi affereret. Theodericum Gothorum Regulum hortatur ad inuadendam Italiam, & oppugnandum Odoacrem, quod prater ius & aquam Italiae regnum rapuisset. Procop. Iornand.** 488

Hinc orditur **LEONHARTVS ARETINVS** historiam belli Italici aduersus Gothos, qua continet 64. annos, & adiuncta est Procopii & Iornandi scriptis.

4459 **THEODERICVS Amalvs, Theodemiri filius, Valamiri nepos, comitante Gothorum gente, Italiam ingressus, ad annem Sontium, non procul ab Aquileia, Odoacrem magno praelio superatum in fugam conuertit. Eodem anno repetito conflictu ad Veronam Theodericus exercitum Odoacris contriuit, & terga dare coegit. Theodericus item Veronam inuasit Cass. Diac.** 489

460 **THEODERICVS Rex tertio certamine superauit & profugauit Odoacrem, qui cum sibi introitum vrby Romae à ciuibus pracludi cerneret, gladio & flammis consumpsit qua attingere potuit, & Rauenna mœnibus se inclausit, vbi graui obsidione per triennium Theodericus eum premere non destitit. Procop. Iornand. Cassiod. Diac.** 490

IDACIVS CLAVS Lemicae Hispaniarum vrbis

Episcopus, cuius scripta habemus, hoc tempore floruit.

4464 ZENO Imp. comitiali morbo extinguitur & Idib. April. (alii 7. Idus) an. imperii 17. Euag. Cedr. &c.

491

ANASTASII IMPERIVM in Oriente.

Hic etsi Eutybianus esset, tamen primis imperii annis nihil omnino rerum novarum in Ecclesia moliri voluit, sed omnibus modis elaboravit, ut Ecclesie ab omni tumultu & perturbatione vacarent. Chalcedonense verò Concilium in Ecclesiis neq, palam prædicatum fuit, neque ab omnibus reiectum. Nam singuli Ecclesiarum præsides pro suo arbitratu ea in re egerunt. Postquam verò Ecclesie in separatas factiones dividebantur. Anastasius imp. Episcopos reb. novis studentes, ut quenquam præter consuetudinem illorum locorum, in quibus ætatem degebat, Concilium Chalcedonense prædicantem, aut illud anathemate damnantem competeret, exturbavit.

Hinc imperatoris habitus in circo sedentis, populus veluti uno ore inclamavit. Sicut vixisti, ita etiam impera. Quippe nondum sumpto imperio, ante galli canum templum adire solebat, ibiq, dum concio dimitteretur, adstabat Deum placans, frequenter ieiunabat, & sua pauperib. ac mendicis erogabat. Cedr. Euag.

Huc vsq, Euagrius ab imperio Dioclesiani numerat an. 207. ab imperio Augusti 532. (id est, Cyclum magnam) mensis 7. à capta Troia. 1683. (nos 1673.)

284

3928

2788

207

532

1673

491

4460

4461

4463

ODOACE R. rerum necessariorum inopia victus, Theoderico se dedit, & 3. Cal. Martias pacem cum eo hac conditione fecit, ut in vrbe Ravenna Theodericus & Odoacer æqua sorte viverent, partemq, imperio potirentur.

493

Pe

Purchase full membership to immediately unlock this page

DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'
Full Membership gives
access to 797,885 ancient
and modern, fiction and
non-fiction books.

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



cum in *V*biis Christianismi suscipiendi voto se obligat, si
 è certamine victor euadere. *V*ictus itaq, & perennis *A*le-
 mannorum *R*egi, & *A*lemanni subiectis, à *S*. *R*emi-
 gio *R*emorum *E*piscopo baptizatus, exempla & edicta
 populam *F*rancorum ad fidem *C*hristi inuicem & per-
 duens. *S*igob. *T*ritth. *A*smikan. *H*unc tamen eventum al-
 lii referunt ad annum *C*hristi 496. de quo cum nullo
 contendimus. *H*inc ad *P*ipinum in *G*allis regnatum
 250.

GR**E**G**O**R**I**U**S** *E*piscopus *T*uronensis scribit, *R*e-
 migium *E*piscopum his verbis *C*lodouum, an-
 tequam baptizaretur, affatum esse: *M*ix deponi
 colla *S*icamber, adora quod incendisti, incende quod ad-
 qraisti.

4470 **T**H**O**D**E**R**I**C**V**S *R*ex, nouus in *v*rbis *R*oma hospes, ma- 500
 gna cum populi letitia exceptus, atq, *B*oeti oratione lau-
 datus, *S*enatum mira affabilitate tractat, *R*omana plebi
 annonas donat, & eidem admirandum *X*enium, deputata
 per singulos annos maxima vi pecunie, subuenit. *S*ub
 huius etiam felici imperio (ut *C*asidori verbis utamur)
 plurime vrbes renouantur, munificentissima castella condun-
 tur, admiranda palatia consurgunt, magnisq, eius operi-
 bus antiqua miracula superantur. *C*ass. *D*iac.

*C*irca hæc tempora vixerunt, **G**E**N**N**A**D**I**V**S** *P*ref-
 byter, cuius virorum illustrium catalogus extat:
 Et **V**IGILIVS *M*artyr, *E*piscopus *T*ridentinus:
 de cuius tamen ætate inter scriptores non con-
 uenit. *E*ius scripta aduersus *N*estorium & *E*uty-
 chen versantur inter omnium manibus.

4481 **A**N**A**S**T**A**S**I**V**S *I*mp. et *C*hirographo suo, ante- 510
 quam coronaretur, promiserat, idque iureiu-
 randa confirmauerat, se, dum imperaret, nul-
 lum nouum dogma in *E*ccliam introductorum,
 sed decreta *C*halcedonensia rata habiturum:
 tamen his neglectis, ausus est *S*yngrapham suam
 à *M*acedonio *E*piscopo *C*onstantinopolita-
 no reuolcere, & ab eodem postulare, ut à
 Chal-

Chalcedonensis Synodi sententia ad EUTY-
 CHIANOS (quos Cædenns SYNCHYTAS
 sominat) manserit: cui postulationi cum ille re-
 fragaretur, sede Episcopali motus in exilium
 missus est. Codr. Zonar. Marcell. Niceph. Ex hoc
 tempore hereticis antea crementis, Anastasio i-
 plos inente, & Catholicos premonete.

- 4482 Cum ALAMPNDARVS Sarracenorum prin- 412
 ceptus ab Orthodoxis baptizatus esset, SEVERVS
 Monachus misit duos Episcopos, qui eum labe
 Eutychiæ inficerent. Quos ille admirabili cõ-
 mento refutans dixit: hoc ipso die literas se acce-
 pissit, Michaelẽ Archangelũ esse mortuum. Quam
 nunciam cum illi falsum esse assenerent, quod
 in Angulos mors non eaderet: subiicit ille: Quo-
 modo ergo vos affirmatis *divinitatem mortuum ef-*
se, et quod cum carne sua in novam naturam transferit,
cum nequidem Angeli moriantur? Itaq; Severi legati
 cum dedecore discesserunt. Cæd. Zonar. Diacon.
- 4483 Anno Antiochenorum 561. ANASTASIVS Imp. 515
 FLAVIANVM Antistitem Antiochenum, quod
 Chalcedonensem Synodum anathemate notare
 nollet, in exilium eiecit, eiq; substituit impietatis
 Eutychiæ hominem, SEVERVM Monachum.
 Euseb. Marcell.
- 4484 Hoc anno Roma Cæs. fuit CASSIODORVS, cuius Fa- 514
 stos consulares in hoc opusculo subinde citantur. Ad
 eundem annum (qui est à morte Augusti Cæsaris 500. in-
 clusivè) pleriq; referunt mortem. GLODOFABI Re-
 gis Francorum à S. Remigio baptizati. ubi ad 511. Sepul-
 tus est. Lucetia in templo D. Petri: hodie appellatur tem-
 plum Genovesis. Tilim.
- 4487 ANASTASIVS Imp. ab Hormisda Rom. Ponti- 517
 fice de hæresi Eutychiæ relinquenda submonitus
 rescripsit: Nos imperare volumus; vobis imperari volu-
 mus. Gurus impiæ & insolentis vocis poenas in se-
 quenti anno perfolvit. Diacon. Iornan.

4488 **ANASTASIUS** Im. cum ex oraculis didicisset, se fulmine interitum, horrendo tonitru perterritus, & in alios atque alios thalamos descendens, 6. Idus Iulii in regio quodam cubiculo inuentus est mortuus, cum vixisset an. 88. & imperasset an. 27. mens. 3. d. 3. Zonar Euagr. Cedre. Aliqui fulmine ictum & extinctum tradunt.

IUSTINI IMPERIVM in Oriente.

Vestitus imperatrix purpura anno Antiocheno 566 Euagr. Fuit Imp. optimus, Orthodoxis fuit, & omnes quos Anastasius iniuste extorres egerat reuocauit. Ortus genere humili & ignobili: nempe patre armentario: sed cum militiam sectaretur, mutata sorte altiores dignitatis gradus paulatim obtinuit. *Estq; hic annus ab excidit Trera 1700. morte Iulii 560. (his 280.) à morte Alexandri. Magni 840. (ter 280).*

4489 **SEVERVS** hereticus Episcopatu Antiocheno pellitur: *Trera Antiochenus* anno 567. Euag. 519

Hoc anno finiuntur Fasti Consulares viri doctissimi Cassiodori, qui primum fuit, vt tradit Tithemius, Theodoricus Regis Italiae Cancellarius, cui quidem & Coss. catalogum dedicauit. Postea spreto mundi vanitatibus factus est Monachus & Abbas, Cœnobii Rauennatensis, vbi cum alia vtilia scripsit, tum historiam Tripartitam ex Socrate, Sozom. & Theodoroq; collectam & in vnũ corpus coactam edidit, atq; eo labore in monasterii sui angulo delitescens plus Ecclesie profuit, mandiq; magis innotuit, quàm si Romæ in luce ac turba vixisset. Chronicon Cassidori exhibet annorum summam, si à Nino supputes 2582. à regno Latini 1733. à Roma condita 1270. à primis Coss. 1025. Numeri apud Cuspiniani Cassidorum & in altero exemplo vetusto vitiose descripti ac deprauati sunt: ideo nostræ supputationis numeros hoc loco consignauimus,

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



4493

Ad dnum apud Moloſi Gothici ac delatores in Boetium,

523

*Confilata abundantem, & quaſi exarmatam, rabioſum ir-
ruerunt, innumeratimque lacerarunt. Quis de re ipſo ſic
loquitur in libro de conſolatione, quem & hoc anno ſcri-
pſiſſe putatur: At curus criminis cauſa arguimur?
Senatum dicuntur ſaluum eſſe voluiſſe. An optaſ-
ſe illius ordinis ſalutem nefas vocabo? De com-
poſitis vero literis, quibus libertatem arguor ſpe-
raſſe Romanam: ſi nobis ipſorum delatorum cō-
feſſione ut liceret, reſpondiſſem Canu verbo:
qui cum à Caio Caſare Germanici filio conſcius
contra ſe factæ conſpirationis fuiſſe diceretur: Si
ego, inquit, laſſem, tu neſciſſes. Quis in re non i-
ta ſenſus noſtros mœror hebetauit, ut impios ſce-
lerata contra virtutem querat mohtos: ſed ea
quæ ſperauerunt, eſſeſſe vehementer admiro.
Nam deteriora velle noſtri fortaiſſe eſt defectus.
Poſſe autem contra innocentiam, quæ ſceleratus
quiſque conceperit, inſpectante Deo, monſtri ſi-
mile eſt. Vnde Philoſophorum quidam quaſi-
uit: Siquidem Deus eſt, inquit, vnde mala? Bona
vero vnde, ſi non eſt? Quis igitur innocentiam
noſtram euentus exceperit, vides: pro veræ vir-
tutis præmiis, falſi ſceleris pœnas fabrimus. At ve-
ro hic etiam noſtris malis cumulus accedit, quod
exiſtimatio plurimorum, non rerum merita, ſed
fortunaſpectat euentum, eaque tantum iudicat
eſſe prouiſa, quæ ſeſſetur commendauerit. Quo
ſit, ut exiſtimatio bona, primum omnium deſerat
infelices. Vltima aduertæ fortunaſarcina eſt,
quod dum miſeris aliquod crimē affingitur, quæ
perferunt, meruiſſe creduntur. Et ego quidem
bonis omnibus pulſus, dignitatibus exutus, exi-
ſtimatione ſœdatus, ob beneficium ſupplicium
tuli.*

*Ex hoc itaque tempore THEODERICVS Rex à ſeipſo
degenerare, & præſtatas ſuas virtutes ac laudes turpi ma-*

ſula

causa fœderi capis, postquam Gothici fœderi inflamma-
tu, Boetium, ob adfectum libertatis suspicatum, nullius
criminis convictum, Ticinum relegavit; eiusque bona
publicavit. Qui deus ipsum Boetium querentem addu-
xit: Et cuius ynquam, inquit, facinoris manifesta
confessio, in iudices habuit in severitate ebor-
des, ut non aliquos vel ipse humani extor inge-
nii, vel fortune conditio cunctis mortalibus in-
certa submitteret? Si inflammare sacra ædes vo-
luisse, si sacerdotes impio iugulare gladio, si bo-
nis omnibus necem struxisse diceremur, presen-
tem tamen confessum, coniunctumquè, senten-
tia punisset. Nunc quingentis fere passuum mil-
libus procul moti, atque indefensi, ob studium
propensius in Senatum, morti, præscriptionique
damnamur.

4494 **IUSTINVS** Orthodoxæ fidei studio, Arianorum 524
hæresin extinguere eorumq; Ecclesias Catholi-
ca religione consecrare cepit. Quod cum in Ita-
lia Rex Theodericus, Ariana lue pollutus, audis-
set, Joannem Papam Romanum cum hac com-
matione ad Iustinum Constantinopolim mi-
sit, nisi Arianis sua templa redderet; eosq; perse-
qui desisteret, se Catholicos in Iudæa gladio ex-
uncturum. Diac. Iornan.

4495 **IOHANNES** Rom. Pontifex, eiusq; comites, Con- 525
stantinopoli honorifice excepti, multis fletib. ab
Imperatore Iustino petunt, ut hanc legationem,
etsi inusta sit, libens audiat, & Italiz periclitanti
consulat. Quorum precibus Iustinus cessit, Aria-
nisque sua templa reliquit. Diac.

4496 **THEODERICVS** rabie Ariana stimulatus, Ioan- 526
nem Romanum Pontificem, Constantinopoli
reversum, Ravennam accessit, & carceri inclu-
sum, fame, siti, cæterisque carceris incommotis
necat, 15 Calend. Iulii. Diac.

BOETIVS & SYMMACHVS, viri ex sapientia vir-
tutibusq;

tutibusq; cōpositi, capite trācantur, inſſu Theodo. Procop:
T H E O D E R I C V S Italæ Rex moritur *Ravēna, die 98.*
à morte Ioannis Papa. Diac. Iornan.

De Ioanne Papa, Symmacho & Boetio; Petrus de Natalib.
lib. 5. c. 51. & 54. & lib. 9. c. 99.

*Confidera Lector in Theoderico infirmitatis humanæ inſigne
 exemplum, quæ virtutem ac laudum ſuarum pulcherrimam
 comam & florem raro ad maturitatem uſq; retinet
 & conſeruat. Hiftoriam vitæ & mortis Theoderici
 narrat Procopius hu verbu: Theodericus omnib. or-
 namentis, quæ vero Imperatori congruunt; ſeſe
 communerat, iuſtitie ſtudit plurimum: in ſub-
 lectos neq; minimum quippiam ad iniuriam ex-
 ercuit: nulli ſupperiorum Imperatorum inferior.
 Gothos ac Italos pari quadam ac ſumma bene-
 uolentia ſuapte humanitate proſequebatur; ita
 veteris Imperium omnes oblectaret. Vitam fini-
 vit cum annos 37. (à primo ingreſſu in Italiam)
 ſuperuixiſſet. Mortis cauſa illi hæc fuit. Symma-
 chus & huius gener Boetius à ſuis maioribus
 gentis nobilitatem adepti; inter Romanos & Se-
 natores viros principes erant, & Conſulatus v-
 triq; dignitate perfuncti, philoſophiæ ſupra ce-
 teros & æquitati ſtuduerant, & tam ciuū quam
 externorū inopie ſuccurrendo multis ſaluti fue-
 re. Hæ poſtquam ad ingentem gloriam euāſerūt,
 determinatos quoſq; in ſatiandam concitauerunt.
 Nam his delatribus Theodericus Rex perſua-
 ſus, Symmachum Boetiumq; perinde ac res no-
 uantes occidit, eorumq; bona omnia publicauit.
 Sed paucis poſt diebus, cenam ſibi, cum miræ
 magnitudinis piſcis miniſtri decoctum caput ap-
 poliſſent, Symmachi nuper occiſi caput ille eſt
 vitium præfixus; & extantib. inferiore in labro dē-
 tibus, & totuè intuentib. oculis, ſaribundè ſibi &
 acerbis comminari. Vnde monſtri nouitate ter-
 ritus, membrisq; præter modum tremebūdis &
 rigens*

Purchase full membership to immediately unlock this page

DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'
Full Membership gives
access to 797,885 ancient
and modern, fiction and
non-fiction books.

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



IUSTINIANI MAGNI IMPERIVM.

Euagrio hic est Antiochenorum annus 575. **Marcelino** à condita Constantinopoli 197. **Cedreno**, **Sigeberto**, **Mariano**, **Bedæ**, **Frisingensi** 527. **Christi**; & **Marcellino Cedreno**, atque ipsi **Iustiniano** (**Novella 47.**) **iudicatio quinta.** Est à regno **Davidis** in **Ierusalem** 1600. à **Monarchia Iulii** 573. **Augusti** 556. à nato **Augusto** 588. à morte **Constantini Magni** 190.

498 **IUSTINIANVS** ad pacis studia se conferens opus **528**
 aggressus est, quod ei ad omnem posteritatem glo-
 riam immortalam peperit. Nam consilio, studio
 & labore viro- rum Iuris peritissimorum Roma-
 nas leges hinc inde in libris dispersas in volumi-
 na certa redegit, & nouam Iuris ciuitatem condi-
 dit, sanctissimumq; Iustitiæ templum consecra-
 uit. Hoc itaque primum anno imitatione Theo-
 phi componendo & emendando iuri operam de-
 dit, & viris doctrinæ Legum scientissimis confi-
 ciendi Codicis laborem & curam demandauit,
 Ibid. Februarii.

*Penultima die Nouemb. Antiochia passa est alium terramo-
 tum, quo & adficia multa ceciderunt, & 4870. ho-
 mines ruinis oppressi perierunt. Ciues itaque discalceati
 vrbe exiitantes, & Deum supplicationibus ac Litanis pla-
 cantes, cum crebris euulsi- bus exclamarunt: κύριε ελέη-
 σοι. Ibi vir quidam pius, visione diuina monitus, præcepit
 Cuius, ut superioribus aditum suarum postibus inser-
 berent: CHRISTVS NOBIS CVM: STATB.
 Hoc facto, ira Dei resedit, ac terramotus sedatus est. Iu-
 stiniani reparatam à se Antiochiam nuncupauit Theo-
 polis. **Euagr. Cedr. Dias. Neapb. 17.***

S: BENE- DICTVS Abbas in Campania apud **Calsinū**
 condidit monasterium, & **Monachis** occidenta-
 libus leges ac instituta dedit, quib. hodie viuunt.
Petrus de natalib. l 3. c. 214.

PRISCIANVS Grammatici clarus. **Iorn.**

4499 **CODEX IUSTINIANI**, Idib. Aprilis, indictione 7. ab- 529
solutus ac editus est, ut ex eo in posterum per omnes Romanas provincias ius diceretur.

4500 **IVBILÆVS MVNDI 90.** Moysi 40. predicatio- 530
nis Christi 10. à Roma condita 1281. à baptismo Christi 500. à Monarchia Augusti 560.

Per hoc tempus GILIMER, Gensericus quondam Regis Vandalorum nepos, rei militaris peritus, & aliena invadere promptus, Hilderichum Regem ut ignavum & inertem apud Vandalos accusavit, & hac calumnia oneravit, quod Vandalos simul cum tota ditione Iustiniano prodere vellet. Qua omnia Vandali facile credentes, Gilsmerem constituerunt Regem, & Hilderichum post septem annos regni simul cum fratre custodia tradunt & necant. Procop. Vandal. Iornandes addit, Gilsmerem occiso Rege Catholico Hildericho, in Orthodoxos sensitse.

Mense Decemb. IUSTINIANVS Triboniano & ceteris Iurisconsultis mandat, ut veteri iure enucleato, **DIGESTORVM** siue **PANDECTARVM** Codicem componant, & in certos libros ac titulos totum ius antiquum, per 1400. penè annos consulum, digerant. Hi Pandectarum libri triennio confecti & absoluti sunt.

4501 *Hec est annus ultimus Cycli annorum 95. à Cyrillo descripti. 531*
Supra 437.

4502 **DIONYSIVS** Exiguus, Abbas Romanus, annorum 532
à nato Christo supputationem, qua hodie utimur, primus instituit, & paschales siue decem nonales Cyclos suos hinc orditur. Qua de re Beda sic loquitur: Primus Dionysii Cyclus incipit 22. die Martii, anno 248. Diocletiani, à nato Christo 532: post Consulatum Lampadii & Orestis Quos Cyclos noluit Dionysius ab impio Diocletiani annis computare: sed maluit ab Incarnatione Christi seriem annorum prænotare, propter notitiam exordii spei nostræ, & causam reparations hu-

manæ. Marianus Scotus sub anno Christi 526. i-
pſa verba Dionysii de his Cyclis citat,

4503 **CARTHAGO** à Vandalis possessa annu 95. à **BELLISARIO** recuperata est, & in Romanorum potestatem redacta. Procop. Vandal. Marc. Justinianus scribit se Lybia potitum III. Consulatu suo, qui incurrit in 537. Christi. Anni 95. supputandi sunt, incluse anno 439.

INSTITUTIONES IURIS publicatæ sunt 21. No-
uemb Et **DIGESTA** sive **PANDECTÆ** 16. De-
cemb. de quo ita Justinianus: *Omni, inquit, Romanæ
iuris dispositione composita, & in tribus voluminibus, id
est, Institutionum & Digestorum seu Pandectarum, nec
non Constitutionum perfecta, & tribus annis consumma-
ta, quæ primum neque toto decennio compleri posse spera-
batur, omnipotentis Deo & hanc operam ad hominum
sustentationem pius obtulimus animus. Has autem leges
suum obtinere robur ex III. nostro felicissimo sanctissimo
Consulatu presentis XII. indictionis: 3. Cal. Ianuarias
in omne eum valituras, & vnâ cum nostris constitutio-
nibus pollentes. Data 17. Cal. Ianuar. Constantinopoli,
Justiniano Aug. III. Cos.*

Idem: Hunc III. Consulatum nobis sanè insignem atque
illustrem dedit Dominus, ut potè, in quo pax cum Persis
firma & stabilis facta est, & hoc legum opus compositum,
quod nemo vnquam maiorum nostrorum assequi potue-
rat. Præterea, pars totius orbis tertia, nempe tota Lybia,
nostro adiecta est imperio. Has, inquam, omnia Dei Opt.
Max. & Seruatoris nostri Iesu Christi munere III. Con-
sulatus nostro data sunt.

Idem: Benè properauimus III nostro Consulatu & has le-
ges edere cum in hunc & bella Parthica abolita sunt, &
quæ perpetua tradita, & tertia pars totius mundi no-
bis adcreuit. Post Europam enim & Asiam tota Lybia
nostro imperio adiuncta est, & tanto legum operi caput

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



dem desolato 1140. Ab excidio Ierosolymorum
sub Tito 463. à morte Christi 500. compl. post ca-
ptam à Scipione Carthaginem 678. qui numeri
cohzrent 678. quod memorie causa moneo.

IUSTINIANVS Meni. Nouemb. nouum **CODI-
CUM**, priore abrogato, publicauit.

*Hoc anno vltimus Consulatus veteris Romæ fuit Paulinus:
post quem obstante bello Gothico in Occidente Consules
creari desierunt. Orientales aliquamdiu Consularem di-
gnitatem tenuerunt, donec illa quoque in solos Imp.
translata est. Estque hic apud à primis Coss Romæ desi-
gnatis 1040.*

ATHALARICVS Rex Italia anno octavo regni exacto
moritur. Mater eius **Amalsuenta THEOHADATVM**
Regem constituit: à accepti beneficii immemor contra
datam fidem, Amalsuentam carceri inclusam & relega-
tam sceleratè obtruncat. Ob quam eadem Iustinianus
bellum aduersus Gothos anno insequenti suscepit. *Procop.
in Gothicis.*

4505 **Bellum Gothicum Italicum.**

535

IUSTINIANVS Amalsuenta necem armis vlturum, Go-
this, eorumq. Regi Theohadato bellum intulit: quod 18.
annis durauit, & copiose descriptum est à Procopio, qui
in hac expeditione Comitem Bellisarii se fuisse scribit. Iu-
stinianus itaq. duce Mando Gothis hoc anno Dalmatiam
eripuit: & per Bellisarium Siciliam, à Gothis occupatam
recepit, de quo plura Procop. in Gothicis.

Constitutiones, quæ appellantur **NOVELLÆ**, à Iu-
stiniano editæ vsq. ad **NOPELLAM** 17. Reliquæ se-
quentibus annis emissæ sunt.

4506 **GOTHI** Theohadasum ob ignauitatem & Amalsuenta in
dignam necem omnibus iniusum, interficiunt, & **Viti-
gen** sibi Regem constituunt. *Marcell. Procop.*

536

ROMA die 10. Decemb exactu Gothu à **BELLISARIO**
recuperata, & Romanis denuo subiecta, anno 60. post,
quàm à Gothis occupata fuerat. *Euogr. Marcell. Procop.
Est ab V.C. 1287.*

- 4507 **VITIGES** Romam à Bellisario occupatam strenueque de- 537
 fensam irrita obsidione promit. Marcell. Iornan. Pro-
 cop.
- 4509 **VITIGES** caso Gothorum exercitu viuis comprehens- 539
 dit, & à Bellisario Constantinopolim perducitur. Eam
 Iustinianus inter patritios relatum profecit tuendis fini-
 bus imperii aduersus Parthorum siue Persarum excur-
 siones: ibiq; Vitiger vitam finit. Proc. Ior. Diac.
- 4510 **ILDOBALDVS** à Gotho Regi Vitigi successit: & 540
 huiusmodi anno exacto successit **ARARICVS**. Pro-
 cop.
- BEDA** in Epitome (pag. 203.) habet Eclipsin Solis 12. Cal.
 Ian. qua durante apparuerunt stella hora diei tertia.
- 4511 **Occiso Ararico TOTILAS** apud Gothos suscepit impe- 541
 rium, quod tenuit an. 2. fuit vir prudens, & in rebus ge-
 rendis acer ac solers, cuius rei specimen fuit, quod duobus
 Græcorum ducibus prostratis, Apuliam & Calabriam in
 potestatem suam redegit Procop.
- 4514 **S. REMIGIVS**, Remorum Episcopus, & gentis Frã- 544
 corum Apostolus, moritur 3. Ianuar. anno Epi-
 scopatus 74. Ior. Contract.
- 4516 **ROMA** capta à **TOTILA** (16. Cal. Ian. Marcell.) qui Ca- 546
 pitolum incendit, præcipua adificia diruit, & mœnium
 tertiam partem euerit: incolæ etiam aliò translatis,
 urbem deformatam ac vacuum reliquit. Bellisarius pau-
 lò post eam recepit, ciues hinc inde dispersos reuocauit, &
 mœnia destructa reparare & resarcire cepit. In hac vr-
 bis direptione, Rusticana Boetii coniux, & Symmachii
 filia, unà cum aliis matronis patriciæ, ab hostibus panem
 emendicare coacta est quæ ante hac facultates suas egen-
 tibus impertuerat. Cumque Gothi in eius mortem con-
 spirassent, Totilas eam nulla iactura adfici permisit. sed
 eam ac ceteras feminas omnes, vt extra iniuriam essent.
 seruauit, etiam si Gothi eas in coniugium deposcerent.
 Nulla itaq; ex his per barbaros violata est, quæ ex re To-
 tilas maximam continentia laudem reulit. Procop.

Placencia ob famem, ad esum humanarum carniam depon-
tum est. Procop.

Est an. V. C. 1297. à morte Augusti 531. à Roma capta à Gal-
lis 932. ab Alaricho 136. à Gensericò 91. ab Odoacre 70.
Hinc ad Romam nostro saeculo captam 980. (bis 490.)
pl ni.

Circa haec tempora Romanorum Coss. creari desierunt, quo-
rum ultimus fuisse dicitur Fl. Basilus Iunior, ut Proca-
pius annotavit.

4519 **TOTILAS** iterum capit **ROMAM**, eamq, instaurat, & 549
quantum antea studium ea desolanda, tantum nunc in
reparanda adhibuit ac ostendit, ut infamiam, quam su-
perior desolatio ipsi pepererat, nouo beneficio, mansuetu-
dine atq, clementia aboleret. Quotquot etiam ad sacras
ades confugerant, inuolatos esse iussit. Procop. Est V. C.
1300.

4522 **TOTILAS** à Narsete, Iustiniani cubiculario, praelio victus 552
interficitur. Successit ei **TEIAS** postremus Rex Gotbo-
rum in Italia, qui hoc ipso anno cum Narsete, strenuè ac
fortiter dimicauit, & victus atque fugiens occisus est. Hoc
ultimo praelio, quo de summa rerum decretatum est, tan-
to animorum ardore Gothi pugnauerunt, ut ne quidem
occiso Teia Rege antè pugnandi finem fecerint, quam
Narses per praconem in veniam daret, qui arma pone-
rent Sic Gotthorum in Italia imperium concidit, quod à
principio Odoacrii durauerat annis 77 à regno Theode-
rici Veronensis 60.

Definit historica Gothica **PROCOPII**, hanc **AGA-
THIAS** continuauit. Superiori anno etiam finitur
Chronicon **IORNANDIS** Episcopi Gorboci. qui sub
Iustiniano floruit.

4523 **IUSTINIANVS** debellatis Gothis, Italiam tanquam 553
Orientalis imperii prouinciam, Narseti ordinandam ac
gubernandam permisit. Estq, annus à Iulii Monarchia
600 inuens.

4522 Definit Catalogus Consulatum **CYSPINIANI** completa 559
à primo Coss. anno 1065. id est, bis 532. plenè.

Purchase full membership to immediately unlock this page

DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'
Full Membership gives
access to 797,885 ancient
and modern, fiction and
non-fiction books.

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



- ptemb. Crantzemius. Mercator vero habet 569. à Mo-
narchia Augusti 600.*
- 4546 **TIBERII ANICIANI IMPERIVM :** à 576
primi Tiberii imperio 560.
- 4550 **IUBILÆVS MVNDI 91. Moysi 41. predicat. 580**
Christi, 11.
- MAVRICIVS** à Tiberio, socero suo, appellatur Au-
gustus Cal. Julii.
- 4553 **TIBERIVS** Imp. obiit 10. Aug. (Cedte. 14.) Om- 583
*phr. cum imperasset ann. 5. mens. 10. d. 8. Cedron.
Diac.*
- MAVRICII IMPERIVM.**
Hic Imp. primis annis fuit princeps laude dignus &
felix, cumq; Euagrius sic prædicat: Erat vir pru-
dens, inquit, in rebus diligens, animo constans,
vita ratione & moribus compositus. Aures ser-
moni superuacaneo obturavit, non cera, ut est a-
pud poëtam, sed ratione, qua tanquam clavi ser-
monibus hominum aures, cum aperiret, cum oc-
cluderet. Inscitiam autem matrem audaciæ, & ri-
miditatem, quæ ei vicina & finitima est, sic à se
depulit, ut in temeritate periculum, in cunctatio-
ne securitatem esse censeret, &c.
- Annun Christi 583, imperio Mauricii adscribunt Si-
geb. Marian Frising. Vrsperg. item Beda & Gre-
gorius in Epistolis copulant 14. Mauricii cum 14.
indictione, id est, cum anno 596. ergo primus
Mauricii est 583.
- 4558 **IOANNES** Episcopus Constantinopolitanus, ad 588
*fecit titulum Oecumenici siue Vniuersalis Epi-
scopi. Gregor Epist. l. 4 c. 80.*
- 4559 **Anno Antiochens 617** terremotus Antiochia multa millia 589
*hominum oppressit prid. Cal. Octob. ipso die nuptiarum
Euagrii Scriptoris Episcopi toto domicilio rursam pas-
so, incolumis evasit cum illis qui eum circumspicebant.
Euag.*
- 4560 **GREGORIVS MAGNVS** creatur Romæ. Pon- 590
tif. 2

4560

tifer 3. Non Sept. Sedit an. 13. m. 6 d. 10. Beda. à 190.
Leonis Magni principio 150. ab eius excessu 130.
incoatis.

Hic primus Seruum Seruorum Dei se appellant, &
Constantinopolitano Patriarchæ Vniuersalis E-
piscopi titulum decreto abrogauit. Pet. de Natal.
l. 3. c. 192.

4561

MAVRITIVS Theodosium filium creat Augu- 190
stum die paschalis 15. April imperauit cum patre
an. 11. mens. 7. d. 6. Zona. Cedre. Niceph.

4563

EVAGRIVS historiam suam scribit anno Antio- 195
cheno 641. Euag. 3. c. 33.

4564

Anno 12. Mauriti terminatur historia Euagrii, cu- 194
ius contaneus fuit Agathias. Euag.

4565

Viguit inter Georgium Rom. & Ioannem Constan- 195
tinop. Episcopum contentio de primatu. Qua
de re lege Epist. Georgii lib. 4. a cap. 76. vsque ad
88. sub indictione 13. Annus 1200. à principio ca-
ptiuitatis Babyl.

Anno 13. Mauricii Theodorus Medicus ad Chai-
nam Anarorum siue Hunorum principem le-
gatus missus, superbi Chiani iactantiam ita
retudit ac repressit: *Audi Chiane, inquit, vtilem nar-
rationem. Sesostris Rex Aegyptiorum illustris & felix, o-
pibusque clarus, plurimas nationes seruituti subegit: vnde
curra ex auro & lapidibus preciosis constructo vbi
solent esse, qui à quatuor Regibus à se victis traherentur.
Cumque vnus ex regibus saepe respiciens, rotam qua vol-
uebatur, contempleretur, percontatus est Sesostris, cur i-
ta respectaret? Intuens rota volubilitatem, inquit ille, in
qua summa cito fiunt ima, cogito fortune instabilita-
tem, alias excelsa humiliantem alias humiliata exal-
tantem. Sesostris parabolam intelligens, noluit curram
à Regibus postea trahi. Chianus vero hac narrationem i-
telligens, inducias cum Mauricio fecit. Diac.*

4566

GR E G O R I V S Papa Augustinū cum aliquot Monachis mittit in Britanniam ad prædicandum Evangelium. Epistola Greg. data est 10. Cal. Aug. an. 14. Mauricii, post Consulatum eius 13. indictione 14. id est, Christi 596. Doctores illi Angliam ingressi sunt anno sequenti 597: qui est ab adventu Anglorum in Britanniam plus minus 150. Beda.

596

4571

Hoc anno Gregorius Papa scripsit Epistolā de Sanctorum imaginibus in templis, eas nec adorandas, nec confringendas esse, quod idiotis cernentibus idem præstet pictura, quod legentibus scriptura. Vide Epist. Gregor. lib. 9. c. 9.

601

4572

M A V R I C I V S Imp. in exercitus suorum venit, quod avaritiæ ac tenacitati (quo vitio ille virtutes suas valde deformabat ac inquinabat) indulgēs, pro redimendis captivis militibus, quorum erant ad 12. millia, exiguum precium, nempe, pro singulis dimidium nummi pendere recusasset. Imperator audiens illos ad vnum omnes ab hoste trucidatos esse, suaque culpa tantum humani sanguinis effusum expendens, & præterea somnis, aliisque prædictionibus territus, ad Deum supplicationibus placandum se cōvertit, petitque, ut poenam meritam Deus ipsi in hac vita arrogaret. Interim Phocas Centurio, ab exercitu seditioso salutaris Imperator, Mauriciū ex fuga retraxit, eiusque filios, & cōiugem necari iussit. Quod dum spectaret Mauricius, nullam vocem, nisi hanc, edidit: *Iustus es Domine, & rectum iudicium tuum.* Cumque nutrix Imperatoris filiolū, infantem adhuc & lactentem surripisset, suūque filium pro illo mactandum obrulisset, Mauricius non annuit. sed suū filium proferri iussit. Postremo ipse incredibili animi magnitudine mortē subit, securi percussus (24. Nouemb. Onuph.) ætat. an. 63, imperii 19 mē. 3. d. 11. Onuph. Huius Imp.

602

nc.

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



4581

PHOCAS Imperium malè partum, maleque admistratum; malè amisit. Nam aduersus hominem impurissimum ac multis scelerib. infamem conspirarunt Priscus Phocæ gener, Heraclianus Imperatoris Heraclii pater, & Photius, cuius uxorem Phocas vi constuprauerat. Hi nauali proelio in portu Constantinopolitano superatum, & in regiam confugientem Phocam solio deturbant, purpura spoliant, & ad Heraclium deducunt, qui confestim iussit ei amputari manus, pedes, pudenda, & caput: Truncata reliquum milites in foro combusserunt (6. Cal. April. Onuph.) Fratres etiam eius & necessarii occisi sunt. Hic exitus fuit vitæ ac scelerum tyranni, qui per octiduum imperio insultauerat. Cedr, Zonar.

611

Memorable est, quod refert Cedrenus, sediciosos illos milites qui neglecto Mauricio Imp. Phocam ad tyrannidem eueverant, adeò fuisse sub Phoca consumptos, ut cū Heraclius creatus Imp. accuratam militum recensitiõem ageret, de vniuersa militum multitudine, quos à Mauricio conscriptos Phocas acceperat, tantum duo superfuerint. Tam felix eis fuit imperium Phoca, quem illi coronauerant.

HERACLII IMPERIVM.

HISTORIA NICEPHORI terminatur cum imperio & vita Phocæ.

Beda hist. Angl. l. 2. cap. 18. copulat 24. Heraclii cum 634. Christi, & cū indictione 7. inde perspicitur primum Heraclii esse 611.

4585

PERSÆ occupato Iordane, Palestinam & urbem Ierusalem vi expugnarunt, & per Iudeorum manus interfecerunt, ut fertur, ad 90. millia hominum. Nam Iudæi Christianos à Persis emptos necauerunt. Zacharias Præsul Hierosolymitanus & lignum crucis Christi cum reliqua præda in Præsidem abducuntur. Cedr. Diac.

615

4588

HERACLIVS legatus in Persidem missus à Chosroespa-

618

cem

cum petis: sed ille hoc responso eos demisit: Non pericam vo-
bis, donec crucifixum, quem Deum esse faciemus, aboge-
ris, & donec Salem aderit. *Dias. Cadr.*

4592

Initium Albigeræ, siue ætæ Turcicæ.

622

MAHOMET sic dux & caput Arabum, qui una cum i-
pso vrbe Mecha excesserant: regnavit 10 annis Arabicis,
mens. 2. dieb. 12. v. i. habet *Chronicon Saracenorum.*

Hinc Saraceni computant annos Albigeræ, id est, peregrina-
tionis vel expeditionis primæ Mahometi. *Erasmus Reio-*
boldus ab initio annorum Christi vsque ad æram Mabo-
meticam numerat annos Iulianos 621. dies 195. *Et D.*
Cranzeminus, quem in rebus Turcicarum consignatio-
ne, præter ceteros scriptores, libenter sequimur, refert
Epocham Turciam ad 15. Iulii, qui tum fuerat dies Io-
vis.

Integram historiam Mahometi, Saracenorum, Agaren-
orum, vel gentis Turcicæ, desumat Lector ex scriptis ac de-
re editis. Instituti nostri ratio, in hoc brevi indice, tam
prolixam rerum istarum commemorationem non ad-
mittit.

Est annus à morte Ismaelis 2420. à diluio 2936.
condito templo Salomonis 1658. condito tem-
plo secundo 1140. regno Cyri 1180. eius morte
1150. à regno Philippi Macedonis 980. id est, bis
490. à Monarchia Alexandri Magni 950. Iulii
668. Augusti 650. à collocato idolo Iouis in tem-
plo Dei 787. eodem repurgato 784. ab excidio
Ierusalem sub Tito 550. plenus: à morte Christi
588. coronatione Herodis 660. à condita ac de-
dicata Constantinopoli 290. ab expeditione Xer-
xis in Græciam 1100. ab aduentu Æneæ in Ita-
liam 1800. Hinc ad natum Carolum Magnum
120. Regnum Othomanni Magni Regis Turca-
rum 678. captam à Turcis Constantinopolim
831.

Hic ipse annus est Medium inter natalem Con-
stantini Magni, & inter mortem Othonis Magni:

trinq; distat an. 350. Item est Medium inter Monarchiam Augusti, & Imperium Rodolphi Habspurgii, vtrinq; distans annis 650.

272

622

3942

822

350

350

650

650

622

972

4592

1272

A Roma condita huc vsque completi sunt 1372. id est, vices octies 49. à Mundo condito 164. Cycli annorum 28. Item est annus à Iuliana anni emendatione 666. Et in huius ætate incipit Olympias 350.

HERACLIVS anno 12. imperii, indictione 10. die 4. Aprilis celebrata solennitate Paschali, feria secunda Paschatis mouit in Persas, adsciscens Turcorum & aliarum nationum auxiliares copias. Hoc bellum Heraclicum Chosroe Persarum Rege, fuit sexennale. Cedr. Diac.

6597

CHOSROES Persarum Rex, filium Iuniorum Mardasam, neglecto primogenito Siroe, regno inauguraturus, capitur à Siroe, in carcerem detraditur, fame cruciatur, malignè suppeditato pane & aqua, à Satrapis conspuitur & contumeliis adscitur, spectator est necis Mardasæ ac reliquorum filiorum, & post paucos dies ipse quoque sagitta conficitur. Sic inter spicula nequissimam animam reddidit, qui conuictorum ac blasphemiarum tela in Christum crucifixum eiacularus fuerat, & arma snipta ei intulerat. Siroes regno potius pacem firmam cum Heraclo Imperatore composuit, & captiuos omnes, quotquot in tota Perside carceribus inclusi tenebantur, reddidit vna cum Hierosolymitano Patriarcha Zacharia & ligno S. Crucis, quod Persæ ante annos 12. Hierosolymis abstulerant. Cedr. Diac. Zon.

627

EDVINVS Anglorum Rex à Paulino Episcopo baptizatur, vna cum suis nobilibus ac plebe plurima, die Paschatis, 12. Aprilis, indictione 15. Eboraci: anno aduentus Anglorum in Britanniam circiter 180. Bedæ hist. Angl. 2. c. 14.

A Dau

Purchase full membership to immediately unlock this page

DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'
Full Membership gives
access to 797,885 ancient
and modern, fiction and
non-fiction books.

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



- Erasmus Reinholdus** hinc orditur *arabem Perlarum*, dictam *Ieldagert*.
- De Saracorum irruptionib. in Phœniciam, Aegyptum, Palestinam & Mesopotamiam, quæ annis insequentibus acciderunt, vide Cedr. Diac. Zon. & rerum Saracenicarum scriptores.**
- 4611 HERACLIVS** Imp. ex hydrope mor. ii. Martii, 641
imperii an. 30. mens. 10. Cedren. Post eum filius Constantinus impetavit mens. 4. & à nouerca Martina veneno sublatus est. Successit Heraclonas Martini filius natus an. 10. qui cum mens. ferme sex gessisset imperium, missus est una cum matre in exilium. Martine præcisæ est lingua, ne oratione, qua plurimum valebat, populum commoveret: Puerum vero Heraclonam naso mutilarunt, ne decor aut gratia in vultu misericordiam faceret.
- 4612 CONSTANTIS IMPERIVM.** Ced. Diac. 642
Zon. (aliud præced.) Beda copulat nonum Constantini cum indictione 8. id est, Christi 650. ergo 642 est primus.
- 4636 Venerabilis BEDA** presbiter, cuius Homilie in 666
templis decantantur, circa hunc annum natus est in Anglia. Huius viri eruditissima scripta in hoc opere Cronologico perficiendo plurimum nobis commodi attulerunt.
- 4639 CONSTANS** Imp. Syracusis in balneo interficitur 669
Idib. Iulii, imperii an. 27. Cedr. Diac. Onuph.
- CONSTANTINVS** Pogonagus (id est, barbarus)
Imp. an. 17. Cedr. Onuphrius aduicit 7. mens.
- CÆSARIVS** Arelatensis, cuius conciones extant,
hoc sæculo claruit.
- 4650 IUBILÆVS MVNDI** 93. *Mosis 43. predicationis* 680
Christi 13.
- MONOTHELETÆ**, ponentes vnam in Christo voluntatem ac operationem, refutantur & damnantur

nantur in 3. Synodo Constantinopolitana, quæ incoata mense Nouemb. durauit vsque ad 681. finem, ideoque à scriptoribus ei assignatur indictio 9. & 10. Distat hæc Synodus à Nicena 356 à Constantinopolitana prima 300. ab Ephesina 250 à Chalcedonensi 230. Tot ferme annis grassatum est in Ecclesia virus Eutylianum.

4656 **HERACLIVS IUSTINIANVS**, vltimus è stirpe Heracii, Imp an. 10 Ced. Zon In libro Conciliorum copulatur secundus Iustiniani cum indict. 15 (687 Christi) & apud Bedam 4 Iustinianicum 689. & indict. 2. 686

Est à diluuiò Nohe annus 3000. à principio Heraclij 76.

Hoc anno **IULIANVS PÓMERIVS**, Archiepiscopus Tolctanus, scripsit tres libros, quos hodie legimus, aduersus Iudæos. Vbi de æra Conciliorum (de qua supra 3933.) ita scribit. Æra, inquit, inuenta est annis 38. antè, quàm Christus nasceretur: & nunc est Æra 724. detractis igitur 38. ab æra, residui erunt à natiuitate Christi anni 686.

4660 Per hæc tempora constitutus est Episcopatus Ultraiectinus, Episcopo Wilibrodo Britanno Cathedram primùm tenente. Chron. Ultraiect. 690

4666 **IUSTINIANVS** Imp. à Leontio patricio deicitur imperio, & abscissis naribus relegatur Chersonam, vbi propè decentium exul vitam miseram & calamitosam egit. Cognominatus fuit Rhinotmetus, à præciso naso. Cedr. 696

Hoc anno terminatur historia **PÓMPONTI LÆTI**, quam ille his verbis claudit: Soli Heracchio, inter omnes Romanos principes contigit, vt in vna stirpe Sextus Augustus legeretur. Præfuerunt omnes an. 87. (rectius 86.)

LEONTIVS Imp. an. 3. Cedr.

4669 *Exercitus Romanus mota seditione Apfimarum creat imperatorem, eumque Tiberium nominat. Leontius im-* 699
T perio

- perio deturbatur, & preciso naso in monasterium detru-
ditur. Cedren.*
- 4670 **TIBERIVS APSIMARVS** Imp. an 7. Ced & alii. 700
*Romani peruagati Syriam, ad ducenta millia Arabum, ut
fertur, interfecerunt. Cedr. Diac*
- 4676 **IUSTINIANVS Iunior**, Trebelly Regis Bulgarorum 706
*opera & auxilio, imperium recipit: TIBERIVM
APSIMARVM, & LEONTIVM victos per
urbem in pompa ducit, eorumque ceruices pedibus cal-
cat, plebe acclamante: Super aspidem & basiliscum
ambulabis, & Leonem ac Draconem concul-
cabis. Inde eos capite truncari iussit: & in omnes ad-
uerse factionis conscios grauissimè animaduertit. Cedr.
Diac. &c.*
- 4682 **IUSTINIANO** vita & imperium eripitur à Philip- 712
*pico. atque in hoc demum Iustiniano iunioris de-
fecit Heracli progenies, elapsus ab Heracli prin-
cipio annis 100.*
- PHILIPPICVS** Imp. an 2 mens. 9. Diac.
*Hic sextæ Synodi Decreta abolere Antisynodo con-
gregata contendit, gratificaturus Monacho, qui
imperium ei vaticinando promiserat, & hoc ipsum
prædictionis præmium petiuerat. Cedren.*
- 4685 **PHILIPPICVS** Imp. ab Anastasio 715
*secretariorum principe capitur, & oculis priuatur. Die
Dominico Pentecostes Artemius regno inauguratur, eius
Anastasi nomen inditur. Cedr. Zona.*
- ARTÉMIVS ANASTASIVS** Imp. an. 1. mens. 3
Diac. Zona.
- 4686 **THEODOSIVS** creatur imperator. Artemius A- 716
*nastadius capta Constantinopoli pro purpura in-
duit Monachi habitum, & Thessalonicam de-
portatus Monasterio includitur. Cedr. Zonar.
Diac.*
- THEODOSIVS ADAMYTTENVS** Imp. mens
aliquot

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



4700 **IUBILÆVS MVNDI** 94. *Mosis* 44. 730
prædicationis Christi 14.

BONIFACIVS Archiepiscopus Moguntinus præfuit episcopatu an 26 moritur 755.

CAROLVS MARTELLVS deleuit supra 380. millia Saracenorum, qui in Galliam infusi erant. *Sigeb. Regno. Marian. Aemilius & scriptores Gallici.*

4701 *Historia gentis Anglorum, à Beda conscripta, desinit. Appen- 731*
dix à quodam adiecta est.

4703 *Eclipsis Solis facta 18 Calen. Septemb. circa horam dies ter- 733*
tiam, anno 733 Christi, ita ut penè totus orbis Solis,
quasi nigerrimo scuto, videretur esse coopertus Beda in E-
piscop. historia Angl. pag. 206.

4705 Circa hunc annum obiit Venerabilis **BEDA** ætatis 735
70. die Ascensionis Domini (Marian. prid. Cal. Iu-
nij.) Alii ad 731 vel 736.

4711 **LEO** Imp. obiit Constantinopoli 14 Cal Iulii, indi- 741
ctione 9. Diac. Idem ait hunc esse annum Philippi
(Aridæi fratris Alexandri Mag.) secundum Ma-
cedones 1063 quod exactè ad nostram consigna-
tionem quadrat.

$$\begin{array}{r} 3648 \\ 1063 \\ \hline 4711 \end{array}$$

CONSTANTINVS dictus Copronymus (quia in-
fans, cum baptizaretur, sacri lauacris aquas ventris
excrementis polluerat) in Oriente imperavit an. 34.
mens. 2. dieb. 26 Diac.

ANNALES FRANCORVM COM-
plexi annos 88. incipiunt.

CAROLVS MARTELLVS, *Major domus sine Præfe-*
ctus aula Regia, avus Caroli Magni, moritur 22. Octob.
Reliquit 3 filios Carolomannum, Pipinum & Grifonem.
Franc Annal. & aly.

CARO-

4712 **CAROLVS MAGNVS** nascitur (dependet ex anno obitus) Schaff. à regno Philippi Macedonis 1100. à nato Alexandro Magn. 1096. Cyro 1346. Iulio Cæs. 840. à Iusto 803 Constantino magno 470. à primo Consulatu Iulij 800. à morte Alexandri Magni 1564. id est, bis 532. 742

4716 **Hi** temporibus à S. Bonifacio fundati sunt tres Episcopatus, Herbipolen Aisteten. & Frisingensis, & Cœnobium Fuldense in Sylua Buchonia. Sed de annis, quibus id factum sit, ea est annotationum apud scriptores diuersitas, vt nos de us nihil definiamus. Primus Episcopus Herbipol. fuit S. Burchardus: Aistetensis verò S. Wilibaldus. 746

CAROLO MANNVS Caroli Martelli filius huius mundi gloriam & bona caduca contemnens, Romam proficiscitur & fit Monachus, Pipino fratri ditiones suas relinquens Franc. Annal.

4720 **PIPINVS** Francia Rex. 750

CHILDERICVS Francorum Rex à Pipino apud Zachariam Rom. Papam accusatur, quòd solo Regis titulo contentus ociosam vitã degeret, & muneri sui officium neglectu curam omnem regni in ipsum Pipinum reuerteret: Itaque iussu Zachariæ Pipinus appellatur Rex Francorum, & Childericus rex conso capite in monasterium detruditur, vbi & vitam finiit, vltimus prima stirpis Regum Francorum, qui ex eadem familia annis 321. à Pharamundi principio recta linea inter se successerant Nam Gallici scriptores in Regum suorum familia tres mutationes numerant: primam à Pharamundo vsque ad Pipinum annorum 331. Secundam à Pipino vsque ad Hugonem Capetum Comitem Parisiensem annorum 237. Tertiam ab Hugone Capeto vsque ad nostra tempora.

PIPINVS, Caroli Magni pater, à S. Bonifacio Archiepiscopo vngitur in Regem Francorum, regnat ann. 18. Franc. Sigeb. Schaff. Regino. Plurimi tamen ad sequen. an. 751. referunt Pipini coronationem. Verùm in hi

istorum Regum Francia discrepant annotationes vnius anni spacio, propter annorum Christi radicem aliter atque aliter fixam & constitutam, de qua lite pronuncient alij, per nos potest quisque sequi; quod iudicauerit esse rectissimum Chronologis paratum est praesidium in duabus voculis: inclusiue & exclusiue, vel anno currente aut completo quibus omnia inextricabilia expediunt, & nodum Gordium secant.

Est annus Romae conditae 1501 vbi obserua, paria esse spacia à Roma condita ad natum Christum, & à nato Christo vsque ad Pipinum & rursus à Pipino ad natalem Caroli V. Imper. nempe ad nos 750.

3 2 1 9	7 5 0	anni N C
7 5 0	7 5 0	à Pipino ad Carolum.
3 9 7 0	- 1 5 0 0	natus Carolus V.
7 5 0		
4 7 2 0		

Hinc ad mortem py & docti Roberti Regis Francia anni 280. ad vespertas Siculas 532.

4726 **PIPINVS** contra Aistulphum Longobardorum Regem, bona Ecclesiae Romanae erepta non restituentem, duxit exercitum in Italiam, & illum pactu stare coegit. S Petro etiam Rauennam, aliaque Italia loca donauit. 756

AISTVLPHVS moritur, cui **DESIDERIVS**, vltimus Longobardorum Rex, substituitur, qui regnavit an 18 Franc. Sigeb Contract Frising
Eclipsis Solis facta 5. Id. Ianua Et eodem mense Eclipsis Luna 9. Cal. Febr. Epitome hist Angl

4738 **PIPINVS**, Rex Francia, moritur Parisiis 24. Septembr. alij 28. Octob. (Regino 6. Augusti) humatus apud S Dionysium, superstitibus duobus filiis, Carolo & Carolomanno. 768

CAROLVS MAGNVS regnavit annis 46. (incoatus.)
Annal. Franc. Regino. Schaff Marian Hinc ad Ottomanni Magni Turici Regis initium 532.

Purchase full membership to immediately unlock this page

DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'
Full Membership gives
access to 797,885 ancient
and modern, fiction and
non-fiction books.

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



- 4758 **Episcopatus BREMENSIS** à Carolo M. constitui- 788
tur Cranzius l. 2. c 15. vbi recitat priuilegium Ec-
clesiæ Bremensi donatum an. 788 Indictione 12 2.
Idus Iulii, anno regni Caroli 21.
- 4759 **CAROLVS** bellum intulit *VVilsis Vandalis*. Cran- 789
zius.
- 4760 **CONSTANTINVS** Irenen matrem captam 6. Idus 790
Nouemb. imperio se abdicare coëgit, & solus im-
perauit an 6 mens. 9. d. 8 Onuph.
- 4761 **Instituta est ACADEMIA PARISIENSIS** à Ca- 791
rolo Magnò, rem illam Alcuino seu Albino pro-
curante, qui Præceptor Caroli Magni & Bedæ dis-
cipulus fuit. Episcopatus etiam Monasteriensis à
Carolo fundatur Cranzius.
- S. BURCHARDVS** Episcopus Herbipol. obiit.
Brusch. Ep 2. Febr.
- 4762 **IRENE** imperatrix Constantinopolitana Leonis 797
IV. Porphyrogeniti vidua an 7. exiliisui filium
Constantinum oculis priuat 16. Augusti, eumque
imperium abdicare & in carcere miseram agere
vitam coëgit vsque ad mortem, quo die ante quin-
quennium Constantinus Patris suis oculos effo-
derat. IRENÆ sola imperauit an 5. mens. 2. d. 16.
Ced. Diac. Onuph. alu ad seq.
- 4768 **CONSTANTINVS** Imp. mortur. A morte Iulij 798
CæL 840. (bis 280.) Alexandri Magni 1120.
(ter 280)
- 4779 **TYRPINVS** Rhemorum Pontifex Romæ natali 800
Christi à Leone Papa diadema impositum accipit.
Tilius.
- RVLANDVS** Caroli Magni ex sorore nepos, heros fortis-
simus, in Pyreneis montibus post ardentissimos prælii la-
bores fiti (vt existimatur) extinctus est die 31 May. Eber.
- 4771 **CAROLI MAGNI IMPERIVM** in Occi- 801
dente.
Exeunte anno Christi 800. **CAROLVS** Franco-
rum Rex, qui à rerum gestarum magnitudine
& glo.

& gloria dictus est Magnus, atque Ecclesiis & Scholis constitutis religionē Christianam in Germania longè lateque propagavit. Romæ à Leone III Pontif. Max. consecratur, & faustis populi acclamationib. salutarur Imp. Romanus, & Augustus; die natali Christi incoante annum 801 quam inaugurationem ille primùm ita auersatus est, vt affirmaret, se eo die, quamuis præcipua solennitas esset, templum non ingressurum fuisse, si Pontificis consilium præscire potuisset. Sic Occidentis imperium ad Reges Francicos transit. Eginhartus, Regino, Schaff Frisii.

Estque post Augustuli imperium & Odoacris in vrbe Roma regnum, annus 324 à Roma condita 1551 regno Davidis 1880. regno Salomonis 184. morte Salomonis 1800. Monarchia Iulij 846. Augusti imperio 841. eiusdem Monarchia 829. Hinc ad natalem Caroli V. Imp. 700 ad eius coronationem 720.

4773 **IRENE** Imperatrix in Insula Lesbo exulans moritur 9 Augusti Diac Cedre. 803

Hic Impp. Græcorum Catalogum abrumpemus, & per Impp. Occidentis annorum mundi seriem continuabimus.

CAROLVS Imp omnes Saxones trans Albim morantes in Franciam transtulit, pagosque eorum Abotritis dedit. Sigeb.

4775 **TURPINVS** Episcopus Rhemensis (cuius Chronicon habemus) Basilicam S. Iacobi Compostellæ dedicavit, præsentente Carolo Magno, Cal. Iunii. Albericus. 805

Caroli exercitus Boemiam populatur, Duce eorum Leihone occiso Franc Annal.

Osnaburgi à Carolo Magno Schola instituta 20. Decemb & privilegis exornata, vt Græci & Latini autores ibi explicarentur. Cranzius Metrop. Li c. 2.

4777 **CAROLVS** Imp. lectiones, cuilibet festo conuenien-

- nientes, ex Patrum scriptis à Paulo Diacono de-
cerptas & collectas, per anni circulum in Ecclesiis
legi præcepit Sigeb.
- 4783 **PAVLVS DIACONVS** Aquileiensis, qui hoc tempore
floruit, *Chronicon suum huc vsque perduxit.* 813
- 4784 **CAROLVS MAGNVS** Imp Rom moritur Aquif-
grani, die 28. Ianuarii, ætat 72. cùm in Occidente
imperasset an. 13 mensi d 4 Annal Franc. Egin-
harts & alij à morte Augusti Cæs. (inclus) 800.
Iulij 856. Alexandri Magni 1136 Pompeij Magni
860. Constantini Magni 477. Hinc ad imperium
Caroli III. Imp 532.
- LVDOVICI PII** Caroli Magni filij, **IMPE-
RIVM.**
- 4796 **HAROLDVS** Danorum Rex cum consuge & liberis, plu-
rimisq; Danis, presente Ludouico Imp baptizatur Mo-
guntia. *Cranzius 4. c. 10. alij ad preced.* 826
- 4800 **IUBILÆVS MVNDI** 96. *Mosis 46.* 830
predicationis Christi 16.
- Incipit Chronicon Monasterij HIRSGAVIENSIS hoc
anno fundati, editum à IOANNE TRITHEMIO
Abbate Spanhemensi.*
- Hoc tempore vixerunt **STRABVS** Glossæ ordina-
riæ in S B. blis autor: **FRECVLPVS** historicus:
THEODVLPHVS Episcopus Aurelianensis, au-
tor hymni, Gloria laus, &c. quem cùm die Palma-
rum in carcere alta voce cecinisset, Imperator car-
cerem transiens, & hymno delectatus, statim eum
liberum dimitti iussit. Tritth.
- 4810 **LVDOVICVS PIVS** Imp. moritur 20. Iunij ætat. 840
64 impetian 26. mens. 4. d. 24. Onuph. Huius o-
bitum antecessit Cometa & Eclipsis Solis. Marian.
Contract.
- LOTHARII**, filij Ludouici Pij **IMPERIVM.** O-
nuph, Marian. Sigeb. Est à morte Ioseph 2500.
Iosue 2300, Samsonis 2000. Antiochi Epipha-

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



- & Nordmannorum Apostolus, moritur. Crantz.
Metrop.
- 4840 *Saraceni cum Persis bella iterarunt, & Persa Turcico mi- 870*
lite vsi, illorum aux. liu vicerunt Ab eo vsque tempore
Turca nunquam postea reliquerunt Asiam, & in Sara-
cenicum tam regnum quam nomen transferunt. Drexh.
Cedren.
- 4845 **LVDOVICO** Imp. mortuo, **CAROLVS CALVVS** 875
Galliz Rex, & Ludouici Pii filius imperauit an. 2.
mens. 2. circiter. Onuph. Contract. Regin.
- 4847 **CAROLVS** Caluus Imp veneno necatur à medico 877
suo Sedechia Iudæo pridie Non. Octob. Regin.
Marian. Schaff.
- BERTRAMVS** vixit.
- LVDOVICVS III.** dictus Balbus, Caroli Calui
filius, & Francorum Rex IMP. an. 1. mens. 6. d. 5.
Onuph. alii ad seq.
- 4849 **LVDOVICVS** Balbus obiit 10 Aprilis, die parasce- 879
ues. Vrsp. Contract Schaffn. alii ad seq. alii ad 881.
- CAROLI III.** (qui Crassus dictus est) **IMP B R I-**
V M Onuph Schaff.
- 4853 **ALBATEGNIVS** excellens Astronomus hoc tem- 883
pore vixit, cuius obseruationes ab hoc anno in-
cipiunt: numerat autem à morte Alexandri Ma-
gni huc vsque annos Ægyptios 1206. quod ad
nostram dispositionem quadrat.
- 4855 **REGINO** historiographus, quod ipse scribit, in Mo- 885
nasterio Prumiensi vixit.
- HINC MARVS** Rhemorum Episcop obit. Meyer.
- 4857 **CAROLVS** Crassus Normannus concedit Gallie partem 887
trans Sequanam, ex quo tempore prouincia illa dicta est
Normannia. Regino & alij.
- CAROLVS** Crassus à proceribus imperio exiit
mensè Nouemb Dicitur ad eam egestatem reda-
& us, vt necessarius et alimentis destitueretur. Reg
ARNOLPHI, Caroli Crassi ex fratre nepotis,
IMP B R I V M. Onuph Regino.

- 4858 **CAROLVS** Crassus Imp. moritur, an. imp 8. mens. 7. Regin. 888
Gens VNGARORVM egreditur ex sedibus suis in Pannoniam Regin.
- 4861 **ARNOLPHVS** Imp vicit Nortmannos, eosque ita cecidit, vt ex innumerabili multitudine vix residuum esset, qui ad classem aduersum nuncium reportaret Regin. 891
- 4865 Sunt qui huc referant initium **CHRISTIANISMI** IN **BOEMIA**, cuius Dux hoc anno baptismo initiatus sit de eo quod ad firmem non habeo: recitavi tamen, quod vetus Codex manuscriptus continebat. *Aeneas Sylvius histor Boemicae cap 12 Vltimus paganorum Ducum, inquit, fuit BORSIVOIVS, qui tamen & ipse imperante Arnolphi Caesare à B. Methodio Moravorum Archiepiscopo, cum Ludmilla coniuge, ad baptismi gratiam perductus anno 995 (rectius 895. & sic habet exemplum manuscriptum) post Christi Salvatoris nostri ortum. Vide Volaterranum lib. 7. hinc ad Christianismum in Polonia anni 70.* 895
- 4869 **ARNOLPHVS** Imp. moritur 29. Nouemb. imperii an. 12. mens. 1. d. 19. sepultus Octingæ prope tumulum patris. Onuph. Regin. 899
- 4870 **LVDOVICI IV.** Arnolphi filii **IMPERIVM.** Regin Contract. 900
- 4871 *Gens Hungarorum ingressa fines Longobardorum, omnia caedibus, incendiis ac rapinis crudeliter vastat. Regino.* 901
- 4875 **Definit CHRONICON REGINONIS.** *Cetera adiecta sunt ab alijs, qui ordine recitat excursions & irruptiones Vngarorum, qui Saxonia, Thuringia, Bavaria, alijsq; locis Germania, bella, vastationes & incendia intulerunt. Consule Chronicon Helmoldi presbyteri Labencensis cap. 8. Item Cranzium & alios.* 905
- 4882 **LVDOVICVS IV.** Imp. moritur Ratisbonæ 21. Ianuar. ann. imp. 12. Schaff Sigeb. Vrsp. Auent. alij ad finem anni superioris referunt. In Ludouico IV. Caroli Magni stirps deficit anno 112. à Coronatione Caroli Magni. Appian. Reg Onup. 912

- CUNRADI I. Franconiae Ducis IMPERIUM. Sigeb. Contract Frising**
- 4889 **CUNRADVS Imp moritur, an imp. 7. sepultus Fuldæ Schaff Contract Tritth** 919
- CUNRADVS ante mortem Henrico Saxonum Duci misit Sceptum, Coronam, & cætera ornamenta, & imperii præceres cohortatus est, ut Henricum eligerent Imper. Regn. Sigeb. Schaff. Vrsp.**
- 4890 **ROMANI IMPERII DIGNITAS** 920
transfertur à Francis, ad
Saxones.
- HENRICVS I. Dux Saxonum, dictus Auceps, IMPERATOR designatus Frising Siffid. Vrsp. Est à nato Augusto Cesar. an. 980 id est, decies & quater 70. à regno Davidis 2000. à Coronatione Caroli Magni 120.**
- 4893 **S. VLTRICVS constituitur Episcopus Augustanus. Bruschi ad seq** 923
- 4894 **HENRICVS Rex pacem cum Vngaris in annos 9 firmat. Sigeb.** 924
- RUTHENI hoc ipso anno fidem Christianam Græcorum ritu susceperunt, sub Olha Ducissa & Volodimiro filio eius Russiæ Monarcha, in qua etiam constanter perseuerant. Gaguin. Chron. Mol. Baron. Herberstenii**
- 4897 **Circa hæc tempora HENRICVS Auceps BRANDEBURGVM primariam urbem Henetorum obsedit & expugnauit asperrima hyeme, castris in glacie positis Sabin. Brotuf & Iustus. Sigeb. refert ad 925. Hinc MARCHIA BRANDEBURGENSIS ab Henrico Aucupe constituta dicitur: qua de re ita scribit Cranzius Vandal. lib. 3. cap 6. In nostris annalibus nomen Marchionum non legitur ante primum Henricum Saxonem Romanorum Regem,** 927
qui

Purchase full membership to immediately unlock this page

DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'
Full Membership gives
access to 797,885 ancient
and modern, fiction and
non-fiction books.

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



4904

HENRICVS ad Mersburgum incredibili caede fudit ac- 934
 fugavit Vngaros, exercitu eius vociferante: Kyrie
 Eleison: Kyrie Eleison. Tributum illud quod Vngaris de-
 bebat, cultui diuino impendit, & vsibus pauperum
 distribuit, Pater patrie ab omnibus passim acclamatus
 Magna est dehinc fama Henricum secuta eumque omnes
 gentes ac Reges venerati sunt. Protusius habet integram
 historiam, & refert ad an. 933. Sed Regin. app. Sigeb.
 Marian. ad 934.

4906

HENRICVS Auceps Imp obiit 2. Iulii, an. æt. 60 936
 impetu 17 sepultus Quedlinburgi. Cranz.

OTHONIS MAGNI, filij Henrici Aucupis,
IMPERIVM.

Condidit multas Ecclesias: **BRANDEBURGEN-**
SEM, HAVELBERGENSEM, MISNENSEM,
CICENSEM & MAGDEBURGENSEM, pro-
 pagauit religionem Christianam apud Sclauos,
 de quo Helmoldus cap. 11.

Est ab V. C. 1687. ab Alexandri Magni regno 1270.
 Iulii Monarchia 982 Augusti imperio 977. Con-
 stanini Magni 630. ab eius morte 600. à Caroli
 Magni coronatione 136 ab eius obitu 123 Paria
 sunt spacia à mundo condito vsque ad Israelita-
 rum exitum ex Ægypto, & inde ad Othonem Ma-
 gnum, vtrinque 2453. quos duplica, produces
 4906. quo regnare cœpit Ottho primus.

2 4 5 3

2 4 5 3

 4 9 0 6

Coronationem Othonis Magni Chronicon Hirf-
 gauense, his verbis describit: Anno Dominica nati-
 uitatis 936. indict. decima, Ottho primus per manus Hil-
 deberti Archiepiscopi Moguntini Aquisgranum Regem
 vinctus est. Qui accedens ad altare, & sumens inde
 gladium imperialem cum balteo, conuersusque ad
 regem

regem, ante se genua flectentem, dixit Accipe hunc gladium, in quo deicias omnes Christi aduersarios, barbaros & malos Christianos, tibi autoritate diuina traditum, cum omni potestate totius Imperij Francorum, ad firmissimam pacem omnium Christianorum, Amen. Deinde sumptis armillis & Chlamyde induit eum, dicens Huic cornibus humerotenus demissis, monearis, quo Zelo fides feruere debeas, & in tuenda pace usq; in finem constans perseueres Exinde sumpto sceptro baculoque, dixit Huic signis monitus esto, quatenus paterna castigatione subiectos corripias, primumq; te Dei minister, deinde etiam viduus, orphanus & pupillus protectorem ac defensorem semper exhibeas, eisque manum misericordie clementer porrigas. Post hac fuso super caput eius oleo consecrationis, ait Vixit te Dominus in Regem super populum suum, vt nunquam de capite tuo oleum miserationis deficiat, quo hic & in futuro misericordiam ab ipso creatore tuo consequaris, Amen. Postremo imposuit capiti eius regalem coronam, dicens Coronauit te corona iusticie, qua monearis te ministrare iusticia debere subditis, vt hoc ornamento regali pramunitus, & tuis reuerendus, & inimicis terribilis appareas, & post huius vite terminum sempiterno cum angelis premio coroneris; Amen.

4908 Circa hæc tempora S. WENCESLAUS Boemorum Dux à fratre Boleslao occisus Martyrum numerum auxit. Sigeb. Martyrium eius describit Æn. Syluius in Boëm hist. c. 14. 15. 938

4910 MAGDEBURGV M ciuitas Imperialis, ab OTHONE I. priuilegijs & libertatibus donata est 7. Iun. Eber. in Calendario. Sigeb. 940

Fundatum est BERGENSE Monasterium prope Magdeburgum. Trithem.

Ludi Equestres, vulgò dicti Torneamentum, priuilegijs & libertatibus confirmantur. Cuspin.

Est annus à nato Casare Augusto 1000. compl.

4916 EDITA Anglica, EDMUNDI regis filia, OTHONIS I. Imp. 946

- I. Imp. *Conrux*, obit. sepulta Magdeburgi, 26 Ianuar. *F-*
ber. Calend.
- 4925 **O**THO secundus Othonis Magni filius nascitur. 955
Reginà Monarchia Iulij Cesaris an 1000
VNGARI in campo Lys prope Augustam cruentissimo
prælio superantur die 10 Augusti tribus eorum Regulus ad
gens dedecus laqueo suspensis Sigeb Schaff.
- 4930 Hoc tempore, industria Othonis Magni Imp. multa 960
monasteria instaurantur, aut ampliantur, aut ædi-
ficantur. Sigeb. Vide Frising.
- 4932 **S.** WOLFGANGVS Episcopus Ratisbon vixit. 962
OTHO Magnus Romæ acclamatione totius Roma-
ni populi & Cleri exceptus à Iohanne Papa coro-
natur, & Imp. atq; Augustus appellatur. *Contract.*
Volaterran.
- 4935 **I**nitium Christianismi in Polonia. 965
[Ioachimus Curæus in *Annalibus Silesiæ: Silesia*
doctrinam Christi recepit, sub annum Servatorum 965.
tum cum imperium Romanum & Germanicum adhuc
gubernaret Orbo primus, Princeps verè heroicus, qui Ec-
clesias Christi apud Hænetos, Danos & vicinos populos
piæ cura & liberalitate constituit. Et parebat tunc hæc
regio Principi Polonia. Ita enim tunc tota gens nomi-
nabatur.]
- M**ISLAVS Polonorū Princeps primus Christianus,
Gnesnæ Christianismo per Baptismum unà cum
sua gente initiatus est & 7. Mart. qui fuit 4. Domi-
nica Quadragesimæ (vulgò appellatur Latate Ie-
rusalē) ex mandato regis, idola & simulacra Eth-
nicorū numinum contracta ubiq; & ex templis e-
iecta sunt. & quotannis deinde memoria huius c-
médationis publico ritu celebrata est. Vnde huius
moris adhuc manent vestigia, in Silesia & vicinis
locis, ubi illa Dominica solent ornari statuz Eth-
nico more, quæ deinde cum certis imprecationi-
bus deturbantur in paludem vel in cœnum. Con-
sule

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



- 4943 **O THO Magnus** moritur 7. Maij, feria tertia ante Pentecosten, an imperij 37 sepultus Magdeburgi Contract Schaff Marianus Veteres distichon hoc (versuum lege neglecta) Othonis sarcophago inscripsisse feruntur:
*Tres luctus causa sunt hoc sub marmore clausa,
 Rex decus Ecclesie, summus honor patrie*
- OTHONIS II.** filij Othonis Magni, **IMPERIVM** Sigeb.
- Hic Imp. dictus est mors pallida Saracenorum. Est à Bel principio annus 3100. à morte Cyri 1500 à monarcha Alexandri 1302 Augusti 1000. comp. à nato Constantino Magno 701.
- S. V L R I C V S** Episcopus Augustanus obiit 4. Iulij, ætat. 83 Episcopatus anno 50. Contract. Brusch.
- 4945 **SVIDA S** hoc tempore vixisse creditur Nam in eius Lexico finitur annorum mundi supputatio morte Ioannis IZemiska Imperat Græci, qui hoc anno obiit. 975
- 4950 **I V B I L Æ V S M V N D I** 99. *Mosis* 49. 980
Christi predicationis 19!
Circa hæc tempora VRBS SALINIS SAXONICIS addita est, quæ hodie inter vrbes Saxonicas ornamentu eximius floret.
- 4953 **O THO II.** Romæ moritur 8 Decemb an. imperij 10. 983
 Marian. Contract. Schaff. Sigebert Ab exitu ex Ægypto 2500. à completa regia Salomonis 2000.
- 4954 **O THONIS III.** (qui dictus est Mirabilia mundi) 984
IMPERIVM. Frising Vrsp.
- 4958 **Mortuo LVDOVICO** Rege Francorum ultimo ex Pipini proge (quæ hæcenus ab anno 751. regnum Gallie tenuerat annis 237) **HVGO CAPEIVS** Parisiensis successit in regno Francorum Regnavit an. 9. Ab hoc Hugone Capeto descendit linea Regum Gallie, qui hodie regnant **HVGO** itaque **ANDEGAVENSIS** (ut loquitur Meyerus) primus apud Gallos, Gallus regnare cepit, Germanorum Francorum extruso sanguine. Hinc ad Caroli V. Imp. initium 532. 988

- 4967 **MORTUUS** HUGONE CAPETO in Gallia regnavit filius 997
 eius ROBERTVS Rex pius & doctus annis 34. Huius
 extant sacra Cantica: Sancti Spiritus ad sit nobis
 gratia. Item de natiuitate Domini Iudæa & Ierusa-
 lem. Item de S. Petro Cornelius Centurio. Item Col-
 lecta de martyribus Concede nobis Domine. Item
 O Constantia martyrum laudabilis. Hæc Gillius.
S. ADALBERTVS Episcopus & Martyr, à Prute-
 nis, quibus Christi Euangelium prædicare cœpe-
 rat, 23. Aprilis interfectus est Schaff. Croner. &
 legenda.
- 4969 **MIESLAVS** primus princeps Christianus in gen- 999
 te Sarmatica obiit: sepultus Posnanix Et succed-
 dit filius BOLESLAVS, cui OTHO III. Imp.
 Gnesnæ Regium nomen & Coronam imposuit.
 Mechonius.
- 4970 **Est annus à morte Salomonis** 200 . à Roma condita 1751 1000
 à coronatione Caroli Magni 200. De hoc anno ita
 Sigebert. Multa prodigia sunt visa. Terra motus factus
 est per maximum, Cometes apparuit 19 Cal Ianua cir-
 ca horam nonam, aperto cælo quasi facula ardens cum
 longo tractu, fulguris instar, illabatur terræ, tanto splen-
 dore, ut non modo qui in agris erant, sed etiam in tectis
 lumine ferirentur, qua cæli scissura sensim euanescente,
 visa est figura quasi serpentis capite crescente cum ceru-
 leis pedibus.
BASILIVS Imp Græcorum Indict. 13. grauem exerci-
 tum mittit aduersus Bulgarorum castra trans Aenum,
 & duabus urbibus captis, victor domum redit. Cedr.
 pag 581.
 Sunt qui ad hæc tempora referant institutionem
 Septemviratus siue Senatus VII Electorum, pe-
 nes quos potestas est Romanum Imperatorem e-
 ligendi De qua tamen sententia vel dubitare vel
 disputare cœpit Auentinus lib 5. & hunc secutus
 Onuphrius Panuinius lib. de Comitibus impera-
 torijs, quorum vterque existimat Electores de-

- mum post obitum **FridERICI II.** (id est, post annum Christi 1250.) à **Gregorio X.** (qui Pontifex Rom creatus 1271) confirmatos esse
- 4971 **O THO III Imp** obit 28. Ianuar. an. imperij 17. 1001
Frising Contract Vrspeig alij ad annum sequentem referunt *Auxit viduam Crescenty Romani quem Otho necari iusserat, forma pulchritudine Othonem in sui amorem pellexisse, eique reditum in Germaniam paranti, misisse chirothecas affabrè factas, sed veneno tinctas quarum usu & contractu ille infectus & extinctus sit Cadaver Aquisgranum, intestina Augustam translata sunt Tres Othones imperarunt hac vsque an. 65. re-ctius 64 Vide Crusium pag 143 148.*
- Martinus Crusius** hinc orditur imperij Germanici Epocham: id est, institutionem Electorum siue Septemvitorum, eamque orditur à morte **Othons.**
- HENRICI III** (qui Claudus, item Sanctus, dictus est) **IMPERIVM.**
- 4973 **HENRICVS Imp** Reges gentiliū in interiori Germania, qui dicuntur **VVindi**, sibi tributarios fecit **Sigeb** 1003
Fundatus & institutus est ab Henrico Imp
- 4977 **EPISCOPATVS BAMBERGENSIS.** Contract Sig b 1007
ad 1004 alij 1011. Amplissima Abbatia extra muros Bambergæ Benedictini instituti, fundatui 1008 Bruschi Buchin.
- 4979 **SARACENI ASIATICI** Ierosolymam occuparunt, & Templum ad Sepulchrum Christi sumptuosissime conditum euerterunt. **Drechs. Cedr pag 582** 1009
- 4981 Hoc tempore vixit **WILLICISVS** Episcopus **MOGUNTINVS**, carpentarii filius, à quo Episcopi Moguntini hodie habent rotam pro insigni **Brusch** De hoc Episcopo sic scribit **Siffridus.** **Willigisus** humili progenie ortus, patrem habuit qui curru & bigas facere solebat ideo in thalamo ornatis & grandibus literis hæc scripta habebat: **VVillegu, VVillegu, recole, vnde veneru.** Hæc & in **Teu-**

Purchase full membership to immediately unlock this page

DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'
Full Membership gives
access to 797,885 ancient
and modern, fiction and
non-fiction books.

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



499. **CUNRADVS** Romæ coronatur à Papa, & Imperatoris nomen sortitur iplo die Paschans. Frising. (Onuph 7. Cal. Aprilis.) 1027
- THEOPHYLACTVS** Bulgariz Archiepiscopus fulget Gassarus. Alij anno 864. fortè rectius.
- 4998 **MARIANVS SCOTVS** Chronographus nascitur, ut ipse refert, 1028
- 5000 **Quintus millenarius Mundi: IUBILÆVS** 1030
MUNDI 100. *Mosis 50. Prædicat. Christi 20.*
à partitione terra 2500. à baptismo Christi 1000.
- ROBERTVS** Rex Francia (autor Canticorum quorundam Ecclesiasticorum) moritur Onuph an sequent. Et successit filius **HENRICVS I.**
- CUNRADVS** Imp. Stephanum Pannonie Regem cum exercitu perit, & interea in Alemania **Vernberus** Comes cum alijs multis occiditur (17 Augusti.) Contract. Vrsb Schaff.
- CUNRADVS** Imp 12. Julij posuit primos lapides trium maximorum templorū Spirensium Brusch.
- 5001 **STEPHANVS** Vngaria Rex missis legatis cum Imp. Cunradopacem facit Contract. 1031
- 5008 **STEPHANVS** Rex Vngaria moritur die assumptionis Mariae, adscriptus est Sanctorum Catalogo Bonfin. Contract & legenda alij ad 1034. referunt 1038
Bonfinius refert, huius Stephani dextram (quod de Osualdo Anglia Rege etiam scribitur) non esse putrefactam: Merito, inquit, manus illa corruptionis experta esse debuit, quæ neminem mendicare, esurire, & in captivitate aut quavis miseria iacere perpessa est. Sub hoc Rege Vngaria ad Christianam religionem conuersa infidelitatem Ethnicam exiit.
- 5009 **CUNRADVS** Imp. moritur prope Traiectū 4. Junij (alijs Julij) in Pentecostes festo, imperij an. 15 (Contract.) sepultus Spiræ in templo S Mariæ à se constructo, ubi sic scriptū reperitur in Mausoleo: **Cunradus II. Imp obiit anno Domini 1039. pridie Non. Julij.** 1039
HEN-

HENRICI III. Cunradi II. filii IMPERIVM.

1014 HENRICVS Imp gloriosissimam victoriam adeptus est 1044
in Vngaria, 3. Non Julij. Contract. Schaff.

Hoc tempore vixit GUIDO ARETIVS Monachus in Italia, qui primus excogitavit novam cantandi rationem per sex syllabas: vt, re, mi, fa, sol, la. Tritth. Harum seriem aliquando de Mulices utilitate quaesivi, vni versiculo inclusimus, in hunc modum:

Cur adhibes tristi numeros cantumq, labori?

VT REleues MISerum FATum, SOLitoque LABores.

1019 ANDREAS factus est Rex Vngaria: à morte Stephani 1049
Regis an. II. circiter & mens. 4. elapsis. Bonfi. Contractus

ad finem anni superioris refert, quod idem est. Ritus autem scribit, Andream iam coronatum, cum Vngari post mortem Stephani à fide Christiana descivissent, edito publico precepisse, vt omnes Vngari, relicta superstitione Ethnica, redirent ad verum Dei cultum, Christi q, fidem, qua S. Stephanus Rex eos instituerat, vltim. unq, supplicium in eos statuisse, qui contra facerent.

Hic Andreas Belam fratrem suum, Ducis Polonia generum, cum tota familia reuocavit in Vngariam, regni q, participem fecit, vt ipse duas regni partes obtineret, Bela tertiam, Ducis appellatione. Hec Ritus. De Petro Vngaria Rege, quem Andreas oculis & regno priuauit, vide Bonfinium, Vngar. Chronic Vrspergens. & Frisingen. cap 33.

1021 HENRICVS III. Imp. nascitur 3. Id. Nouembr. 1051
Schaffnab.

1022 CASIMIRVS Rex Poloniae Sedem & Collegium 1052
Episcopi Silesiae, quod prius Sinogrouiae & postea Bicinae fuerat, transtulit Vratislauiam, illudq, p'uribus redditibus donauit Ex hoc tempore vrbs VRATISLAVIA caput suum supra caeteras altius exeruit, & omni ciuilium ornamentorum genere paulatim aucta & exculta, illud laudis & gloriae de-

- riæ decus adcepta est, vt non immeritò nunc vrbū
SILESIÆ SOL dici possit. Vide **Cromer. Curt.**
- 5023 **Papa LEO IX.** insignem cladem accepit die 18. Iunii à
*Normannis, Italus terga vertentibus, & Teutonicis
 magna ex parte occumbentibus. Contract. Schaff. &
 Frisingensis.* 1053
- Alba Augia Cœnobium** non procul à Norimberga
 fundatur. **Buching.**
- 5024 **HERMANVS Contractus**, filius **Vvolferadi** Co-
 mitis de **Veringen** in **Suevia**, vir doctiss. & **Chro-**
nographus diligentissimus, moritur Fuit ab infan-
 tia omnibus membris contractus, vnde & nomen
 sortitus est. Fertur composuisse Canticum: *Salve
 Regina.* Fuit Monachus in **Monasterio S. Galli.**
 Eius **Chronicon** à quodam continuatum est vl-
 que ad an. 1066.
- 5026 **HENRICVS III.** Imp obiit **Burdeldia**, 5. Octob.
 an ætat 39. imperij 17 mens 7. **Contracti appen-**
diæ & Frising. 1056
- Inscriptio Mausolei Spirensis: HENRICVS III.* Imp.
 obiit an. 1056 3. Non. Octob *Schaffnaburg dicitur
 sepultura traditum die Simonis & Iude, quo etiam na-*
tus fuerat.
- HENRICI III. IMPERIVM.** Vrsu Euectus
 ad imperium natus annos quinque fuit Princeps
 bellicosissimus. nemo collaris signis toties cum
 hoste conflixit, adeò vt **M. Marcellum & Iulium**
Cæsarem supergressus, bis & sexagies cum genti-
 bus ferocissimis pugnârit.
- MARIANVS** Scotus patriam egressus fit **Mon-**
achus Coloniz.
- 5027 **GEORGII CEDRENI** Chronographi **Græci** Chroni-
 con finitur iudeis. vndecima (meunte) qua coronatum
 scribit **Isaacium Comnenum** Imp. **Constantinopoli-**
tanum mens Septemb. 1057
- MICHAEL PSELLVS** Philosophus **Constantinopoli**
 floruit.

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



Papa in Concilio Vercellensi, quod Contractus ad an. 1050. Sigeb. ad 1051. refert Nicolaum. erò II. hoc anno Sedi Romanæ præfuisse ex Schaffnaburgensi patet, quia scribit anno 1059 Nicolaum, qui antea appellatus sit Gerhardus Florentinus, Romanum Pontificatum obtinuisse. Idem habet appendix Contracti.

Mortuus est HENRICVS I. Rex Francorum. Appendix Contracti & Meyer. Hinc (inclusiue) ad mortem Henrici II. Regis Gallie 500 Estque hic annus à regno Salomonis 2100. ab imperio Augusti 1101. 1060

ANDREAS Rex Vngariae, videns Belam fratrem suum regnum affectare, & Vngaros paulatim ad eum deficere, uxorem suam & filium Salomonem, cui Imperator filiam suam paruulo paruulam desponderat, cum multis opibus ad Henricum Imp. misit, petens, vt sibi misso exercitu subueniretur, &c Schaffn. 1061

BOLESLAVS Polonia Rex Bela precibus fatigatus, in Vngariam expeditione suscepta, magnas Andree copias ex Vngaria, Germania & Boemia contractas, fudit, & Belam Alba Regia in sede regia collocavit. Post hunc conflictum Andreas longius fugiens, comprehensus ab Vngaris & malè tractatus in sylua Boconiensis regni & vitæ finem fecit. Cromer. Fulstin. Ritus, Vngar. Chron. &c.

HENRICVS III. Imp. cum hæcenus omnia per tutotes acta fuissent, accinctus est gladio, & ipse bella gerere cœpit anno regni sui 9. ætat. 14. App. Contracti. 1065

S. EDVARDVS Anglorum Rex obiit absque liberis. Meyer.

Sub Wernherio Episcopo Collegium S Arbogasti extra muros vrbis Argentinae erectum est. Buchin.

Visus est Cometes, qui effectum non caruit Nam eodem anno GUILLELMVS Normanniae Dux ab Eduardo heres institutus, Angliam cum exercitu inuasit, & Haraldum, qui Regis Anglia nomen vsurpare, Guilielmumq; Anglia arcere 1066

arcere conabatur, vixit & occidit. Frisingens. Meyer. Schaffn

De SCLAVORVM defectione à fide Christiana, vide Helmodum cap. 24. Alii ad 1064.

ERFVRTVM vrbs Thuringie amplissima circa haec tempora muris & mœnibus circumdata est, & in eam vrbs formam redacta, quae nunc conspicitur. Fit eius mentio multò ante haec tempora.

5041

In huius anni autumno (teste Schaffnaburgensi) HENRICVS IIII Imp. conuentu Misna iudicò, BOLESLAVM Polonia Regem & VVRATISLAVM Boemia Ducem dissentientes, à mutuo odio & maleficio iubet desistere, eique se socium contra alterum proficetur, qui primus arma sumpturus esset. Eius compositionis forma publicè in templo Misnensi recitata est. Fabric.

Est annus à Monarchia Alexandri 1400. Augusti 1100. Vespasiani imperio 1000

IOANNES XI PHILINVS Patriarcha Byzantinus, qui Dionis historiam in Epitomen redegit, floruit.

Clara & celebris quoq; hoc tempore fuit memoria S. SEBALDI in Nurnberg. Schaffnaburg.

5043

Hoc anno die 21 April. obiit ALEXANDER Papa. Marian. Successit GREGORIUS VII. antea dictus Hildebrandus. Hic aduersatus est HÉRICO III. Imp. eiusque crebrò meminit Venencus Episcopus Vercellensis (qui hoc tempore floruit) in libro de vnitae Ecclesiae & schismate inter Henricum III. Imp. & Gregor. VII. Papam, de quo plurima lege apud Urspergensem, qui in his temporibus describendis est accuratus & copiosus. Vide & Bennonem Cardinal. in vita huius Pontificis & sequentium.

FERDINANDVS I. Rex Hispan. moritur. Tropa Hinc ad Ferdinands Imp. natalem 430. ad eius obitum 490.

COELIBATVS SACERDO-
rum in Germania.

Schisma ortum propter Sacerdotum matrimonia, à **1074**
GREGORIO VII. inhibita, quam prohibitio-
nem alij bonam ac piam, alij impiam & Euange-
lio contrariam esse contendebant Scribunt ea de
re Sigebertus & Nauclerus mirabilia Meyer.

Schaffnaburgensis hæc rem ita narrat *Hiltebrandus*
Papa, inquit, cum *Episcopus Italia* conueniens decreue-
rat, vt secundum instituta antiquorum canonum, pres-
byteri uxores non habeant habentes aut dimittant, aut
deponantur nec quisquam ad Sacerdotium admittatur
qui non in perpetuum continentiam vitamque cœlibem
profiteatur. Hoc decreto per totam *Italiam* promulga-
to, crebras literas ad *Episcopos Galliarum* transmittē-
bat, præcipiens, vt ipsi quoque in suis *Ecclesijs* à contuber-
nio Sacerdotum omnes omnino facinas perpetuo anathe-
mate reserarent. Aduersus hoc decretum vehementer
infremuit tota factio Clericorum, clamitans illum obli-
tum esse sermonis Domini, quo ait, non omnes capiunt
hoc verbum qui potest capere capiat Et *Apostolus* Qui se
non continet, nubat melius est enim nubere quam vri.
Et illam dum violenta exactione homines Angelorum
ritu viuere cogeret, fornicaioni & immundicie freno
laxare. Quod si pergeret sententiam confirmare, malle
se Sacerdotium quam contingium deserere, & tunc visu-
rum eum, cui homines sorderent, vnde gubernandus per
Ecclesiam Dei plebibus Angelos comparaturus esset. *Ar-*
chiepiscopus Moguntinus sciens non paruo constare ope-
ram hanc, vt tanto tempore inolitam consuetudinem
reuelteret, atque ad rudimenta nascentis *Ecclesie* sene-
scentem iam mundum reformaret, moderatius agebat,
& primum eis in dimidium annum inducias & delibe-
randi copiam dedit, hortans eos, vt quod necessario fa-
ciendum sit, sponte faciant, & tam sibi, quam *Rom.*

Pon.

Purchase full membership to immediately unlock this page

DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'
Full Membership gives
access to 797,885 ancient
and modern, fiction and
non-fiction books.

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



Rudolpho misit Coronam cum hac inscriptione:
Petra dedit Petro, Petrus dedit. m. Rodolpho. Sigobert.

Helmoldus cap. 28. ita recitat versum:

Petra dedit Romanam Petro, tibi Papa Coronam

Claruit his temporibus S ANSELMVS Archiepiscopus Cantuariensis post Lanfrancum in Anglia, cuius olim auditor & discipulus fuit. Tritth. Hist. Desinit Chronicon LAMBERTI SCHAFNABURGENSIS, Chronographi doctissimi & accuratissimi.

5049

S. STANISLAVS Episcopus Cracouiensis interficitur à Boleslao Rege Poloniae, 8 Maij Mechou.

1079

5050

IUBILÆVS MVNDI 101. *Mosis 51. Christi predicationis 21.*

1080

HENRICVS IIII. cum Saxonibus, quorum dux erat RVDOLPHVS SVEVVS, quartum praebium commisit, die 12. Octobr in quo Rudolpho praecisa est dextera, quam cum Mersburgi moriturus abscissam intueretur, grauiter suspirans dixisse fertur ad Episcopos qui aderant: Spectate, inquit, dextram legitima supplicia expendentem, quae fidem Sacramento munitam, & Henrico Domino meo datam, vobis urgentibus, praeter aequum & fas temerè violauit. Videte qui me contra Dominum meum solium ascendere fecistis, ut recta via me vestra monita sequentem duxeritis. Quibus dictu, expirauit. Sepultus Mersburgi Venericus, Marian. Sigeb. Vrsb. Bonfin. Helmol cap. 29. RVDOLPHVS regi regi. & sepultus est, quod cum agrè ferrent quidam, & dicebant, non decere hostem Imperatoris ita honorari mortuum: respondit Imperator. Sinite eum regis insignibus ornatum sepeliri: utinam omnes mei aduersarii hoc ornatu sepulti iacerent.

5051

BOLESLAVS Polonia Rex ob S. Stanislae cadem à Gregorio VII. diris deuocetur, & regnum solenniter ei abrogatur, succedente ipsi VVLADISLAO.

1081

BOLES-

- BOLESLAVS** inuisus omnibus in Ungariam fugit, ibique conscientia doloribus laceratus miserè perit. *Mecbo Crampz.*
- HENRICVS V.** Imp Henrici III. filius nascitur. *Marian.*
- 5053 Definit Chronicon **MARIANI** Scoti, indi. 6. Eius Chronico appendicem addidit Dodechinus. 1083
- 5056 **HENRICVS III.** Imp **VVRATISLAVO** Boemorum Duci Moguntia in conuentu Principum attribuit titulum dignitatemque Regiam, Morauorum regno in Boemiam translato *Aen. Syl. Plerique tradunt VVratislavum Regem coronatum esse Praga ab Engelberto Archiepiscopo Treuirensi, die 16. Mayj anno 1087.* 1086
- Ordo **CARTHUSIENSIVM** institutus est Colonia à Brunone Theologo: cui occasionem prae-buerant tristes voces hominis morituri, & ad cogitationem de futuro Dei iudicio contremiscentis. *Anonius & Speculum Vincentij lib. 26. cap. 82. Alijad 1084.*
- MARIANVS** Scotus historiographus obiit aetat. 58. Moguntia. *Tritth Dodechinus.*
- 5061 **S. BERNHARDVS** natus est hoc vel superiori anno, quod colligitur ex anno mortis. Vide infra 1153. Vitae eius historia addita est eius scriptis. Huius viri scripta plena sunt spiritualis fragrantiae. 1091
- 5065 Concilium **CLAROMONTENSE** in Gallis, congregatum ab **VRBANO II** Papa, qui Christianis Principibus contra Turcas arma decreto & cohortatione sua induit, eosque ad expeditionem vltimarum pro recuperanda Terra Sancta excitauit. 1095
- S. LADISLAVS** Rex Ungar. obiit 30. Iulij: sepultus *Vradini in Caenobio à se constructo, post annos 103. in dinorum numerum relatus est. Bonfi.*
- FVCHERIVS** Carnotensis, qui fuit Capellanus (ut veteres nominant) Balduini, fratris Godfridi Billonzi, historiam rerum per 29. annos gestarum ab

- anno 1095 ad 1124. breuiter & magna cum fide perstrinxit Pontacus.
- 5066 **Celebris expeditio in PALÆSTINAM à Christianis Principibus suscipitur studio recuperandi terram sanctam. Tanto numero Christiani mare transierunt, ut Occidens vniuersus demigrare visus sit in Orientem. Appellatur bellum sacrum, estque pio zelo susceptum, sed piorum sanguine multo gestum Describitur à Fuchero, Guilélmo Tyrio, Blondo, & rerum Gallicarum Germanicarumque scriptoribus.** 1096
- S. LEOPOLDVS Marchio Austria dictus pater pauperum, patri in gubernatione succedens, regnavit an. 40. Huius filius fuit OTHO Episcopus Frisingensis historiographus Cuspinianus.*
- 5067 **Primus conflictus Christianorum cum Saracenis, ubi victores extiterunt Christiani 9 Cal. Mart. Sigeb. Eodem anno Nicea, vrbs Synodi Nicenæ memoria celebris, expugnatur à nostris Sigeb. &c.** 1097
- LANFRANCVS Archiepiscopus Cantuariensis moritur 3. Iulij Balæus. Ei succedit ANSHELMVS in præfulatu. Sigeb**
- 5068 **ANTIOCHIA nono mense obsidionis die 3 Iunij (al. 31. Maii) expugnata est à Christianis, & cæsa 100. millia Saracenorum Drechs Fucher.** 1098
- 5069 **HIEROSOLYMA capta, & Saracenis erepta est à Christianis 15. Iulij, die Diuisionis Apostolorum, feria 6. hora qua Christus mortuus est, die 39 obsidionis** 1099
- GODFRIDVS BILIONÆVS Princeps Lotharingæ, qui prius conscensis & superatis mœnibus in urbem Hierosolymam irruperat, creatus est primus REX HIEROSOLYMOŔVM, sed regni titulum & insignia ideo se noluit dicit, quòd indecens duceret, Diadema aureum hominem peccatorem gestare ea in vrbe, in qua Saluator Mundi, æternus Rex, spineam coronam suo sacratissimo sanguine madentem gestasset. Tradunt itaq;**
Coro-

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



cupeditate sed studio obedientie erga sedem Apostolicam declaranda. Vrsp.

5076 **HENRICVS IIII.** decreto Paschali Papa excommuni-

1106

catu imperio deicitur, & insignibus atque ornamentis Imperialibus spoliatur à Mogunimo & alii apud In-gelheim: cuius rei narrationem prolixam habet Hel-mol. cap. 32. 33. Frising. Vrsp. &c.

HENRICVS IIII. Imp. in custodiam à filio conie-ctus, mœrore animi moritur Leodij, 7. Augusti, ætatis 56. imperij an. 50. incoatis: à morte patris 49. Cadaver eius vt hominis excommunicati, to-to quinquennio sarcophago lapideo inclusum, extra templum Spirense inhumatum stetit, & se-pulturæ honore caruit. Vrsp. &c. Mausoleum Spi-rense habet diem obitus 7 Idus Iun.

HENRICI V. IMPERIVM.

Hic Imp. fuit parùm felix in præhs. Vrsp.

Hoc anno fulsit Cometes toto mense Febr.

5079 **HENRICVS V. SILESIAM,** qua tunc **POLO**

1109

NIÆ parebat, cum exercitum ingressus, Libusium oppidum limitaneum cepit, illudque donavit Ar-chiepiscopo Magdeburgensi: Glogouiam frustra oppu-gnavit, & Boleslao Polonia Regi pacem dedit. Vbi cum fortè Cesar legatis ingentem auri & argenti thesaurum monstrasset, subindicans, paratos esse belli gerendi ner-uos: Hic, inquit, Polonos perdomabit: vnus ex legatis Polonicis stultam Cesaris iactantiam notans, annulum aureum digito detractum ad reliquum auri cu-mulum adiecit: addens hæc verba: longatur aurum auro. Quo scommate nihil offensus Cesar respondit germanica lingua: *Habdancet: quod est: ago gra-uas.* Inde mansit vniuersa familia nobile nomen, vt **HABDANCKII** appellentur. Paulò post **HENRI-CVS V.** non procul à Vratislavia acerrimo prælio victus est à Boleslao R. Polon. in campo Canino, cui nomen fecit concursus canum post pugnam cadavera lanian-sium. *Crom. Curans.*

S. ANS-

- S. ANSHELMVS Episcopus Cantuariensis, cuius scripta extant, in Anglia moritur. Sigeb. Tritth. 11 Cal. Maij.
- 5081 HENRICVS V. Roma à Paschali Papa coronatur, & pater eius Henricus excommunicationis vinculo solutus, insigni pompa funebri terra mandatur, Spira Vrsp. &c. IIII
- Eodem tempore PASCALIS Pontifex Henrico V. concedit ius & priuilegium imperiale conferendi Episcopatus & Abbacias vel Prælaturas (vt vocant) per annulum & baculum: quod tamen ei paulò post eripuit. Vrsp Fris.
- 5082 Desinit Chronicon SIGEBERTI Monachi Gemblacensis, qui hoc anno obiit. Eius Chronicon continuauit ROBERTVS Abbas Montis vsq, ad annum Christi 1210. IIII 2
- 5083 S BERNHARDVS, genere Burgundus, ingressus Cistercium, factus est Monachus, à constitutione Domus Cisterciensis anno 15 ætat. circiter 22. IIII 3
- 5085 HENRICO V. Saxoniam vastanti occurrit LOTHARIVS Saxonum dux (qui post Henricum imperauit) cum exercitu in Belxhsholq, & 11 Feb commissum est prælium illud memorabile, quo Saxones victores attriuerunt copias Cesaris, & desiderata sunt ex vtraque acie 45 millia hominum Helmoldus ait copias Cesaris maiores fuisse Saxonum atque tres Saxones quique Cesariani fuisse in pugna oppositos Cranzius Saxon. 5 cap. 36 Tritth Fabric &c
- Fundatum est Cœnobium CLAREVALLENSÈ, cuius primus Abbas fuit S. Bernhardus. Vincent. Sigeb.
- 5066 PASCALIS II. Papa Romæ in Concilio Lateranensi, 6 Martij congregato, priuilegium de investitura Episcoporum antea traditum Henrico V. reuocat, damnat & abrogat, vt per vim sibi in castis extortum: illudque nominat Prauilegium. Imperatorem etiam anathemate ferit Quæ res IIII 6

- multos Episcopos & Principes Germaniæ ad rebellionem aduersus Imperatorem commouit. Nouæ itaque turbæ, schismata & scandala in Ecclesia repullularunt Vrsp. Helmolt Cranz
- 1087 **RUPERTVS TVITIENSIS** hoc anno dedicauit Cunoni Abbati Sigeburgensi libros egregios de operibus S Trinitatis. quod docet præfatio. perfecit opus triennio 1117
- 1088 **BALDVINVS** Rex secundus Hierosolymorum moritur Domin Palmarum. conditus Mausoleo regio in loco Caluariz ad latus Godfridi fratris. Successit ei **BALDVINVS II** Vrsp. & alii 1118
- Romæ mortuo Paschali II. **HENRICVS V. Imp.** Pontificatum abrogauit Gelasio II. recens electo, Apostolicæ Sedi alium quendam imponens. Gelasius Pontificatu deiectus Cæsarem in Germaniam redeuntem excommunicat, ac diris persequitur: itaque schisma quod iam putabatur emortuum, crudeliter reuixit, & Henricus Cæsar de imperio & honore suo periclitari cœpit Vrsp. &c.
- Chronicon IOANNIS ZONARAE terminatur, morte Alexy Comneni Imper Græci, in cuius locum subit Calo Ioannes Comnenus Deinceps historiam pertexit NIGETAS CHONIATES complectens annos 87.*
- 1090 Collegium Sacerdotum Glogouiz fundatum & institutum à Boleslao Principe Polonorum, adiuuante Haymone Episcopo Vratislauensi. 1120
- 1092 **HENRICVS V.** in Concilio Wormaciensi 23 Septembr. reconciliatur Apostolicæ Sedi, resignans atque cedens ei omne ius Inuestituræ Ecclesiasticæ. id est, potestatem Episcopos inuestiendi, consecrandi & confirmandi, Episcopatus vel Abbatis ac prælaturas conferendi, quæ antehac penes Imp. siue laicos fuerat. Pontifex verò **CALIXTYS II.** vicissim concessit, Electionem Episco-

Purchase full membership to immediately unlock this page

DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'
Full Membership gives
access to 797,885 ancient
and modern, fiction and
non-fiction books.

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



Menſe Decembri Calixto II Papæ ſucceſſit HONO-
RIVS, à quo Volaterranus ſcribit confirmatum
eſſe Ordinem Templariorum ſive fratrum Mili-
tiz templi Hieroſo'lymitani. Pontacus eorum ini-
tium reſert ad Gelatii II. tempora, & ait diſtos
eſſe Templarios, quòd iuxta Templum Domini
Hieroſolymis in Palatio regio habitarent. Vide
Tyrium lib. 12 cap. 7. & Æmilium lib 5.

TYRVS clariffima vrbs Phœnicum capta à Chriſtia-
nis. Meyer.

Monafterium in SPANHEIM fundatur à Comiti-
bus de Spanheim. Truth, Sigeb. ad ſeq.

5095 HENRICVS V. Imp. apud Traiectum moritur ſine 1125
liberis: impetij an. 19 ſepulchus Spira. Diem obitus
alij aſſignant 23. vel 21. Maij, alij 23 Iulij. Appendix
Sigeb habet feriam 5. poſt Pentecoſten. quæ an.
hoc anno in 21. Maij incidat, docebunt Dionyſij
tabulæ.

LOTHARIVS II. Dux Saxon. Romanorum Imp.
creatus Mariani appendix annotat, fuiſſe Mogun-
tiz electum 30. (alij 25) Auguſt. & coronatum 13.
Septemb Vide Viſp Friſing. Sigeb Helmol. cap
42 qui hunc Lotharium vocat Luderum.

Hoc tempore clarus habebatur RUPERTVS Tur-
nenſis Cœnobij præpe Coloniae Abbas, qui præ-
clara in ſcriptis doctrinæ & pietatis ſuz monu-
menta reliquit.

5096 LOTHARIVS Imp. prouinciam MISNENSEM 1126
concedit CVNRADO WETINI Comiti, cu-
ius poſteritas rerum hodie ponitur feliciter, & à
WITICHINDO MAGNO auſpicatam ducit
originem. Fabric. Viſp Friſing &c. Hinc ad nata-
lem Auguſti Elect 400.

*Prælium inter Lotharium & Boemia ducem committitur:
in quo perit Orto Dux Mirauis 12. Martij Eber. &
alij.*

5100 **IUBILÆVS MVNDI** 102. *Mosis* 52. *predicationis Christi* 22.

Hoc seculo floruit **IRNERIVS** (sive *Vernherus* vel *Guarnerius*) *Iurisprudentia* instaurator, dictus **LVCERNA IVRIS** quod *leges Romanas* (quarum *professio* ad *sexcentos* ferme *annos* in *Italia* in *tenebris* quasi *delituerat*, & post *Iustinianum* *ducescit*) *singulari Dei consilio* à *tineis* & *blastis* *liberatas*, in *lucem* *Lothario Imperat* iubente *reuoçatis*, *primus* *legibus* *glossas* *apposuerit*, & *sine* *exemplo* *ceteris* *illummandis* *iuris* *exemplum* *dederit*. *Bononia* *iuris* *ciuilis* *profiteri* *cœpit*, *annis* *600* post *Iustiniani* *tempore* *elapsis*. *Ex* *huius* *Schola* *postea* *prodierunt* *viri* *doctissimi*, *qui* *iuris* *professionem* *in* *Italiã* *conseruãrunt*, & *in* *Galliam* *transplantãrunt* *Hanc* *reuoçationem* & *iuris* *Ciuis* *restitutionem* *in* *annum* *Christi* *1150*. *incidisse* *refert* *vir* *doctissimus* *Valentinus* *Forsterus* *Iurisconsultus* *lib. 3* *Historia* *iuris* *Ciuis* *Romani*.

5101 **SOBIESLAVS** *Princeps* *Boemorum*, *qui* *Lusatia* *magnam* *partem* *occupauerat*, *instaurauit* & *muniuit* *celebrem* *urbem* **GORLICIVM**, *que* *prius* *sape* *fuerat* *vastata* *Cura* & *manuscript*.

5103 **LOTHARIVS** *Romæ* *coronatur* ab *Innocentio* *II*. *Huic* *coronationi* *interfuit* *S. Bernhardus*, *quem* *Lotharius* *secum* *adduxerat*. *Cæterum* *cum* *Lotharius* *vetera* *Imperatorum* *iura* *in* *conferendis* *Episcopatibus* *ac* *Abbatibus* *se* *repetiturum* *ostendisset*. *Pontifex* *minime* *passus* *est* *ea* *sibi* *eripi*. *Sigeb. Cusp. Visp Frising. &c.*

5106 **SLEOPOLDVS** *Marchio* *Austriæ* *moritur* *15* *Novembri* *sepultus* *Neoburgi* *in* *cœnobio* *à* *se* *constructo* *Cusp.*

5107 **LOTHARIVS** *Imp* *rebus* *magnis* *in* *Italia* & *Apulia* *prosperè* & *præclarè* *gestis*, *cum* *exercitu* *in* *Germaniam* *reuertens*, *in* *itinerè* *morbo* *corripitur* & *prope* *Tridentum* *moritur* *3* *Dec. an* *imperij* *13*. *sepultus* *prope* *Brunsvigam* *in* *monasterio* *Luthe* *à* *se* *constructo*. *Hic* *à* *scriptorib* *Italicis*, *inquit* *Fab*

bricius, celebratur, quòd in toto imperio nihil egerit quod meritò reprehendi possit. Engelhusius tradit, ipsum iustitiz amatorem, & Constantini, Caroli & Othonum fuisse imitatore. Ait etiam Frisingensis, potuisse eius virtute & industria imperium ad pristinam dignitatè m reduci, nisi fuisset celeri morte præventus. Addit Fabricius, cum veteres Romanorum leges in Apulia repertas, sociis Pisanis donasse, qui libri nunc Florentiæ in Palatio Mediceo asseruentur, ac mandasse, ut leges per Innetum explicentur, & ius secundum eas in imperio dicatur, quod & suprâ monuimus. Eius vero etiam Epitaphium recitat à se repertum, quod hoc postremo disticho clauditur.

Exiit ut membris, heu, trina luce De cembris,

Ecclesia gemitus, illius est obitus.

De anno obitus inter Chronographos non conuenit. Vrspergensis, Onuphrius & alij habent 1138 Nos Frisingensem, Mariani & Sigeberti appendices, & Tritthemij Hirsgauense Chronicon sequimur, qui conuentum apud Confluentiam (ubi Cunradus electus est Imp.) & Pascha Colonia à Cunrado recens electo celebratum referunt ad 1138 Frisingensi etiam annus Christi 1146. est Cunradi nonus. Ergo 1138 est Cunradi primus, quod et Siffert habet.

5108

CUNRADI III. IMPERIVM. Vrsper.

1138

Hic fuit Dux Sueuiæ, & Henrici V. Imp ex sorore nepos. Confluentiæ creatus est Imp & coronatus circa mediam quadragesimam. Noribergam & Lubecam, celeberrimas Germaniæ vrbes inflaurauit & exornauit, usque gradum struxit ad eam Maiestatem, quam hodie præ se ferunt.

Huc usq; perduxit Chronicon suum **HONORIVS** Augustodunensis presbyter.

5109

Obit in Gallia IOANNES de TEMPORIBVS, qui annis 361. vixerat, & Caroli magni armiger fuerat. Martin Polonus, Naucle & alij.

1139

5110

Hugo de S. Victore Canonicus Parisiensis, cuius scripta extant, moritur.

1140

Eo.

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



Brandebijit sine liberis, Marchiam in manibus Imperatoris liberam relinquens: quam Conradus Imp. consilio Principum, Adelberto Comiti de Soltwedel in feudum imperiale concessit.

FVLCO Hierosolymorum Rex moritur, succedente ei filio **Baldano Meyer.**

ORDO IOANNITARVM.

Sub hoc **FVLCONE** Rege, initium sumpsisse dicitur **ORDO HOSPITALIS S. IOANNIS BAPTISTÆ** in Ierusalem, siue Teutonicorum Militum **D. IOANNIS**: ad cuius Ordinis societatem in his locis multi præstantes viri, tum etiã Magister Ordinis in **Sonnebergk**, & Cõmendator in **Logau** pertinent

5115 **AVICENNA** *Hispalensis Medicus, nascitur in vrbe Com-magene Edessa. Huius coætaneus fuit AVERROES Cordubensis Philosophus & Medicus, atq; Commentator Aristotelis.* 1145

EUGENIVS III. cœpit Huic **D. Bernhardus** dedicavit & inscripsit suum librum de consideratione.

5116 **OTHO** *Frisingēsis* Chronicon suum terminat anno 1146 quem ait esse **Conradi Imp. nonum**, & **Eugenii III** Papæ secundum. Scripsit quoque librum de rebus gestis **Friderici I.** de quo pòst. 1146

5117 **ANGLI, FLANDRI, & LOTHARINGI** *instructa ducentarum prope nauium classe, in Galliam nauigauerunt, vbi auxilio Alphonfi Regis Lusitaniae VLISIPPONEM* urbem clariss de *Saracenis cepcrunt, in qua mox Alphonfus Archiepiscopum instituit, illique sex alias domitas ciuitates subdidit Meyer.* 1147

Hoc anno suscepta est ingens illa **CVRADI CÆSARIS**, aliorumq; Regum ac Principum in **SYRIAM** expeditio: sed quæ fraude Græcorum irrita cecidisse traditur, **Emanuele Græcorum Cæsare**, perfidia plusquam **Punica**, Christianorum farina gypsum immiscente. **Meyer.** **Tritthemius** ait maiorem exercitus partē perisse fame, peste, & gladio, terramq; **Saracenorum** ditatam ac repletam esse

esse spoliis ac armis Christianorum. Frisingensis
ait fuisse bonum bellum secundum quid, non
simpliciter, id est, profuisse nostris interitum cor-
porum ad animæ salutem.

5118 RICHARDVS de S. Victore, monachus Parisien- 1148
sis, qui scriptis nomen suum nobilitavit, moritur
2 Nouemb. Chron. Noriberg. manus.

5121 GRATIANVS Monachus post Iuonem Carnotensem DE- 1151
CRETORVM OPVS ex veterum statutu, sanctio-
nibus & scriptis composuit, quo Iuris Canonici studiosi
hodie vtuntur. Hoc opus EVGENIVS Pontifex & ap-
probavit, & in Academia publice proponi mandavit.
Martin. Polan. Trittb.

5122 CUNRADVS III. Imp. moritur Bambergæ 15. Febr. 1152
an. imperii 14. (vel 15. incoatus) sepultus in Lorch.
FRIDERICI I. Babaroffæ vel Aenobarbi (à bar-
barosa sic dicti) Cunradi Imp. ex fratre nepotis
IMPERIVM.

De huius, rebus primo quinquennio gestis consule
Frisingensem, qui inter cætera tēpus mortis Cun-
radi & electionis Friderici ita annotat. Anno Domi-
ni, inquit, 1152. Cunradus ab hac luce decessit sexta fe-
ria post caput ieiunii, 15. Febr. in Bamberg. Et 3. Non.
Mart. feria tertia post Dominicam Oculi conuenit Fran-
cofurti vniuersum Principum robur: vbi cum de eligendo
Principe. Primates consulsarent (nam id iuris Romani
Imperii apex, videlicet, non per sanguinis propagationem
descendere, sed per Principum electionem Reges creare,
sibi tanquam ex singulari vendicat prerogativa) tandem
ab omnibus Fridericus Sueuorum Dux, Friderici Ducis
filius peritur cunctorumq; favore in Regem sublimatur,
& Dominica Latere Aquisgrani coronatur. Huius autem
tam vnanimis in hanc personam assensus ratio hac fuit.
Dux in Romano orbe apud Gallia, vel Germania fines fa-
mosa familia hætenus fuere, vna Henricorum de Guesbe-
linga, alia Guelforum de Aldorsio: altera Imperatores,
altera magnos Duces producere solita. Ista, vt inter,

Polonia Rex pacem petitam & ceteris conditionibus pacem à Cesare impetrauit. Polonici scriptores hoc in sequentem annum conferunt: sed Radenicus, qui tunc vixit, assignat 1157.

1158

V LADISLAVS BOEMORVM DVX, ex Duce **R EX** creatur, Ratisbonæ, ab Imp. Frederico, in celebri Principum conuentu, & Privilegia de usu Diadematis alufque regni insignibus accipit. *Radeus Mechovius affirmat, Vladislao in hac coronatione, loco Aquilæ nigre attributum esse pro insigni album Leonem cū cauda bifurcata: quod & in veteri Chron. Boëm. manuscripto legit Hæc facta sunt anno 72. post, quàm V R A T I S L A V S Moguntiz ab Henrico III. appellatione Regis Boëmici primùm ornatus fuerat; sed qua post V-ratislavum 60. annis ferè nemo principum Boëmorum usus erat.*

1158

Eodem anno, teste Radenico, cuius hic verba recitavi, Fredericus inferioris Rheni partes peragrans, nullos sibi dies otiosos transire passus est, eos se ratas perdidisse, in quibus non aliquid de rebus atibus Imperij, de iure & iusticia inter omnes gentes conservanda disposuisset. Tam igitur valido cū Alps imperio ferociam barbarum gentium, et consilia, ac sine armis delinquit, ut iam non regni rector, sed vnius domus, vnius Reipubl. pater familias haberetur. Ipse vero iam ad transalpina exercitum ducturus, primò oraculum in Deo spem suam ponens, efficitis religiosus et sanctitate probatus viris, tanquam diuinum oraculum eos consultabat, ut iturus ad bellum spiritalibus armis antè munus animam, quàm corpus, antè celestibus se disciplinis prestrueret, quàm ad pugnam ipsam militem militi artibus instrueret preceptis.

F R I D E R I C V S secundam expeditionem suscepit in Italianam propter Mediolanensium rebellionem. *Vr sp. Mariani. Sigeb. Raden. cap. 26. recitat leges, quibus militarem disciplinam Barbarossa in exercitu sancit. Die 25. Iul. obsedit Med. clauum. 8. sept. obsessos in gratiam recepit.*

Hoc

Purchase full membership to immediately unlock this page

DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'
Full Membership gives
access to 797,885 ancient
and modern, fiction and
non-fiction books.

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



HENRICVS Leo PRIBISLAVM Duce[m] Henetorum obsessum in arce VVerlou, imperata facere coëgit: qui quidem ab eo tempore doctrinam Christi amavit ac propagavit. Ab hoc PRIBISLAO MEGALOBVRGENSES Principes originem ducunt. De hoc anno Meyer ita scribit Henricus Leo Saxoniz Dux Vandalos gentem adhuc effratam, sibi que iuxta ac Christianaz pietati inimicam, postquam suis expulisset sedibus, Henricum Scatensem & Adolphum Holstiaz Comitem trans Rhenum in Belgicam misit, qui non parvam Colonorum multitudinem ex Brabantis, Flandris ac Hollandis in Vandaliam & Vuagriam traduxerunt, reuerfiq[ue] sunt tunc partim Flandri in easdem ferè oras, ex quibus olim maiores eorum sunt profecti. Hæc Cranzius in Saxonia literis mandavit: *Ego de eadem migratione nihil apud nostrates lego. Idem autor in Vandalia sua refert, Henricum Leonem, postquam Vandalos & Oboctros subegisset, terram omnem Oboctrorum suis divisisse ducibus, ex quibus Henricus Stratenfis Magnopolim sortitus, gentis metropolim, Bernonem ibi constituit Episcopum, eoq[ue] ex Flandria non exiguam cultorum vocavit multitudinem. Quin etiam Albertus Ursus Marchio Brandeburgensis, ut idem testatur Cranzius, ex Hollandis, Zelandis, Flandris Coloniam ea tempestate deduxit in easdem ferè Vandalorum terras.*

PETRVS LOMBARDVS, cognomento MAGISTER SENTENTIARVM, fit Episcopus Parisiensis, qui hoc tempore scripsit 4. libros Sententiarum, & glossas Psalterij atq[ue] Epistolarum Pauli. Sigeb.
Eodem tempore floruerunt Petrus Comestor, historiae Scholasticæ autor Petrus Blesensis, Petrus Abelardus, Eustathius Thessalonicensis Episcopus, qui in libros Homeri scripsit Commentarios: item Mesue Medicus, teste Gaffaro, &c. Abbas item Joachim, Calaber propheta, cuius hodie extat in
Hier-

Hieremiam interpretatio. Ab hoc fermè tempore Philosophia secularis, vt loquitur Trit. S. Theologiam sua curiositate inuithi foedare cœpit: quæ Theologia Scholastica postea diuersas Scholasticorum Doctorum sectas genuit ac disseminauit.

5132 **MEDIOLANVM** à *Friderico Imp. captum, populus expulsus, murus delectus, & ades omnes, exceptu sanctorum templu, euerfa, ita vt per medium vrbis in modum cracu aratrum iubente Imp. traberetur. Append. Marian. Trit. Vrff.* 1162

REINHOLDVS Archiepiscopus Coloniensis à *Friderico* impetrauit corpora 3 Magorum, qui Christum infantem adorauerant, Mediolani extra muros ante portã Romanam seruata, quæ Coloniã secum detulit, & in Ecclesia maiore collocauit. *Siffrid. Tritth Append Marian. alij ad 1168.*

5133 **FRIDERICVS** *Imp capto & delecto Mediolano, reuersus in Germaniam, principibus Polonia serio mandauit, vt secundum pacta filius Vladislas patrimonium redderent. Hoc igitur anno SILEZIA accepit primos suos principes, cum post bellũ Barbarossæ diuideretur inter tres filios Vladisla. BOLSLAVS pcerus, primus PRINCEPS SILESIÆ, vir bellicosus & iustus, adeptus est Silesiæ ditionem mediam, quæ est velut umbilicus SILESIÆ, nempe VRATISLAVIAM, & LIGNICIVM. MIESLAVS factus est dominus SILESIÆ superioris: CONRADO adolescẽri valetudinario data est Silesia inferior, id est, GLOGOVIA, CROSNA & SAGANVM: ita tunc quasi est constitutus DVCATVS GLOGOVIBNSIS. Ab hac igitur Regia Polonorum stirpe descendunt illustres PRINCIPES SILESIÆ, hodie superstites, & Silesia prius affliãta, perpetuisque vastationibus bellis exhausta, hoc tempore respirare & coli cœpit. Chron. Pol.* 1163

5134 **PETRVS LOMBARDVS** M. Sententiarum moritur 20. Augusti. *Chron. Gall.* 1164

- 5135 **HENRICVS** Anglorum Rex non veritus Ecclesiastica libertati manus iniicere, conatus est profana ditioni omne sacerdotium subicere, & quidem Episcopos Eboracensem, Londinensem & Cestrensem non magno negotio subegit: sed Thomam Archiepiscopum Cantuariensem Angliaque Cancellarium virum sanctum nullis terroribus superare potuit. Hunc itaque Rex sede sua deiectum Angl' a expulit Meyer Tritib. 1165
- HENRICVS VI.** Imp. Friderici Imp. filius, nascitur apud Nouiomagum Tritib.
- 5136 **De Romanis pugna victu ad Tusculanum ab Archiepiscopo Coloniensi & Moguntino: Item de Roma ab Imp capta, qua omnia hoc ferme triennio acciderunt. Vide Helmol. lib 2. cap. 10. Append. Marian Vrsb.** 1166
- 5138 **FRIDERICVS** Barbarossa Imp. Episcopo Wirzburgensi & successoribus Ducatum FRANCIE ORIENTALIS, & iurisdictionem superiorem, nouo Priuilegio & sig' lo aureo restituit & confirmauit, publicauitque 10. Jul. per vniuersam Franciam. Eber. 1168
- ALBERTVS VRSVS** Elector Brandeb. obiit, sepultus Brandeburgi ante aram D Augustini in summo templo (ali in Wallenstedt.) Es successit filius **OTHO I** Marchio Brandeb. Inst Brocus. &c.
- Circa hunc annum desinit Chronicon **HELMOLDI** Presbyteri, quo descripsit historiam conuersionis Sclauorum ad Christum. Is cap. 13. hzc verba habet: Anno Domini 1168 fundatum est opus noue plantationis in terra Rugianorum, & edificata sunt Ecclesie, & presentia Sacerdotum illustrata: seruiuerunt que Regi Danorum sub tributo.
- ROSTOCHIVM** octennio ante à **PRIBISLAO** Henetorum Domino edificari ceptum, vrbs Priuilegia hoc anno primum accepit. Chytraus.
- 5140 **Natus S. DOMNICVS** pater Ordinis Prædicatorum. Antonin. 1170
- 5141 **THOMAS** Episcopus Cantuariensis in Angliam reuersus, 1171

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



atro, giluoq; colore variata ferebat. Bernhardus ad pedes Imperatoris Friderici iam de Ducatu Saxoniae inuestitus, orabat, vt aliquo à fratribus discrimine Ducatus sui insigniretur. Tum Imperator, vt erat coronatus per æstum, rutaceam coronam iniecit ex obliquo supplicantis clypeo. Hoc est ergo ferrum, quod paternis insignib Bernhardus iam Imperatoris dono adiecerat. Nam vetera Saxoniae signa candidum præferebant pullum equinum.

S. HILDEGARDIS Abbatissa Cœnobii Bingenſis moritur 17 Septemb ætat 82 quæ cum Latini sermonis eſſet ignara, reuelante Spiritu Dei omnia Latinè dictauit notariis excipientibus Tritth.

§ 152 **FRIDERICVS** Imp. **LVBECA**M obſedit, eamq; in- 1182
gressus auxit priuilegiis, & hac eſt prima **LVBECAE**
ad Imperii ſocietatem ſuſceptio *Cranz Vandal lib 6*

§ 156 **LIVONIA** à vicinis debellata Chriſtum agnoſcere 1186
cœpit: qua de re ita **Cranzius**. **MEINARDVS** Sa-
cerdos cum mercatoribus de **Lubeca** adit **Liouiam**, &
caſam extruxit, in qua manſit cum famulo, linguam
gentis perdiſcens vbi diuina religione quos potuit inſtru-
xit. Et quia à **Lituanis** fiebant incurſiones, Chriſtiani
praſidium firmauerunt in loco quem hodie vocant **Kerk-**
holm. Arx præcipua Ordinis fuit ad ripam **Dune flami-**
ni duobus miliaribus ſuprà **Pigam**. Inde ab Archiepi-
ſcopo **Bremeni** **Meinardus** in Episcopum **Liouienſem**
conſecratus eſt. *Cranz Vandal. l. 6. c. 6 Et Saxon l. 7.*
6, 13.

§ 157 **HIEROSOLYMA** Chriſtianiſ inter ſe diſſidenti- 1187
bus in **Saracenorum** poteſtatem redit 2 Q& feria
6. anno 88. ex quo regnum **Hierosolymorum** pe-
nes Chriſtianos eſſe cœperat. **Meyer**. **Vriſp.** &c.

Hoc ipſo anno **Laodiſceam**, **Ptolemaidem**, **Berytum**, **Biblum**,
Tiberiadem, **Aſcalonemque** **SALADINVS** **Aegypti**
Sultanus recepit. **Meyer**. *Platina eam rem ita commemo-*
rat, Multum certè, inquit, **Saladini** humanitas

& ſi-

& fides Christianis obfuit. Ad eò enim se æqualem omnibus præbebat, vt nemo eius imperium aspernaretur, &c. Oppugnabat tum Saladinus urbem Ierusalem, & quidem acriter: quam tandem ii, qui in præsidio erant, desperatis supplicis, hac conditione dederunt, vt tantum abeunti cuiq; ferre liceret, quantum suis tantummodo humeris sustinere posset. Migrantium Christianorum pars Tyrum, pars Antiochiam, pars Alexandriam delata est: Inde verò multi deinceps Sicula classe in Italiam delati sunt. Saladinus victor Hierosolimam ingressus, campanas primò è turrib. deiecit: mox basilicas omnes præter Salomonis templum prophanauit: quod priusquam ingrederetur, aqua rosacea lauiffe ferunt. Mansere Hierosolymis Christiani Asiatici, Syri, Armeni, Iacobitæ, Georgi. & Græci & Nestoriani, permittente Saladino.

5158 In vrbe STENDALIA Collegium Canonicorum 1188
fundatur ab Henrico Marchione. Iustus.

Hoc tempore vixit HELINANDVS, cuius Chronicon sæpius citat Vincentius in Speculo

5159 FRIDERICVS Imp. iter Hierosolymitanum arripuit Vrs. 1189.

Hoc anno cœpit ORDO TEUTONICVS, hospitalis S. Mariæ in Ierusalem, sub primo Magistro huius ordinis HENRICO WALPOT: estq; confirmatus à COELESTINO Papa. Literæ confirmationis datæ sunt Romæ 22. Feb. an 1191. Pontificatus eius anno primo Hinc est Ordo Dominorū Teutonicorum in PRUSSIA, qui se MARIANO S vocant Hæc ex lib. Ordinis edito.

5160 Anno 1190. PTOLEMAIS capta est à Christianis 19. 1190.
Nouemb. Sic Lib. Ord. Pruss.

HENRICVS LEO Dux Brunsvicensis expugnauit & solo æquauit oppidum Bardouik, ex cuius ruderibus vrbs LVNEBURGA extructa vel renouata est
28 Octob. Luneburgi quoque fit mentio ante hac tem-

pava (Vide Schaffnab anno 1073) Eber & Bru'ch.

FRIDERICVS BARBAROSSA Imp contra Sa-
racenos mouens, in minor Armenia annem in-
gressus, 10. Iun miserè perit, tanto omnium re-
fere, vt vix vlli vnquam principum plus lachryma-
rum datum sit; cum an 39. non plenis imperasset.
Vrsp. Siffrid Ciaz Sax l. 7 c 1.

IRNERIVS Iurisconsultus moritur Bononiae. Fichard.

5161 **HENRICI VI.** filij Barbarossæ, IMPERIVM. Sif- I 191
frid. Vrsperg Vincent.

COELESTINVS III. Papa Henricum Imp Romæ
coronauit 15. April. postridie Paschatis. Martin.
Polonus.

*Circa hæc tempora post IRNERIVM nominis celebri-
tatem in iure præ cæteris affectus est PLACENTI-
NVS, discipulus Irnerij, qui primus Professionem iuris
in GALLIAM propagauit, & in monte P.ulo floruit
Scripsit summam in Codicem & Institutiones iuris For-
ster.*

5163 Natus est **FRIDERICVS II.** Imp. Henrici V l. filius I 193
26 Decemb. Vrsp.

ALBERTVS MAGNVS in vico Sueuicæ Lauginga
nascitur.

5164 Hoc anno decessit dominitor ille Orientis, ac nostrorum terror, I 194
SALADINVS Aegypti Sultanus, relictus nouem filius,
quos omnes **SAPHADINVS** patruus, præter vnum,
amicorum virtute relictum, libidine regnandi necauit.

*Meyer In huius Saladini funere, ferunt trophæum hoc
gestum. Eius interior tunica hastili suffixa ante funus de-
ferebatur, præcone clamante SALADINVS Asia
domitor, ex tanto regno, tantisque opibus nihil a-
liud, quàm hoc secum auferit.*

5165 **HENRICVS II LEO,** Lothary Imp nepos, Princeps I 195
Germania potentiss. & sextus Elector Saxonie, obiit
Brunsvigia 6. Augusti. cum Electoratum gessisset an. 40.
sed 15. exulasset Cran & Brotusf.

HENRICVS VI. Imp. obtinuit **SICILIAM,** ca-
ptumq;

Purchase full membership to immediately unlock this page

DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'
Full Membership gives
access to 797,885 ancient
and modern, fiction and
non-fiction books.

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



Quæ de his temporibus prædixerit IOACHIM Abbas Calaber, quàm periculosa tempora diem extremum antecessura sint, pete ex eius libello in Ieremiam: eaque confer cum iis quæ recitat Vincentius in Speculo lib. 32 cap. 107.

A Z O Iurisconsultus, qui summam ad omnes Codicis titulos scripsit, & à Baldo fons legum & vas electionis appellatur, moritur Bononia, quod patet ex Epitaphij inscriptione. Fichar. Fend. Forst.

REGNUM TATARORVM.

Per hac fermè tempora fama spargi cœpit in Sarmatia Europea de Tatarorum nomine ac regno. vnde Martinus Polonus scribit anno Christi 1200. Tatarorum dominum sumpsisse initium Cui consentientia scribit Haitbonus Armenus lib. de Tataris: & Mechouus lib. de Sarmatia Asiana & Europea de quo infra 1212. Sic Truth in Chron. Hirsgau sub anno 1202. Tatars, inquit, cum vxoribus & filiis ab India montibus egressi, per vicinas provincias pradas agunt, quibus semper fuere assueti. Parthos deinde petunt, & pari terrore Mediam, Assyriam, Persiam, Armeniamque, & Sarmatas non longo tempore peruadentes, circa Meotidas plaudes demum sedes suas firmarunt, & multa finitimus Christianis damna intulerunt. Etiam Lyranus in Apocalyp cap. 20. ait, Tataros anno 1202. de terra sua exeuntes multos populos tam Christianos quàm paganos occidisse. Circa eundem ann. 1202. vel 1203. scribit Leonclau. in Pand. hist. Turcica imprimis claruisse Zingem Chamum Tataricum, ipsosque Tataros hoc tempore iugum Indorum, id est, eius Regis, quem ab aliquot iam seculis Preteianum siue Presbyterum Iohannem vulgò vocamus, excussisse, & postea imperium magni Chamis Chitami constituisse. Tatarorum appellationem Bibliander deriuat à Tobarim, q. d. relictis, aut reliquis factis, vel qui ex aliquo agmine supersunt: quomadmodum in exercitu sepe est quedam pars neglectior & contemptior.

- 5171 **BOLESLAVS** Procerus, primus **SILESIAE** Princeps, 1201
 moritur 6 Decemb sepultus in monasterio Leubus. post
 quem filius eius **HENRICVS** Barbatu factus est
 Dominus totius Silesia, Princeps bonus, pietate & vir-
 tute praestans, & qui in Silesia, condidit legibus, vrbi-
 bus, ac templis excolenda, patris studium ac pieta-
 tem imitatus est. Eius coniunx fuit S. **HEDVVIGIS**,
 filia Ducis Metania, Carinthia & Istria, cuius etiam
 instinctu Henricus anno 1203. Monasterium Trebnicen-
 se fundavit.
- 5172 **CUNRADVS à LICTENAV** Abbas Urspergen- 1202
 sis, cuius Chronicon toties iam citamus, factus est
 presbyter, vt ipse scribit. Anno 1215. factus est Ab-
 bas in Ursperga Monasterio inter Vlmam & Au-
 gustam sito.
- 5173 **PHILIPPVS** Imp cum exercitu ingressus Thuringiam 1203
 bellum fecit Hermanno Lantgrauio Thuringie. Ursper-
 Hirsgau. Siffrid.
 His temporibus, teste Tritthemio, **INNOCEN-**
TIVS PP. quinque libros Decretalium legi in
 Scholis & in iudiciis vrbique seruari praecipit
- 5174 **CONSTANTINOPOLIS** 12 April capta est à **BAL-** 1204
DVINO Comite Flandria Die 16 May **BALDVI-**
NVS renunciatur Imp Constantinopolitanus. Nicetas.
 Hinc (inclusiue) ad captam à Turcis Constantinopo-
 lim 250.
NICEPHORVS Gregoras historias Imp Græco-
 rum orditur ab hoc anno, quo à Græcis Theodo-
 rus Lascaris Niceæ salutatus est Imp. qui extra
 Constantinop. imperauit an. 18 Niceph.
- 5175 Latini à Scythis praelio superantur **BALDVINVS** Imp 1205
 Constantinopolitanus capitur 15. April. & paulò post oc-
 ciditur. Nicet.
- 5178 **PHILIPPVS** Imp ab Orhone Palatino de Wi- 1208
 telsbach in arce Bambergensi, cum post incisionē
 venæ quietis causa secessisset, sceleratè in cubiculo
 interficitur. 22. (ali) 21.) Iun. an. imperii 10. Corpus
 primum

primùm Bambergæ sepultum postea Spiram trās-
latum. Witelbachius sicarius non multò post à
Philippi Marescalco interemptus facinoris sui
præmium tulit. Vrsp.

O THONIS IV. IMPERIUM: quod duravit an.
4. Vrsperg.

Brotusius refert, hoc tempore **CATHEDRALE**
templum Canoniorum in vrbe **MAGDEBURGA**
institutum fuisse ab **ALBERTO** Episcopo Mag-
deburgensi.

5179 **O THO IV.** Romæ ab Innocentio III. PP. salutatur 1209
Augustus & inauguratur 4. Oct. Tritth. Onuph.
11 Octob.

S FRANCISCVS sumpto habitu Monastico, Or-
dinem fratrum Minorum instituit, quem confir-
mauit Honorius III. PP. 29. Nou. anno 1223, à prin-
cipio Ordinis 15. Tritth. Ita autem dilatatus est hic
Ordo, vt à quibusdam plura quàm 1743. Franci-
scanorum Monasteria recenseantur: vt iam non
computemus monasteria virginum Ordinis S.
Claræ, quæ fuit soror Francisci.

5180 **INNOCENTIVS III.** Rom. Pontifex Othonem 1210
recens à se coronatum anathemate notat, imperiũ
ei abrogat, omnesq; ab eius obedientia & fide ab-
soluit eò, quòd pontificias ditiones inuasisset, &
ad totius Italiae imperium aspirasset. Vrsp.

5181 *Apparuit Cometes mense Maio flagrans diebus 18. & cauda* 1211
supra Rusiam porrecta Tatarorum aduentum significa-
bat. Mechou.

5182 **FRIDERICI II. IMPERIUM.** 1212

Fuit Rex Siciliae, cui in cunis vagienti ad preces patris
Henrici VI. Imp. Principes Germaniæ iureiuran-
do se obstrinxerant: ideo Othone de Imperatoris
dignitate deiecto, cõmuni Principum electione
ad imperium euectus est ætat. anno propè 20 Vrs.

TATARORVM gens in illã usq; diem ignota, à montibus
India egressa, non longè à Meotide palude sedes posuit, &
Ruthe-

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



agnitionē paulatim adduxerunt. Liber Ord. Prufs. Eodē anno ab HENRICO Barbatō, & eius coniuge S. HEDVIGE, Principib. pietissimis, institutum & reditibus dotatum est Cœnobium Canonorum Regulariū in Oppidulo Silesiæ N A V M - B U R G K. vnde post annos 67. Collegium illud in vicinam urbem S A G A N V M translatum est, de quo infra 1284.

- 5188 RUDOLPHVS Imp. Comes HABSBURGENSIS 1218
nascitur 27. Aprilis. Hunc FRIDERICVS II. Imp. dicitur sacri baptismatis vndis expiatum extulisse. Cusp. Hinc ad mortem Maximiliani Ian. 300.
Eodem die OTHO III. Cæsar ab omnibus derelictus inglorius moritur Brunsvigiæ. Vrsp. Meyer. Alij ad præcedentem.
- 5190 FRIDERICVS Imperialem Coronam Romæ accepit, 22. Nouemb qui vt coronationis beneficium remuneraret, Fundensem Comitatum Ecclesiæ Romanæ perpetuo iure possidendum contulit & donauit. Vrsp. Hinc ad Coroli V. coronationem 300. 1220
- 5191 S. DOMINICVS moritur 6 (alijs 5.) Augusti, sepultus Bononiæ, Canonizatus 1233. Antonin. Vincent. Pet de Natal 7. c. 22 Lomb 108. 1221
- S. BONAVENTURA, dictus doctor Seraphicus, natus est, quod dependet ex anno mortis 1274.
- 5193 THOMAS AQUINAS celebris Ecclesiæ Doctor, & doctrinæ Scholasticæ princeps, Monachus Ordinis Prædicatorum, atque Alberti Magni discipulus, nascitur. Antonin. Lombard. habet 1225 Olim dictus est Doctor irrefragabilis & Angelicus. 1223
- VINCENTIVS Cadlubcus, qui Chronicon Polonorum scripsit, moritur 8 Martii. Mechou.
- HERMANNVS de Saltza Ordinis militiæ Tentonicorum Magister, primus Sacra domus vexilla in PRVSSIAM victor traduxit hoc anno. quem Christophorus Manlius Gorlicius, Poeta doctissimus, sequenti versu expressit
HerMann Vs Pr Vssos Christi Vb Vota Coegit.

- 5195 Hoc anno **GUILBERTVS** Parisiensis, autor libri qui inscribitur, *Rhetorica diuina, verbi diuini prædicatione retraxit ex lupanaribus mulierculas, 1174, Parisius nouã domum filiarum Dei extruxit & incoauit. Biennio post factus est Episcopus Parisiësis*
- 5196 Hoc anno, 29 May, **BORUSSIA** ordini Teutonico per *Cunradum Ducem Masouie donata est, & postea anno 1330. armata manu occupata Lib ord Pruss.*
SLVDOVICVS Rex Gallia coronatur Rhenu circa Cal. Decemb. regnauit an. 44 Onuphr, Meyer.
- S. FRANCISCVS** Princeps Ordinis Minorum 4. Octob. Assisi moritur ætat. 45 Pontificatus Honorii III anno vndecimo: ab Institutione religionis 18. Sanctorum numero ascriptus à Gregorio IX. PP. anno 1228 die 16. Iulij. Antonin. Huius vitam descripsit Bonauentura, qui eum biennio ante mortem in Ecstasi scribit notatum stigmatis. De quo Vincent lib 31. cap. 109. Palmer.
- 5197 **LVDOVICVS** Thuringia Lantgrauus, maritus S. Elisabeth, cum iter haberet in Syriam, & Brundusii Imperatorem expectaret, obiit 10. (aly 11.) Septemb cuius ossa in Thuringiam relata, & in monasterio Reinhartsborn sunt condita.
- ACCURSIVS** Florentinus, primus vniuersi Iuru glossator, circa hunc annum sub Friderico I I. Imp. floruit, vt ipse testatur in l. penultima de accusationibus. Forster.
- HONORIO III.** PP. mortuo 18. Martii, successit **GREGORIUS IX.** qui Decretales Iuris Canonici publicauit. Antonin.
- 5198 **FRIDERICVS** Imp. in Palestinam cum multis principib. trãsfretauit, quem Gregorius IX. PP. nihilominus excommunicatum, maxime per fratres prædicatores, in Germania proclamauit, & captata occasione absentia Imperatoris, exercitum misit in Apuliam, & terras Imperatoris sibi subegit. Vrsp. Tritth.

RIDERICVS Imp. ad eas pacis condiciones Sultra-
num adegit, vt vrbs Hierosolyma, Nazareth, &
Ioppe, locaq; alia Imperatori restituerentur, & in-
ducia inter Christianos & Saracenos in decemum
sancirentur. Paschatis quoque festum, vel vt Tritt.
habet, Dominicam Lætare Ierusalem, celebrauit
Imperator Hierosolymis, more regio coronatus
incedens. Itaque sine sanguine bello maximo con-
fecto reuersus est in Apuliam in æstate. Vrsperg.
cuius Chronicon hic terminatur.

1229

LBERTVS Luoniensis Episcopus, qui **RIGAM**
urbem primus communiuit, e seculo migravit.
Cranz. Sax. l. 8 c. 4.

VBILÆVS MVNDI · 104. *Mosis* 54. 1230
predicationis Christi 24.

RIDERICVS Imp. à **GREGORIO IX.** PP. in gra-
tiam recipitur & absoluitur: sed non nisi 120. mil-
libus vnciarum auri Ecclesie Romanæ ob illata
damnata persolutis. Plat. Naucle.

hoc seculo celebres fuerunt:

ETRVS de Vineis, Friderici Imp. Magister Episto-
larum & Cancellarius, cuius Epistolæ hodie extant.

AYMVNDVS, qui Decretalium libros eo, quo
nunc sunt, ordine digessit.

VGO Barcinonensis Cardinalis, qui tota fermè Bi-
blia postillis illustravit, vt testis est Mart Polonus.

NTONIVS de Padua Ordinis Minorum, quem
Pontifex arcam testamenti appellauit, & ann. 1232.
canonizauit.

ENRICVS Cardinalis vulgo dictus Ostiensis, præ-
stantissimæ in vtroq; iure scientiæ vir habitus, qui
summam compendiosam & super titulos Decre-
talium scripsit.

ELIZABETH filia Andree Regis Vngarie, nupta Lu-
douico Thuringie & Hassie Lanigravio, obiit 19. No-
uemb sepulta Marburgi. Hæc matrona & pia & cala-
mitosa

1231

Purchase full membership to immediately unlock this page

DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'
Full Membership gives
access to 797,885 ancient
and modern, fiction and
non-fiction books.

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



- 5209 *Ex hoc tempore rursus erupit & viguit G V È L F O -* 1239
R V M, & GIBELLINORVM factio. Nam Im-
perator, qui tunc Pisis erat, cum non satis ipsi consta-
ret, qui partes suas, quive Pontificis sequerentur, Ciu-
tates Italia in duas factiones tunc primum diuisit. Nam
qui Pontifici fauebant Guelfi, qui verò Imperatori Gibel-
lini appellati sunt. Hac quidem deterrimarum fa-
ctionum nomina ad perniciem humani generis inuen-
ta, primum apud Pistorienses audita sunt. Plati-
na. Hunc euentum alii ad preced. alii ad sequen. re-
ferunt.
- 5210 *Dicatum Lipsiæ Cœnobium P A V L I N V M, quod* 1240
nunc ad Academiam adiunctum est. Fabric.
HERMANNVS de Saltza Ordinis militia Teutoni-
corum in Borussia Magister, vir fortis & magnanimus,
rerumq; præclare gestarum laude ceteris, postquam Or-
dini triginta annorum spacio præfuisse, eidemq; pluri-
mas arces & bona in Armenia, Italia, Ungaria & Ger-
mania adiecisset, obiit in Apulia die 24. Iulij, sepultus
Barletti
- 5211 *HENRICVS II. Pius, Silesie, Lusacie & Maioris* 1241
Polonia Princeps, & S. HEDVVIGIS filius,
TATARIS ex Asia magnis agminibus progressu re-
gionesq; Europeas hostiliter inuadentibus, & Hunga-
riam, Poloniam ac Silesiam crudeliter vastantibus, sese
opponens, exercitu triginta millibus militum instru-
cto, cum iisdem acerrimo pralio congressus est, fortiterq;
pro aris & focis pugnavit, gloriosa morte die 9. Apri-
lis (videlicet die Martis post Dominicam Quasimodoge-
niti) in campo VVolstat prope Lignicum, occubuit.
[Tatari cadaueri Principis caput amputarunt, il-
ludque hastæ infixum circumtulerunt Lignicum
vrbs incensa est, sed arx valido est munita presidio,
ab eo cum Tatari postulassent deditionem, respõ-
sam est, pro vno Principe necato sese habere plures
Dominos adolelescentes, quos non essent deservit]

In quo praelio non tantum præter principem ipsum **BOLSLAVS** Marchio Moravia Henrici amirinus, **POMPO** Magister militum Ordinis Teutonici in Borussia, alique plurimi viri fortes perierunt: sed & tanta Christianorum strages edita esse dicitur: ut cum Tataris post victoriam, singulis cadaveribus singulas auriculas præciderent, novem grandes sacci expleti esse scribantur. Corpus Henrici ab uxore **ANNA** filia Orbocari Regis Bohemia ex sexto digito sinistri pedis agnitum, & Vratislavia in templo S. Iacobi humatum est. **Mechou. Curam** Hunc exitum tulit Princeps hic verè pius & generosus, qui vitam pro patriâ profudit, & sanguine suo Germaniam texit. Esi enim ipsemet quoque, multis suorum desideratis, occubuit at tamen vires Tatarorum ita attriuit: ut sibi ipsis diffiderent, & ad suos revertentur. **Curam.**

5213 **INNOCENTIUS IV.** creatur Rom. Pontifex 24. 1243

Iunij. Hic pileum rubrum Cardinalibus dedit, quo significare voluit, Cardinales paratos esse debere pro libertate Ecclesiastica, si opus erit, vitam morti exponere. **Onaph.**

S. BONAVENTURA religionem S. Francisci ingreditur ætat. 22. Septimo anno post prælegit Sententias Parisiis.

S. HEDVIGIS, Henrici Barbari Silesie Ducis coniux, innocentia, sanctitatis & mansuetudinis exemplar, & regionis Silesie decus singulare, in pia invocatione Christi obiit 15. Octob. Canonizata 1266. **Mechou. Curam.**

Reliquit Beata **HEDWIGIS** numerosam posteritatem, quæ diu dominatum **SILESIAE** obtinuit: ex qua adhuc hodie superstes est Reuerendiss. Illustriss. & laudatissimus princeps ac Dn. Dn. **IOACHIMVS FRIDERICVS**, Dux **SILESIAE**, Lignicensis & Bregensis, vnâ cum Illustriss. duobus filiis **IOHANNES CHRISTIANO**, & **GEOR**

GIO RVDOLPHO, Ducibus **SILESIAE**, Lignic. & Breg. qui quidem paternâ stirpe ex vetusta familia Regum **POLONIAE**, maternâ verò ex posteritate **CAROLI MAGNI** & Beatae **HEDWIGIS** nati sunt: quos ut **DIVS** opt. max. diutissimè florentes, saluos ac iacolumes, in patriæ salutem & emolumentum, conseruet, ardentibus eundem votis precor.

5215 **FRIDERICVS II. Imp. excommunicatur & imperio** **1245**
privatur in Concilio Lugdunensi ab Innocentio IV. 21. Iunij, & contra eum HENRICVS Hassia ac Thuringia Landgrauus, S. Elizabetha leurr, electus est, qui tamen anno 1246. occisus est sagitta prope Ulmam, & sepultus Iseumaci. Alij ad sequentem. Verùm Vincentius in Speculo scribit, Innocentium PP. Lugduni Concilium celebrasse circa festum Petri & Pauli an. 1245. in quo Imperatorem tanquam schismaticum & hostem Ecclesiae condemnârit.

Hinc aliqui numerant 28. annos interregni vsque ad Rudolphi Habspurgij imperium. Formula depositionis Frederici refertur lib 6 Decretalium e ad Apostolica, &c. Siffidus scribit, in Henrico Landgrauo defuncto defecisse Principes Thuringiae, cuius possessio ad Marchiones Misiniae translata sit.

5220 **FRIDERICVS II. Imp. moritur die Luciae, 13. Decemb. an. ztat. 57 imperij 38. Eius sepulchro Pannoni hi versus inscripti sunt:** **1250**

Si probitas, sensus, virtutis gratia, sensus,

Nobilitas orti, possent obfistere morti:

Non foret extinctus Fredericus, qui iacet intus.

Hoc anno die 21. April. expletur annus Roma condita 2000.

Hinc ad Caroli V. Imp natalem 250.

CUNRADI IV. Frederici II. filij IMPERIVM.

5222 **Epocha ALPHONSI hoc anno incipit Cal Iunij.** **1252**

Cardanus & alij ab æra CHRISTI ad Alphonsinam numerant annos Iulianos 1251. dies 152. Ab hoc Alphonso Hispaniarum Rege nomen acceperunt

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



GIO RVDOLPHO, Ducibus **SILESIAE**, Lignic. & Breg. qui quidem paternâ stirpe ex vetusta familia Regum **POLONIAE**, maternâ verò ex posteritate **CAROLI MAGNI** & Beatæ **HEDWIGIS** nati sunt: quos ut **DEVS** opt. max. diutissimè florentes, saluos ac incolumes, in patriæ salutem & emolumentum, conseruet, ardentibus eundem votis precor.

5215 **FRIDERICVS II.** Imp. excommunicatur & imperio priuatur in Concilio Lugdunensi ab Innocentio IV. 21. Iunij, & contra eum **HENRICVS** Hassie ac Thuringie Landgrauis, S. Elizabethæ leuir, electus est, qui tamen anno 1246. occisus est sagitta prope **Vlmam**, & sepultus **Isennaci**. Alij ad sequentem. Verùm **Vincen- tius** in Speculo scribit, Innocentium PP. Lugduni Concilium celebrasse circa festum Petri & Pauli an. 1245. in quo Imperatorem tanquam schismaticum & hostem Ecclesiæ condemnârit.

Hinc aliqui numerant 28. annos interregni vsque ad Rudolphi Habspurgij imperium. Formula depositionis Frederici refertur lib 6 Decretalium c ad Apostolica, & c. Siffidus scribit, in Henrico Landgrauo defuncto defecisse Principes Thuringiæ, cuius possessio ad Marchiones Misinæ translata sit.

5220 **FRIDERICVS II.** Imp. moritur die Lucis, 13. Decemb. an. ætat. 57. imperij 38. Eius sepulchro Pannoniæ hiversus inscripti sunt:

Si probitas, sensus, virtutis gratia, census,

Nobilitas orti, possent obistere morti:

Non foret extinctus Fredericum, qui iacet intus.

Hoc anno die 21. April. expletur annus Romæ condita 2000.

Hinc ad Caroli V. Imp natalem 250.

CVRADI IV. Frederici II filij **IMPERIVM**.

5222 Epochæ **ALPHONSI** hoc anno incipit Cal Iunij. **1252**

Cardanus & alij ab æra **CHRISTI** ad **Alphonfinam** numerant annos Iulianos 1251. dies 152. Ab hoc **Alphonso** Hispaniarum Rege nomen acceperunt

TABULÆ ALPHONSINÆ, eò quòd eius au-
thoritate & mandato sint condutz. Est ab æra
Turcica annus 630.

- 5224 **CYNRADVS IV** Imp. obiit 22. Maij extinctus ve-
neno, Manfredi spurij fratris invidus: imperi an. 3
m. 5. d. 10. Onuphr Ritus de eo sic loquitur: Can-
radus obsessam Neapolim fame domuit, octavoq; mense
ad deditonem ea compulsus, inures, nonnullarū publicas
& priuatas edes solo equauit: eadem Capua pena illa-
ta. Cumque positus esset omni Sicilia, altero post eius
aduentum ex Alemānia in Italiam anno, diem extremam
clausit non absque suspitione dati veneni ab eius Medicis,
à Manfredi pecunia corruptis.
- Ordo Carthutensium in perpetuum esui carniū re-
nunciauit.
- WILHELM I** Ducis Hollandiæ IMPERIUM.
- 5225 **WILHELMVS** Imp. Comes Hollandiæ occisus à 1255
Frans, an imperi i. Martin. Polon. Aliis ad seq In-
terregnum an. 17. secutum est vsque ad Rudol-
phum Imp.
- REGIUS MONS** vrbs Prusie extruitur, Lib. Ord Prus
Mecbou.
- 5226 **BONAVENTURA** eligitur in Generalem Ordinis 1256
Minorum, an. 13. post ingressum religionis die 2.
Feb. & exit ordinem an. 18. Legend.
- 5228 **ALPHONSVS** Rex Castella & Legionis à quibusdam 1258
Germania Principibus creatur Rex Romanorum prid.
Cal. Aprilis, sed sponte abdicauit
- 5229 **ALBERTVS** Magnus natus ex nobili Bolstatensium 1259
familia Sueuica, patre carpētario, ciue Lauingano.
Monachus Ordinis Prædicatorum, in Theologia
& Philosophia eruditissimus, hoc anno factus est
Episcopus Ratisbonensis in Bauaria, ætat. 66. Hic
lectionum adeò appetens fuit: vt Ratisbonensi E-
piscopatu se abdicarit, & priuatus Coloniae viuens
publicis prælectionibus tantūm vacarit. Res cer-
tè rarissimi exempli, præferri docendi labores

- Episcopatus. Merito igitur Albertus cognomen Magni tulit etiam hoc nomine. Reliquit discipulos multos, quorum præcipuus & eminentissimus fuit Thomas Aquinas.
- 1230 *Circum initium anni huius OTHOMANVS I. Rex Turcarum, natus est, patre ERTVGVLE. Leonclau. in historia Musulmana Turc.* 1260
- 1231 *Cranzius scribit hoc anno mortuum esse Adolphum Comitem Holsatiae, de quo rem miram refert Adolphus Comes Holsatiae, inquit, ingressus est ordinem Minorum Hamburgi die S. Hippolyti, & postea erexit monasterium sui Ordinis in Oppido Kyl, ubi cum operarii non haberent quo præstitum inter laborandum reficerentur, lac ostiarum emendicauit: cumque aliquando filios suos Ioannem & Gerhardum, inter quos Holsatiam diuiserat, obuios habuisset, sublimes in equis more Comitum vectos, passus est humanitus aliquid, ut rubore ceperit perfundi. Sed mox robur mentis aduocans, cum adhuc in conspectu essent filii, hydriam lacte plenam & leuatam super caput euertit, & sese totum à vertice lacte perfundens dixit: Infelix, erubuisti Christi pauperiem, bauulare lac in manibus, nunc vel in capite ostende quid portaueris.* 1261
- 1234 *Festum Corporis CHRISTI institutum in ciuitate Vrbenæ ab VRBANO IV. P. P. Hymnum & Officium quod in missa canitur, composuit Thomas Aquinas.* 1264
- 1235 *ODOFREDVS Benenotanus Iurisconsultus, qui Commentarios ad Codicem & Pandectas scripsit, & præterea de formulis actionum, de ordine iudiciorum, & de arte notariatus scripta edidit, moritur Bononia 3. Decemb. aly ad seq. Forster.* 1265
- DANTES ALIGERIVS Poeta Florentinus nascitur Florentie, Palmer. Volater.*
- 1238 *CYNRADIVS Conradus IV. Imp. filius, Frederici II. Imp. nepos, vltimus ex Barbarossa fam. lia nobilissima,* 1268

Purchase full membership to immediately unlock this page

DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'
Full Membership gives
access to 797,885 ancient
and modern, fiction and
non-fiction books.

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



arcetent; *Date obsecro, inquit, hominibus me accedendi locum & facultatem. Non enim ideo ad imperium euectus sum, ut hominibus in arca praeludat.* Huius posterum adhuc tenent Imperium, & ab hoc anno incipit Chronicon Austriacum Magistri Alberti Argentinensis, quod comprehendit an. 77 à principio R. idolphiad an. Christi 1350. Vide Cuspiniani Austriam. Nostra ætate Rudolphi res gestas grandiore carminum sono cecinit **LOACHIMVS MAISTERVS**, tanto Imperatori dignus Poeta.

Est annus à regno Beli 3400. à morte Cyri 1800. à monarchia Alexandri 1600. Augusti 1300. nato Constantino Magno 1000. morte Othonis Magni 300. Hinc ad imperium Rudolphi II 303.

HELENA uxor Alberti Ducis Saxonie. filia Othonis Brunsvicensis, fundatrix monasterii Franciscanorum Viteberge moritur 6. Septemb. sepulta ibidem Ebric.

Hoc tempore floruit **PROLEMÆVS LYCENSIS**, qui Pontificum vitas scripsit.

5244 **S. BONAVENTURA** obiit in Concilio Lugdunensi æt. 53. Canonizatus 1482. mens. April. 1274

THOMAS Aquinas Dominicanus mor. 7. Mart. æt. 50. cum ad Concilium Lugdunense proficisceretur Canonizatus 1323 à natali suo 100. Hic ad extremum Eucharistiam sumpturus, Dominum Iesum flendo rogavit, ut si minus recta fuissent ea, quæ de ipsius mysteriis, de quibus uniuersa Ecclesia Sancto Spiritu inspirante scripsisset, veniam tribueret, eaque omnia Ecclesie iudicio sacrosancto permisit. Volater.

RUDOLPHVS Imp. ex **MATHILDE** filia **LVDOVIGI** Palatini suscepit filium **RVDOLPHVM** à quo **PALATINORVM** ad **RHENVM** genus in hunc usque diem propagatur. Bentherus.

5247 Hoc anno scribunt **VVimpfelingus & Bruschius**, incoarum esse extruclionem turris **ARGENTINENSIS**, que

que ut Germanie spectaculum & ornamentum eximium septem Mundi Miraculis annumerari possit Absoluta est annis 29 Hinc ad extructionem turris Viennensis anni 63.

Hoc seculo vixit IACOBVS de VORAGINE, Episcopus Ianuensis, historix Lombardicæ, de Sanctis, autor

5248. RUDOLPHVS Imp. victor & occiso Ottocato Rege Boemie, Austriam recuperavit, 26. Augusti (alij die Rusi, qui incidit in 27. Augusti) Cuspinianus scribit in Ottocari exercitu desiderari fuisse 14 millia hominum præter captivos & hac occasione Austriam ad Comites de Habsburg deuolutam esse. Aen. Syl. Boem. c. 27.

Chronicon MARINI POLONI Episcopi Consentinensis desinit hoc anno, qui est primus Nicolai III. Papæ. Aopen fixa ab alio addita pertingit vsq; ad annum Christi 1320.

Eo' em anno terminatur accuratissime scriptum Chronicon IACOBIMÆYER de reb. Flandricæ.

5249. ACCVRSIVS Floren. iuris glossator æt. 78 moritur, sepultus Bononiæ apud Minores. Volater.

5250. IUBILÆVS MVNDI 105. Msis 55 prædicationis Christi 25.

ALBERTVS Magnus, Episcopus Ratisbonensis moritur ætat 87. sepultus Coloniz. Tritch.

5251. MARIÆBURGVM vrbs Prussia condita. L. b. Ord. Pruss.

FRIDERICVS Marchio Misnie, cuius fuit à matre admorsagena, captus est a patre suo Alberto, & toto anno retentus in arce Isennacensi unde postea diuinitus liberatus est, cum odio Alberti Tyranni custodes aliqui miseria adolescentis adfecti, fugæ consilia adiuuarent.

5252. Hoc anno SICVLI Gallorum prædicatorum insolentiam, luxum fastumque pertesi, conspirantes decretum

faciunt, ut certo die, cum primum signum eret campana ad vespertinas preces daretur, Gallos vniuersos promiscue interficerent, nullo sexus, etatis vel ordinis discrimine habito. Illuxit itaque vltimus & funestissimus GALLIS in Sicilia dies 30. Martij, quo ad vnum omnes per totam Insulam à cinibus cuiuscunque ordinis tanta crudelitate trucidati sunt, ut etiam grauida euiscerarentur, eorumque fetus execti, ne quid Gallice stirpis in Sicilia superesset, saxis illiderentur, duarumque horarum spacio octo millia Gallorum ea clade perempta scribantur. Inde dicta sunt *Vespera Sicula*. Chron. Gall. Aemil. lib. 7. Plerique referunt hunc euentum ad an. sup. sed e ratione 30. Martij non quadrat ad festum Paschatis, quo ista accidisse annotatum est.

5254 **ROLANDINVS** de Romanico Legum Doctor moritur 1284
11. Sept. Bononia Fend. Schraderus.

Hoc anno 19. Maii, ut auctor est Mechouius, **PRIMISLAVS** Dux Sprottauiensis transtulit Cœnobium Canoniorum regulariũ ex oppido Naumburg in urbem **SAGANVM**, vbi hodie **ABBATIA** est, quam ab Henrico Barbato primum constitutam & fundatam esse diximus anno 1217. quem foundationis literæ à R. D. Abbate nobis commonstratæ ostendunt.

5258 **HENRICVS III.** Dux Vratislauenſis erexit Collegium **S. CRVCIS** Vratislauiae Mechou. Manuscripta tamen Chronica alium annum definiunt. 1288

5259 **ÆGIDIVS** de Fuscari, ciuis Bononiensis, Iuris Canonici peritissimus, moritur 9. Ianus. Fend. 1289

5260 **TYRVS, SIDON, TRIPOLIS, BERYTHVS** à Sultano Aegypti rege incensæ & complanatæ. **PTOLEMAIS** fuga dispersis Christianis, sine vicapta atque diruta, fundamentis quoq; effossis. Christiani qui urbem reliquerat, Cretam fugientes, perierunt naufragio. Ita expulsis de terra sancta Christianis amilimus reliquias victoriarum, quæ anno
rum

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



faciunt, ut certo die, cum primum signum eret campana ad vespertinas preces daretur, Gallos vniuersos promiscue interficerent, nullo sexus, etatis vel ordinis discrimine habito. Illuxit itaque vltimus & funestissimus GALLIS in Sicilia dies 30. Martij, quo ad vnum omnes per totam Insulam à cinibus cuiuscunque ordinis tanta crudelitate trucidati sunt, ut etiam grauida euiscerarentur, eorumque fetus execti, ne quid Gallice stirpis in Sicilia superesset, saxis illiderentur, duarumque horarum spacio octo millia Gallorum ea clade perempta scribantur. Inde dicta sunt *Vespera Sicula*. Chron. Gall. Aemil. lib. 7. Plerique referunt hunc euentum ad an. sup. sed e ratione 30. Martij non quadrat ad festum Paschatis, quo ista accidisse annotatum est.

5254 **ROLANDINVS** de Romanico Legum Doctor moritur 1284
11. Sept. Bononia. Fend. Schraderus.

Hoc anno 19. Maii, ut auctor est Mechouius, **PRIMISLAVS** Dux Sprotauiensis transtulit Cœnobium Canoniorum regulariũ ex oppido Naumburg in urbem **SAGANVM**, vbi hodie **ABBATIA** est, quam ab Henrico Barbato primum constitutam & fundatam esse diximus anno 1217. quem foundationis literæ à R. D. Abbatibus nobis commonstratæ ostendunt.

5258 **HENRICVS III.** Dux Vratislaviensis erexit Collegium **S. CRVCIS** Vratislaviæ. Mechou. Manuscripta tamen Chronica alium annum definiunt.

5259 **ÆGIDIVS** de Fuscariis, ciuis Bononiensis, Iuris Canonici peritissimus, moritur 9. Ianus. Fend.

5260 **TYRVS, SIDON, TRIPOLIS, BERYTHVS** à Sultano Aegypti rege incensæ & complanatæ. **PTOLEMAIS** fuga dispersis Christianis, sine vicapta atque diruta, fundamentis quoq; effossis. Christiani qui urbem reliquerat, Cretam fugientes, perierunt naufragio. Ita expulsis de terra sancta Christianis amilimus reliquias victoriarum, quæ anno
rum

rum ferme 200. labore à Christianis partz erant.
Drechf.

ERTVGVLES Orbomans I. Turcarum Regu pater obit.
Leonclau. in Pand. Turc.

*Habita sunt Comitia ERFORDIAE à Rudolpho Impe-
rat. Is auxilio istius vrbis deuastauit 60. arcus Thuringia,
quarum rudera hodie conspiciuntur. Fabric. Vide Sif-
fridum.*

5261 **RVDOLPHVS**, Imp. moritur 15. Iulii, die diuisionis Apostolorum, cum vixisset an. 73. mens. 5. & imperasset an. 18 sepultus Spira. Siffred. 1291

5262 **ADOLPHVS** Comes de **NASSAVV**, IMPERATOR appellatus, 6. Ianuarij. 1292.

5266 *Exulant Misna Fridericus & Dicemannus fratres. Siffred. 1296*

5268 **Commissum est atrox praelium inter ADOLPHVM** 1298

Imp. qui tum occubuit, & inter **ALBERTVM**, qui in imperio successit. **ADOLPHVS** occisus est, vt habet inscriptio Mausolei Spirensis, 2. Iulii, alii habent 14. Iulii; cum imperasset an. 6, & aliquot mensibus.

*Corpus occisi Adolphi Imp. in monasterio Rosendal fuit humatum vsque ad tempora Henrici Regis de Lutzenburg, cuius precepto, Spiram cum honore delatum in sepulchris Regum locatum est. Sunt qui scribant, omnes eos qui contra Adolphum Regem conspirauerunt, mala morte, diuina vltimamente gratia iniuriam eius, peruisse Nam **ALBERTVS** ipse regni usurpator, à fratris filio fuit occisus. Comes de Hohenlohe / & Comes de Ochsenstein similiter fuerunt occisi. Archiepiscopus Moguntinus saper sellam sedens, inopinata morte sublatu est. Comes gemini pontis, in ripa Bliese dicta, fuit submersus. Conradus Episcopus Argentinenfis, ante Friburgum à quodam rustico gladio interemptus. Comes de Emingen Phreneticus & variis calamitatibus miser factus est. Caterique penè omnes simili interitu perierunt. Hac Tritibem. Hirsgau.*

Horren-

Horrendus terra motus, cuius meminit Siffridus, hoc anno in diuersis ciuitatibus multas turres & domus subuertit: quarum ruina, multi homines vtriusque sexus obruti & perempti sunt. Papa dum altari, diuina celebratum, affaret, subito terra horribili motu & stridore concutitur, parietes basilica quatuntur, lapides collesi ad inimicem difsecantur. Papa ex huiusmodi strepitu terribili defecit viribus, & licet vallatus esset turba Cardinalium & militum, inter manus ministrorum corruit, vixque eductus de Ecclesia, fugam cum ceteris iuit. Hoc annosus quoque Cometes.

De eodem sic Platina in vita Bonifacii VIII. Bene existimares tum Deum cum hominibus pacem habuisse, tantus repente terremotus exortus est, quantum nunquam antea: quo quidem multis diebus per interualla plurima durans, adificia passim corruerunt. Beate Pontifex tum erat cum tota Curia, qui certe veritus, ne ruina adificiorum opprimeretur, casulam quandam ex tabulatis subtilibus in medio Claustro Fratrum Predicatorum, prae admodum late, edificari iussit: eoque in loco aliquandiu resedit, licet horrida saeuiret hyems. In celebritate namque Sancti Andreae haec perturbatio exorta est. Apparuit tum quoque Cometes, magna alicuius futurae calamitatis indicium.

Sextus liber Decretalium, quem BONIFACIUS VIII. fieri fecerat, publicatus est. In eius libri fine ita adsignatum est tempus: Data Romae apud S. Petrum .5. Nonas Martij, Pontificatus nostri anno 4.

ALBERTI I. Rudolphi Habsburgii filii Ducis Austriae IMPERIVM.

5270 *BONIFACIUS VIII. PP. primus instituit celebrationem IUBILAEI, quo plenam delictorum omnium indulgentiam & remissionem praestabat visitantibus Romae limina Apostolorum Petri & Pauli, & eandem indulgentiam statuit in posterum omni anno centesimo.*

Purchase full membership to immediately unlock this page

DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'
Full Membership gives
access to 797,885 ancient
and modern, fiction and
non-fiction books.

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



Horrendus terra motus, cuius meminit Siffridus, hoc anno in diuersis ciuitatibus multas turres & domus subuertit: quarum ruina, multi homines vtriusque sexus obruti & perempti sunt. Papa dum altari, diuina celebraturus, affaret, subito terra horribili motu & stridore concutitur, parietes basilica quatuntur, lapides colli si ad inuicem dissecantur. Papa ex huiusmodi strepitu terribili defecit viribus, & licet vallatus esset turba Cardinalium & militum, inter manus ministrorum corruit, vique eductus de Ecclesia, fugam cum ceteris iuit. Hoc annotatus quoque Comes.

De eodem sic Platina in vita Bonifacii VIII. Et ne existimares tum Deum cum hominibus pacem habuisse, tantus repente terremotus exortus est, quantum nunquam antea: quo quidem multis diebus per interualla plurima durans, adificia passim corruerunt. Reate Pontifex tum erat cum tota Curia, que certe veritus, ne ruina adificiorum opprimeretur, casulam quandam ex tabulatis subtilibus in medio Claustro Fratrum Predicatorum, prato admodum lato, edificari iussit: eoque in loco aliquandiu resedit, licet horrida sauires hyems. In celebritate namque Sancti Andreae hac perturbatio exorta est. Apparuit tum quoque Comes, magna alicuius futura calamitatis indicium.

Sextus liber Decretalium, quem BONIFACIUS VIII. fieri fecerat, publicatus est. In eius libri fine ita adsignatum est tempus: Data Romæ apud S Petrum: 5. Nonas Martij, Pontificatus nostri anno 4.

ALBERTI I. Rudolphi Habsburgii filii Ducis Austriae IMPERIVM.

5270 BONIFACIUS VIII. PP. primus instituit celebrationem IUBILÆI, quo plenam delictorum omnium indulgentiam & remissionem præstabat vilitantibus Romæ limina Apostolorum Petri & Pauli, & eandem indulgentiam statuit in posterum omni anno centesimo. Ob hanc rem ec

anno tanta undique hominum multitudo Romanam confluit, ut vix incedere per urbem amplam & vastam liceret. *Plin. Craz. Saxon. lib. 8. cap. 36.*

Appendix Martini Poloni annotat, Bonifacium VIII. hoc anno scripsisse, se esse Dominum in temporalibus & spiritalibus in uniuerso mundo.

REGNUM TURCARVM.

*Ab hoc anno pleriq; incipit Catalogum IMPER. TURCICORVM, quoru primus OTHOMANVS cum per annos decem rapinis & predationibus ditatus esset, & bonam Bithynia partem, & loca Ponto Euxini adiacentia suo imperio adiecisset, hoc demum anno primi Regis Turcarum nomen meruisse dicitur. *Iordan. Volater. Drechs. & alii.**

VLADISLAVS Lothicus regno Polonia exiit, & in eius locum VVBENCISLAVS Rex Boemia, coronatus Rex Polonia.

Archiepiscopi, MOGUNTINVS, TREVI- REN. & COLONIEN. Alberto Imp. rebellant. Siffid.

Ab anno à morte Salomonis 2300. à principio regno- nis Caroli Magni 532. ab eius coronatione Romana 100. Hoc ipso anno 21. Aprilis completur à Roma tanta annus 2050. quod est tempus 41. Iubi- larii.

BONIFACIUS VIII. PP. moritur 11. Octob. 1303. Mar. Polon. Siffid. Trith. De eo sic Platina: PHILIPPVS Rex Francia, inquit, Sarram Columensem mittit, qui Anagniam clam noctu ingressus, Pontificem nil tale metuentem, in domo parua dormientem, capit refractis valuis, captusq; Roman sub custodia perducit, vbi mox à nimis confectus, 35. die post perit, Pontificatus sui anno 8. mens. 9. d. 17. Hoc modo mortuus est.

1309

1303

s
d
-
n-
ci-

est Bonifacius ille, qui Imperatoribus, Regibus, Principibus, nationibus, populis terrorem potius, quàm religionem iniicere conabatur: qui que dare Regna & auferre, pellere homines ac reducere pro arbitrio animi conabatur, aurum vndique conquisitum, plùs quàm dici potest, sitiens. Discant itaque huius exemplo Principes omnes, tam religiosi quàm seculares, praeesse clero & populis, non superbe & contumeliose, vt hic de quo loquimur, sed sanctè & modestè, vt Christus rex noster, eiusque discipuli ac veri imitatores, & malint à populis amari quàm timeri, vnde tyrannorum perniciès oriri meritò solet. *Hac Plarima*

5274 **FRANCISCVS PETRARCHA** Philosophus, Rhetor & Poëta celeberrimus, qui literas humanitatis post longa silentia mortuas ab inferis reuocauit, nascitur 20 Julij. Volater. Palmer. 1304

DI NVS Magellanus Iurisconsultus moritur Bononia. Scripsit in Pandectas, in tit. de Action. in Institut. & super lib. 6. Decretalium.

5275 **CLEMENS V.** eligitur Rom. Pontifex 5. Iunij. Hic est autor Clementinarum. Die 15. Iulij coronatus est Lúgduni. Eius coronationi interfuit Philippus Rex Franciæ, Carolus frater eius Ioannes Dux Britannia, & quicquid nobilitatis Gallia tunc habebat. Dum verò pompa eius celebritatis ex more per urbem duceretur, pinna muri prefura populi incubantis impulsà corruit, cuius casu Dux Britannia, multi que ignotiores oppressi interiêre. Carolus Regis frater debilitatus, & Pontifex ipse adè in turbam praeceps deturbatus est, vt mitra ex capite excussa Iaspidem preciosissimum amisit. Hic **CLEMENS V.** quòd Vasco esset, Sedem Romanã transtulit **A VENIONEM** in Gallias, quam tenuit ipse & eius successores an. 71. vsque ad tempora **GREGORII XI.** qui Sedem Roma-

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



5281 **Concilium VIENNENSE** celebratur per bien-
nium, in quo editæ sunt Clementinæ, & Ordo Tē-
plariorum, qui annis fermè 184. steterat, à Clemē-
te condemnatus fuit. Item, facta est constitutio, ut
festum Corporis Christi celebretur feria quinta
post Octauam Pentecostes, concessis indulgentiis
us, qui officis huius festi interfuerint. Vide in Cle-
mentinis de reliquis & venerat. Sanctorum. 1311

5282 **TEMPLARIORVM ORDO** 1312
sublatus à CLEMENTE V.

CLEMENS 22. Martij in priuato Consistorio anni-
hilauit Ordinem Templariorum, quorum bona
& redditus hospitalaris D. Ioannis, qui tunc voca-
bantur equites Rhodu, eamque Insulam paulò
antè occupauerant, attribuit. Vno uaque die per
vniuersum orbem hic Ordo deletus & extirpatus
est. Tritheimius addit, Templarios, petente
Philippo Rege Franciæ, extinctos esse, eosque
fuisse valde diuites, quorum possessiones ut Phi-
lippus sibi acquireret, eum crimen hæreseos ipsis
imposuisse.

Academia AVRELIANA in Gallia constituitur.
Chron Gall.

5283 **HENRICVS VII.** Imp nefariè necatur, porrecto 1313
veneno in pane Eucharistiæ, die assumptionis MA-
RIÆ 15. Augusti, à Iohanne Politiano Senensi,
Monacho Ordinis prædicatorum ad eam rem
conduçto. Moritur in Tuscia apud Bonconuen-
tum, Senensis agri oppidum, die Bartholomæi 24.
Augusti. Eius ossa an. 1315 Pisas translata sunt Cal.
Augusti, alii 15. Augusti, & ibidem sepulta in Ca-
thedrali. Vixit annos 51. mens. 1. d. 7. Onuph.
Petrarcha de hoc Imper. sic scribit. Henricus VII.
vir prudens, iustus, honestus, Catholicus, dile-
ctus omnibus, sedatis Alemanniæ discordiis, al-
to animo disponebat reformare Italiam: sed Bo-
nonia

nonia & Florentia cum quibusdam aliis obuia-
runt sibi: vnde operà Florentinorum, vt in fama
fuit, venenatus apud Boncouentum Castellum
Senarum, optimus Imper. mortuus est anno 1313.
cum imperasset an. 4. mens. 8. d. 18. nunquam ela-
tus prosperitate, nunquam deiectus aduersitate.

5284 Hoc anno, quod mirum est, vacarunt, IMPERIVM, 1314
SEDES ROMANA, & REGNUM GALLIÆ.
Nam anno superiore HENRICO VII. mortuo
erat interregnum an. 1. vsque ad Octobrem huius
anni. Deinde hoc anno obiit CLEMENS V. 20.
Apr. & vacauit sedes amplius biennio. Postremo
hoc an. 29. Nouemb. obiit PHILIPPVS Rex
Franciæ.

LVDOVICI V. Bauari IMPERIVM. Electus est die
Lucæ 18. Octob. & eodem die contra hunc crea-
tus Imperator à quibusdam FRIDERICVS Pul-
cher Austriacus Onuph. & Albert. Argentin.

5285 Hoc anno & sequentibus tanta peste laboratum est in mul- 1315
tis locis, vt plures mortui quam superstites sint habiti.
Bruschius ait, Tantam pestem grassatam esse per vniuer-
sam EVROPAM, vt tertia penè pars generis humani ea
absumeretur. Polonici quoque scriptores tam horrendam
famem & pestem in POLONIA & SILESIA his
temporibus grassatam esse commemorant, vt parentes à
proprijs filijs & cadauerib. immundissimisque, cibo non
abstinuerint.

HELVETICVM fœdus constans & sempiternum felici-
ter auspiciatur.

CAROLVS III. Imp. nascitur, qui in Baptismo no-
minatus est VVenceslaus: sed in Confirmatione
datum est ei nomen Caroli. Sic habet Chron.
manusc. Estq; annus à morte Augusti Imp. 1300.

5287 IOANNES XXII. PP. mense Nouemb vel Octob 1317
confirmavit publicationem Clementinarû, man-
dauitque Doctõibus in gymnasijs, vt eas publicè
prælegerent. App. Mart. Polon. Antonin & Platin

- 5289 *Hoc anno scribit Albertus Argentiniensis, VV OLDEMARO* 1319
Marchione Brandeb absq, liberis mortuo, MARCHIAM
deuolutam esse ad imperium, eamque Ludouicum Imp.
tradidisse filio suo primogenito Ludouico.
BARTHOLOMÆVS de Prato Legum Doctor moritur
 Bononia 20. Septembr. Fend. Laurentius Schraderus in
 Libro monumentorum Italiae habet an. 1329. die 21
 Septembris.
- 5291 **DANTES ALIGERIVS** Florentinus, Poeta qui mul- 1321
 ta scripsit, Rauenna in exilio moritur, et ar. 56.
- 5292 **NICOLAUS LYRANVS** natus Iudæus, & po- 1322
 stea factus Monachus Franciscanus, Biblia sacra
 scholis illustrare cepit. Lyran.
- 5293 *Atroci pralio commisso FRIDERICVS Pulcher à LV-* 1323
DOVICO Imp. victus & captus est die Michaelis, anno
50. post, quàm auis amborum RV DOLPHVS Hab-
spurgius electus est in Regem Romanorum eodem die. Al-
ber. Argentin.
- 5294 **GVILELMVS OCCAM**, natione Anglus, Ordinis 1324
 Minorum, & Ioann Scoti discipulus, Scriptor acu-
 tissimus, excommunicatur, quod quædam aduer-
 sus Papam scripsisset Hic ad Ludouicum Impera-
 torem, æquè tum excommunicatum fugiens di-
 xisse fertur: *O Imperator, tu me gladio defende à Papa in-*
uiris & ego te verbis ac scriptis defendã. Acerrimè im-
 pugnavit dicta ac scripta Magistri sui Scoti. Tritth
Hoc anno à MARSILIO Patavino, scriptus est liber ad
Ludouic. Imp hoc titulo: Defensor pacis. vbi hoc defen-
dit, quod Papa sit sub Imperatore.
- 5296 **FRIDERICVS** Marchio Misnia moritur. Hic est Frideri- 1326
 cus ille, cuius fuit à matre ad mors agenda, quam historiam
 eleganter recitat Melanthon Tomo 3. Declam. hunc in
 modum. Margarita filia Friderici II. Imperatoris,
 & Alberti Thuringiæ Lantgrauj coniunx, clam
 edocta de insidiis à marito vitæ suæ structis, fugæ
 consilium capit, & nocte cum iam discessura esset,
 assidet ad lectulos filiorum Friderici & Dietmanni,
 calami-

Purchase full membership to immediately unlock this page

DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'
Full Membership gives
access to 797,885 ancient
and modern, fiction and
non-fiction books.

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



- LYRANVS cap 9. Daniel. scribit, se hoc anno correxisse postremo Postillas Bibliorum.
- 5300 **IUBILÆVS MVNDI** 106. *Mosis 56 predicationu Christi 26.* 1330
- FRIDERICVS** pulcher Imp obiit 13. Ianua. cum imperasset an. 15 mens. 2. d. 27. Onuph.
- Hoc tempore floruerunt: **LVDOLVPHVS** natione Saxo Carthusianus Argentinenſis, & **SIMON** de **CASSIA**, quorum vterque vitam Christi descripsit.
- 5306 **CYNVS** Iurifconsultus, ex nobili Sygisbaldorum apud Pistorienses familia oriundus, eximius iuris interpres, Bartolique Præceptor dignissimus, vir diligens & ingeniosus, qui scripsit super prima parte Digesti veteris, & Commentarios edidit in Codicem, Bononia obijt. Fend. Schrad. 1336
- Custodia Sepulchri CHRISTI** Hierosolymis à Sultano Ægyptio committitur octo Franciscanis. Munsterus.
- 5308 **FRANCISCVS** Petrarcha Rome in Capitolio corona poetica donatur ob eloquentiam Plati Vide Naucl. 1338
- 5309 **Academia PISANA** instituitur Pontifice approbante. Volater. 1339
- 5310 **TVRRIS** templi **VIENNENSIS** ad S. Stephanum extruitur: absoluta est anno 1400 completa 60. annorum spatio. **ARGENTINENSIS** hanc superat 18. pedum altitudine circiter. Cuspin. 1340
- 5311 **NICEPHORVS** Gregoras historiam suam claudit, qui & hoc tempore vixit. 1341
- 5314 **BALDVVS** de Vbaldis Perusinus I C. Iuris doctrinam Bononia profiteri, & ob insignem eruditionem tam in Iure Civilis, quam Pontificio, clarescere cœpit. Eius extant Commentary amplissimi ad ius civile Mant. Patav. Forst. 1344
- Archiepiscopatus PRAGENSIS** institutus est. Mochou.
- 5316 **CLEMENS VI.** die Cœnz Domini **LVDOVICVM** Imp. 1346

Imp. execratur, eumque hæreticum ac schismaticum pronunciat, ac Electores hortatur, vt alium Imp. creent. Principes itaque 2. Iulij in villa Rens Dicecesis Treuirensis elegerunt CAROLVM Ioannis Boëmiz Regis filium, cuius electionem tamen non omnes approbarunt.

CAROLI IIII IMPERIVM. Estque hic annus à morte Caroli Magni 532.

Prælio ad Cressiacum 26. Augusti commisso, Galli ab Anglis victi sunt, & IOANNES Boëmiz Rex Caroli IIII pater sagitta vulneratus occubuit, qui, vt refert Cranzius, ex ipso esset cæcus, tamen pugnavit in hostes. Cumque audiret fortunam suam inclinare, ductorem suum interpellavit, vt se eo dirigeret, vbi confertissimi hostes pugnarent, ibique fortiter prælians cecidit. In hoc conflictu perijt flos nobilitatis Gallica. Iussu Regis Anglia, teste Frofardo, censa sunt capita Gallorum, qui succubuerant in prælio inuenti 11. Principes. 80. Barones 1200 equites, & plus minus triginta millia. Vrbs CALETVM præsidij destituta, post aliquot mensium obsidionem sequenti anno occupata est ab Anglis, in quorum potestate fuit an. 212. vsq; ad annum Christi 1558.

Academia HEYDELBERGENSIS fundata à R. V. PERTO eius nominis secundo Comite Palatino Rheni & Duce Bauariæ Vide an. 1387.

5317 LVDOVICVS Bauarus Imp. ex venatione rediens apoplexia corripitur, & ex equo delapsus paulo post moritur, 11 Octobris, an imperij 32. mens 11. d. 24. sepultus Monaci in Bauaria Onuph. & alii. 1347

5318 IOANNES ANDRÆ Bononiensis, IC. præstantissimus, qui glossas scripsit in lib. 6. Decret. & Clementinas, dictus tuba iuris Canonici, obijt ex peste 7. Iulij. Richard. Bononia hoc eius extat Epitaphium 1348

Hic iacet Andree notissimus orbe Ioannes,
Primo qui Sextum, Clementis atque nouellas,
Hieronymi laudes, Speculi quoque iura peregit:
Rabi Doctorum, lux, censor, norma;q; morum.

- 5319 CAROLVS IIII. IOANNI & ALBERTO Henetorum Principibus noua dignitate ornatus, tribuit locum inter Duces Imperij. Hinc itaque Principes MEGALOBURGENSES Duces appellati sunt, cum antea Vandalorum Domini dicerentur. 1349
- MARCHIA BRANDEBURGENSIS tradita est Ludouico Romano à fratre Ludouico Iust. 1349
- Est annus à Roma condita 2100.
- 5320 Hoc anno CLEMENS VI. Iubilæum, quem Bonifacius VIII anno ceteresimo celebrari iusserat, transtulit in annum quinquagesimum, quod diceret ætatem hominum Iubilæum centum annorum raro attingere. Itaque, hic fuit Iubilæus secundus, ex ordinatione Pontificia Romæ celebratus, ad quem multi undique pro remissione peccatorum omnium impetranda concurrerunt, & pro remissione peccatorum mortem corporis reportarunt. Tritem Platin. 1350
- Hoc anno finitur Decimus Cyclus Magnus ab orbe condito. Nam decies 532 sunt 1532. Et quod mireris, in hunc ipsum annum cadit Olympias 532 Climacterica.
- 5321 ALBERICVS Bergomensis Iurisperitus floruit. Fichar De hoc anno obseruent Chronologia studiosi, quod Tarapham Chron. Hispania annotat. His quoque temporibus, inquit, apud Perpiniannum oppidum, in Curia generali, 25. Decemb. 1351. fuit determinatum in Cathalonia, ne Calendæ à Notariis in chartis scriberentur, nec ab incarnatione annus Domini, sed à natiuitate inchoaretur. Hic vide Lector differentiam diuersarum supputationum in annis Christi, de qua alibi. 1351
- 5323 ANDREAS de Isernia IC ætatis 73. occiditur noctu à Barone quodam Neapoli ad portam Petruciam. Ispatulæ. 1353
- 5325 CAROLVS IIII Romæ coronatus, die Paschalis, 5. April. Tritem. Paralip. Vrsp. Vetus Chronicon manuscriptum addit, hunc fuisse annum ætat. Caroli IIII. 49. 1355

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



- Imperatoris Ludouici, obiit, sepultus Berolini apud Franciscanos.*
- 5336 **SERVII** dum Hadrianopolim recuperare conantur, ab **AMVRATE** Turcarum Rege magno praeo victi & caesi sunt Leonclau. 1366
- 5337 **SIGISMUNDVS** Imp. Caroli III. filius, Dux Austriae, nascitur 28 Iunii. Aliud seq 1367
- 5340 Desinit Chronicon Monasterii **HIRSGAVIENSIS**, autore Tritthemio. 1370
- Hoc tempore **IOANNES VVICLEP**, Anglus, multa scribere coepit, contra receptas seculi sui opiniones & dogmata. Ideoq; inter haesiarchas numeratus est. Huius discipulus fuit **IOANNES HVSS**, qui **VVICLEP** libros & dogmata in Boemiam intulit.
- 5342 **S. BRIGITTA** mulier Suecica, quae Prophetico spiritu multa praedixisse fertur, obiit 23. Iulii, aetat. 70. *Aen. Syl. alii aliter.* 1372
- MAXIMVS** Planudes Monachus Graecus floruit.
- 5343 **CAROLVS III** Marchiam ingressus venit Tangermundam, ubi habitauit aliquandiu estque Tangermunda boedie sacellum, à Carolo ad similitudinem sacelli Pragensis conditum, & ab eo denominatum. 1373
- 5344 **FRANCISCVS PETRARCHA**, Poeta clariss. qui primus omnium Latinam linguam à barbarica prauitate mendis incuipatam restituit, ac vndisque laceram exornauit, moritur 19. Iulij, aetat 70. completo. *Fond. Schrad.* 1374
- 5345 **IOANNES BOCACIVS** Florentinus Poeta, Philosophus & Astronomus celebris, moritur aet. 62. aet. 42. *Volater. Palm. Trittb.* 1375
- 5346 Mense Septembri **GREGORIVS XI.** ex Auenione soluens ad urbem Romam applicuit 17. Ianuarii, anno 1377 id est, anno 71 post, quam sedes Romana ex Italia in Gallias translata fuerat per Clementem V. Hic est celebris ille reditus Curiae Romanae ex Auenione in urbem Romam. *Onuph.* 1376

- VVENCESLAVS** Francof. ab Electoribus, procurante patre Carolo III. appellatur & coronatur Rex Roman. 12. Jun. et. 15. Cusp. Syl.
- 5348 **CAROLVS III.** Imp. moritur Pragæ 29 Nouemb. Imperian. 32. Naocl. Cusp. Auentin. Mechou. Vetus manuscriptum Chron. ita habet: Anno 1378. *in Vigilia S. Andrea hora quasi secunda noctu obijt Carol. Imp in Castro Pragensi, & idem post solennes exequias Praga habitas die 16. à morte ipsius, sepultus in Ecclesia Pragensi requiescit.* Est annus à morte Alexandri Magni 1700 ab Imperio Theodosij 1008. 1378
- 5349 **VVENCESLAI** Caroli III filij IMPERIVM. 1379
 Palmer. Fuit Imp. ignauus & voluptatibus deditus, de quo ita Æneas Sylvius: *VVenceslaus defidia corruptus, inquit, presentis rerum, statu contentus, neque preterita corrigere, neque futura precauere curauit: patri longe absimilis, voluptatum sequax, labores fugiens, vini quam regni curiosior.*
 De eodem Franciscus Petrarcha ridicule in hunc modum: *VVenceslaus Caroli filius viuentis patre electus est Imp. & adhuc regnat: Hic iuuenis robustus, venator, quid acturus sit ignoro tamen innatur se venturum ad Italiam sed non venias, precamur te, si non vinctu laude patrem tuum, quanquam aliud de te speramus Nam presentia primi Cesaris Iulij vix sufficeret ad cõpescenda mala, quibus misera lacebitur Italia temporibus tuis, Sic imperium orbis cælum versat, ut illud quondam potens ac venerandum gentibus & Regibus Romanum Imperium, præfiguratum in tibus ferreus, cui nihil olim defuit, nisi modicum Orientis, nunc proh dolor, nihil possideat, nisi modicum Occidentis.*
A morte Sardanapali ad VVenceslai imperium 2200.
IOANNES TAVLERVS Colonienſis, Theologus, obiit Argentinz 15. Iulii. Hedio.

5350 **IVBILÆVS MVNDI**, 107. *Mosis 57* 1380
predicationis Christi 27.

Hoc tempore **BOMBARDÆ** ad hominum perniciem inuētæ sunt & excogitatæ à Bertholdo Nigro chymista, & vt quidā volunt, Monacho Germano. de quo sic Polydorus Virgilius de inuent. lib. 2. c. 11. Fertur homo (Bertholdus) ad exitum humanum natus, seruasse aliquando domi in mortario puluerem sulphureum, cuiusdam medicina facienda causa, illudq; texisse lapide, ac mox cōrigisse, vt dum ignem ex silice propè excuteret, scintilla intro ceciderit, subitoq; flamma eruperit, atq; lapidem in altum tulerit & ille eius rei casu doctus, postea facta ferrea fistula, & puluere confecto, machinam reperisse, ac eius vsum Venetus in illo bello primum ostendisse, quod ad fossam Clodiam est cum Genuensibus gestum, qui fuit annus salutis humane 1380 Ex quo iam vsu venit, vt in ea hoc tempore omnis ferme vniuersitatis, omnis equestri splendor, omnis deniq; bellica virtus indecorè consistat, iaceat, obtorpeat Hæc Bombarda vocatur à bombo, id est, sonitu, qui βόμβη græce dicitur. quidam alij tormentum aneum malunt nuncupare Esus modo plura fiunt genera, qua variè vulgò nominantur, & vnum illud minimum, quo nunc pedites vtuntur, factitio nomine sclopus vocitatur. Sclopus enim est sonus ille, qui ex buccarum inflatione erumpit.

BERLINVM Vrbs Marchia, die S Laurentij incendio absumpta est

5352 **BARTHOLOMÆVS SALICETVS**, Baldi coetaneus IC hoc tempore floruit. Huic Saliceto plurimum debet schola **FERRARIENSIS**, qua constituta est anno 1398. in qua Professioni Iuris primus felix auspiciū dedit. Forsterus. 1382

5356 **LEOPOLDVS Dux Austriae** cum Heluetis confligens occumbit, & cum eo numerosa nobilitas sed hæc victoria Helæti quoque non fuit incruenta. Paral Vrs. CranZ. 1386

5357 **SIGISMVNDVS**, s; q; postea imperauit, coronatus est 1387
 in

Purchase full membership to immediately unlock this page

DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'
Full Membership gives
access to 797,885 ancient
and modern, fiction and
non-fiction books.

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



à quibusdam Insulæ Frislandiæ piscatoribus, tempestate ad huius littora appulsis, olim lustratam, circa hunc annum quidam Antonius Zenus Nobilis Venetus, auspiciis Zichmi dicti Frislandiæ Regis, denuo recognouit. Abr. Ortel. in Theatr. Orb.

5362 **ACADEMIA ERPHORDIENSIS** initium sumpsit. 1392

5363 **ALPHONSVS** Rex Arragoniæ, qui *Astronomiam* restituit, nat est 15. Dec. Modinæ. Garcaus. 1393

SIGISMVNDVS Rex Vngariæ dum Nicopolim obsideret, & **BAIACETES** Turc. Imp eo se cum trecentis militum millibus, obsidione Constantinopolis soluta, contulisset, die 28 Septembris collatus signis ad Nicopolim concurrerunt, acerrimeque dimicarunt. Victoriam Biazetes obtinuit. Gallorum vero duces maxima ex parte capti, & Sigismundus ipse manus hostium, fuga salutis sue consulens, & parua cymba Danubium traiciens, vix euasit. Ex Christianis viginti millia, ex Turcis sexaginta millia occisa sunt. Hac quoque clades Christiani exercitus discordia contigit, modo Gallus, modo Vngarus primas praliandi partes deposcentibus. Leonclau. Bonfinius, Genfrans & alij ad an. 1396. referunt. Hinc ad cladem Varnensem anni 52.

5366 **GEORGIVS TRAPEZVNTIVS** vir doctissimus, cuius scriptæ extant, nascitur 4. Aprilis Cardanus 1396

5368 **TAMERLANES** Scytharum Rex, obscuro loco natus, tantopere creuit, vt mille ducentos equites in aula sua aleret. Hic cum infesta armorum multitudinem in Asiam descendens, prope Stellam montem in Gallicia Bitbyniæque confinia ad ducenta Turcarum millia cecidit Regem Biazetem cepit, cauea inclusit, & aureis catenis ligauit. denique conscensurus equum, eo pro scabello utebatur, & in ludibrium per totam Asiam eum circumducebat Drechs Variant apud scriptores annorum consignationes in hac Tamerlani historia, quam necesse est in duos annos distribuis Drechslerus, Vadianus interpres Laonici, & alij hanc Turcicam cladem referunt ad annum 1397
sed

sed Cranzhemius primam irruptionem Tamerlanus ponit ad 1398. postremum vero conflictum, quo Baiazetes victus & captus est, ad tempus vernum anni 1399 Leonclavius in Pandect. hist. Turcica scribit, praelium inter Baiazetem & Tamerlanem commissum, secundum accuratas Annalium Turcicorum rationes referendum esse ad an 1399 vel 1400. Nos historiam recitare volumus, in qua digerenda suum cuique esto iudicium.

TAMERLANIS historiam Aeneas Sylvius in Asia descriptione cap. 31. in hunc modum recitat: Tamerlanes genere Parthus, gregarius miles, adeo inter suos mentis vi & corporis agilitate excelluit, ut breui multarum gentium dux fieret, & Scythas, Persas, Medosque sibi subigeret: Mesopotamiam inuasit, & Armeniam transiit, Euphrate cum quadringentis millibus equitum, sexcentis millibus peditum, Minorem Asiam obtinuit. Regem Turcarum potentissimum Baiazetem apud Armenios praelio superatum, ducentis millibus hominum interfectis, viuum cepit, caueaque in modum ferrae inlcusum per omnem Asiam circumtulit, egregium & admirandum humanarum rerum spectaculum. In obsidionibus urbium, prima die albo tentorio utebatur: secunda rubeo: tertia nigro. Qui sese dabant in albo sedenti, salutem consequebantur: Rubeus color moriendum patribus-familias indicabat. Niger civitatis excidium & omnia in cinerem conuertenda. Interrogatus aliquando ab homine Genuensi, qui ei familiaris erat, cur tanta crudelitate uteretur. commotus ac veluti furens distorta facie ac spirantibus ignem oculis, respondit, Tu me hominem esse arbitraris? fallens, ira Dei ego sum, & orbis vastitas. caueto ne posthac mihi occurras, nisi velis interrogationis tuae poenas dare. *Hec Sylvius.*

FRANCISCVS PHILELPHVS Orator & Poeta Laureatus, nascitur Tolensini 25. Iul. Eb.

Hoc

5369. Hoc tempore in **ITALIA** literarum & linguarum studia postquam 700. ferè annis tetra barbarie oppressa & foedata fuerant, renasci vel excoli & reuirescere cœperunt. Nam cum Græci immanitatē Turcicam pertimescentes in Italiam secederēt, & Musis novas sedes quærerent, literæ simul vnà cū viris illis doctis solum verterunt, & Alpes transuolarunt, vbi paulatim felix quoddā omnis eruditæ literaturæ seculum exortum, lucis suæ fulgorem in vicina regna longè lateq, sparsit & propagauit. Inter hos exules Græcos primi fuerunt. **EMANUEL CHRYSOLORAS** Byzantinus, qui Græcæ Grammatices Erotemata scripsit: **THEODORVS GAZA** Thessalonicensis, Græcè & Latine doctissimus, quod plurima eius scripta loquuntur. **GEORGIVS TRAPEZVNTIVS** & alii, quorum nomina deinceps recensimus. Hoc modo propemodum illud accidisse videri potest, quod de Iudæis & Græcis Apostolus dicit, illorum ruina his salutem cōtigisse, & illorum diminutione ac penuria hos locupleratos esse. Ita immenso Dei beneficio aruum igniculi in Græcia extincti, in Latium traducti & transportati sunt: qua in re plus est miraculi, quàm in illo, quod Cranzius narrat, anno videlicet 1399. per brumam gelu terras ac maria ita constrinxisse, vt sicco vestigio è Lubeca per mare in urbem Sundensem & inde in Daniã perueniretur, eaq, oportunitate vsos fratres Domus Teutonicæ, Massagetis bellum intulisse & prosperè pugnasse. Mira hæc si vera sunt, videantur: sed longè admirabilius, quod Græci nauigijs vicinas terras ingressi, turpissimam barbariem debellarunt, eiq, internecionem attulerunt: literarum verò studis vitam & decus pulcherrimum restituerunt.
5370. **WENCESLAVS** Imp. ignauus, & vino perpetuo madens, lucemq; dormiendo nocti coniungens, ab Electorib. post multas admonitiones Imperio deici-

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



XXII. & Bonifacio IX. promulgatum & publicatum esse.

Academia CRACOVIENSIS in Polonia (cuius antea fundamenta iacta fuerant circa annum 1364.) hoc demum anno erecta, consummata vel instaurata est à **IAGELLONE VLADISLAO** Rege, consentiente **Bonifacio IX.** Prima lectio in Iure Canonico per Episcopum Cracouensem **Petrum** feliciter incepta est feria secunda post **Iacobi** Apostoli: Institutio eius die **Marię Magdalenzę** præcessit. **Mechou. Fulstem.**

IOANNES HVSS factus est Sacerdos & Concionator Pragę in templo, quod vocatur **Bethlehem.** **Vet. Cod Prag.**

IOANNES FROSSARDVS *Canonici & Presbyter,* qui *historiam Francię, Scotię, Britannię, &c. ab anno 1326. ad 1400 persecutus est, hoc tempore claruit.*

5371 SIGISMVNDVS *Vngarię Rex cum quosdam Vngaros, (qui post cladem ad Nicopolim acceptam ipsum fastidierant) securi percussisset, ab aliquot coniuratis captus in carcerem conicitur 28. April. Sed è vinculo elabitur operatua vidua, qua mater erat eorum, quibus custodia Sigismundi credita erat Absistaque in Moraviam deductus, collecto exercitu, insequenti tempore, Vngariam recuperavit. Ritius, Chron Vngar. Mechou.* **1401**

5372 BAIAZETES I, *Turcarum Rex quartus, omni spe libertatis à Tamerlane impetranda amissa, morore ad desperationem veluti adactus, mortem sibi metipso conscivit, & caput cauea ferrea, qua tenebatur inclusus, tam diu allisit, donec per fracto cerebro fremens ac frendens expiraret, cum regnasset an 14. Leonclau Aly mortem Bazaleti ad 1398. & 1400. referunt. Bazaleti anno sequenti successit SOLTMANVS I filius natu maximus Turcarum Rex quintus in cuius locum quidam Cyricelebim, aly vero Calepinum collocant.* **1402**

Circa hunc ipsum annum mortuus putatur TAMERLANES **Scytharum Rex potentissimus.** (cum, referente

Leon-

Leonclausio, an 40 apud Parthos rerum potitus fuisse) relictus post se duobus filius imperii successoribus, & tot regnorum opumque immensarum heredibus qui à virtute paternaprorsus degenerarunt odusque & bellus mutus inter se adeo concertarunt ut regnu paternu paulatim privati & spoliati, imperio alieno subicerentur: Atque imperium ad Othomanos relaberetur. Petrus Perondinus in vita Tamerlanis.

5374 **GEORGIVS CASTRIOTVS**, cognomento **S C A N D E R B E G V S**, Castrioti Ducis Epiri filius, nascitur. 1404

Conuenerunt Vratislaviae **V L A D I S L A V S** Iagello Polonia, & **V V E N C E S L A V S** Boemia Rex, vbi de federe inter ipsos tractatum, parumque absuit, quin Boemus Polono Silesiam restituisset, nisi Ofsdnum consilis res impedita fuisset. Mechou. Chron Polon

5375 **Æ N E A S S Y L V I V S** Picolomineus Senensis nascitur 19 (alii 17) Octob Onuph. 1405

5378 In Academia Pragensi creuit potentia Boemorum, qui tantum moliebantur Germanorum eiectionem, ad omnia conueniente **V V e n c e s l a o** Rege. 1408

5379 Ex Pragensi Academia Germani aliarumque nationum Doctores & Scholastici in urbem **L I P S I A M** confluxerunt, eaque occasione Academia Lipsica quasi Colonia quædam Academiæ Pragensis extitit. **L I P S E N S I S** Academia introducta est 12. Nouem. Fabric. 1409

Vetus codex addit, Ioannem Hufi hoc anno fuisse Rectorem Pragensis Academiæ.

5380 **R V P E R T V S** Imp. moritur 18. Maij in Oppenheim: an. imperii 10. sepultus Heydelbergæ in æde S. Spiritus. 1410

Hoc anno claruit **T H O M A S** à Kempis, natione Teutonicus, Ordinis Canonorum Regulariû S. Augustini, vir in scripturis diuinis studiosus & eruditus, autor aurei libelli de imitatione Christi. Ioh Titth.

S O L T M A N V S I. Turcarum Rex quæritus à subditis suis

*in pago quodam interemtus, an. regni 7. Huic frater
MUSA ZELEBIS (qui ab aliis Moses appellatur)
Turcarum Rex sextus successit, postquam Isam Zelebim
fratrem suum occidisset Leonclau.*

*Die diuisionis Apostolorum, 15. Iulij, Poloni Cruciferos in
Prussia ingenti strage vicerunt Mechou.*

PETRVS Dresdensis primus-Pragæ sub vtraq; spe-
cie corpus & sanguinem Dominicum ministran-
dum esse profitebatur, Ecclesiam inscitæ insimu-
lans, quæ sub vna tantum specie sumendum esse e-
dixerat. *Æn. Syl cap. 35. Bonfin. De eodem ita Fabri-
cius: Iacobus quidam Misnensis, Pragæ in pau-
perum Collegio Professor, & ad D. Michaelem
Concionator fuit. Huic Scholæ vicinæ modera-
tor Petrus Dresdensis persuasit, vt primus plebi
Boëmicæ speciem vtramq; in D Martini templo
porrigeret. Fuerunt tum temporis Ioannis Hussi
socii hi duo, Iacobus & Petrus, quibus annuerã-
tur Hieronymus Pragensis, Iohannes Iesnicius,
Stephanus Paletius, & alij. Petrus Dresdensis in
Misniam rediit, & ludimoderator fuit primùm in
patria Misnæ, deinde Chemnici & Zuiccauiz Hy-
mnos Ecclesiasticos, ante introitum templi quibus-
dam dieb. festis decantandos, item de natali Chri-
sti cãtica, in quib. Latinis Germanica mixta sunt,
composuisse dicitur, quæ hodie etiam in vfu sunt.*

5381 **SIGISMUNDI** (Caroli IIII filii, præstantioris
in toga, quam in armis) IMPERIVM.

1411

*SIGISMUNDI Regis Vngariæ exercitus à Tartis præ-
lio superatus, profligatur ad Columbaccium Seruis oppi-
dum, iuxta Sanderouam ad ripas Danuby. Cuspinianus,
Drechslerus.*

PETRVS de Aliaco Gallus, Doctor Parisiensis, vul-
gò dictus Cameracensis, quòd Episcopus Came-
racensis esset Item **FRANCISCVS** Zabare'la Pa-
tauinus Legum professor eximius, facti sunt Car-
dinales 6. Iunij. Onuphrius Panuin.

Purchase full membership to immediately unlock this page

DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'
Full Membership gives
access to 797,885 ancient
and modern, fiction and
non-fiction books.

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



dictus, damnatur, & crematur die Sabbati post festum Ascensionis Domini, id est, 30. Maij Vide de hoc Epistolam Poggij ad Leonarrum Aretium. De utriusque supplicio Æneas Sylvius in hunc modum. *Ioannes, inquit, combustus est prior Hieronymus postea in vinculis habitus, cum resipiscere nollet, pari supplicio adfectus. Pertulerunt ambo constanti animo necem, & quasi ad epulas inuitati ad incendium properarunt nullam emittentes vocem, quam miseri animi posset facere iudicium. Vbi ardere cœperunt, hymnum cecinere, cuius initium Aue viuens hostia, veritas & vita, &c quem vix flamma & fragor ignis intercipere potuit. Nemo Philosophorum tam forti animo mortem pertulisse traditur, quàm isti incendiũ. Cineres exustorum, ne raperentur à Boemis, in lacum proiecti Discipuli eorum ex eo solo terram abstulere, in quo ignis fuit, eamq̃, veluti sacram secum astulere in patriam Vterque apud Boemos Martyrum honorem meruit, memoriaq̃, illorum tunc consecrata quotannis celebratur.*

5387 **SIGISMUNDVS** Imp. donauit Electoratum Brandenburgensem **FRIDERICO** Burggraui Norib. 18. Aprilis in octaua Paschatis. Ab hoc supersunt **MARCHIONES BRANDEBURGENSES** in Marchia & Franca Orientali.

1417

MARTINVS V. PP. eligitur in Concilio Constantiensi, die Martini. Edit an 13. m 3. d. 12. Onuph. **FRANCISCVS ZABIRELLA** Patavinus Iureconsultus Cardinalis & Episcopus Florentinus, qui in Decretal. & Clementin. repetitiones varias scripsit, obiit Constantia, die 6 Nouembris. Schraderus.

5389 **WENCESLAVS** Ignauus, Rex Boëmiæ, apoplexia moritur Pragæ 16. Augusti, æt. 57.

1419

Ex hoc tempore cœpit bellum **HUSSITICVM** Nam extincto **Venceslao** Rege, **HUSSITÆ** sibi delegerunt Ducem **IOHANNEM ZISCAM**, de cuius in bellis felicitate omnibus formidabili, multa literis prodidit, præter ceteros, **Æneas Sylvius** Fuit genere nobili ortus, in
aula

aula regia educatus, bello exercitatus, vno carens oculo, quem strenuè pugnans amiserat Adortus est parua manu ingentes copias Boemorum, Imperatoris, reliquorumq; Principū & multa loca vicina in Silesia, Lusatia & Misnia vastauit, aut assiduis incursionibus infestauit Monasteria etiam in Boemia euertit, & templa deiecit, &c.

Habeo autores, qui hoc anno existiment **ORDINEM AVREI VELLERIS** institutum esse à **PHILIPPO** Duce Burgundiæ 10 Ianuarij cuius rei fides penes illos esto. Alij ad an. 1429 referunt **Academia ROSTOCHIENSIS** sumpsit exordium 12 (alijs 10.) Nouembris. Cranz.

5390 **FRIDERICVS** Marchio Misniæ accepit à Sigismundo Imp apud Budam Electoris Saxonici dignitatem Cal Augusti. sed inuestus post triennium **SIGISMUNDVS** Imp. Vratislauriam venit die 6. Ian. de quo *Æneas Sylvius* Sigismundus ad festum natiuitatis Dominice Brunnam Morauie oppidum petiit Ibi que Pragensibus veniam petentibus ea lege pepercit, vt catenas & repagula tota ex vrbe deponerent, suosq; Magistratus acciperent Paruit attonita ciuitas, cum primores regni, eleuatis in cœlum manibus aduentum noui regis gratulabundi exposcerent eiusq; Rectores sine controuersia relique vrbes admitterent. Nec dubium videbatur, quin ex tota Boemia labes Hussitarum excessisset, si ex *Brunna* Sigismundus recta via se Pragam contulisset. Sed diuertit ille, vt fortasse fati sui erat, Vratislauriamq; Silesie caput accessit. Quo in loco populus urbanus non diu antea Senatam, à *Venceslao* fratre suo constitutum, per seditionem obruncauerat. cuius sceleris autores securi percussit Quod vbi Praga renunciatum est, diffusi de venia ciues, exemplum Vratislauriensium veriti, manifestò desciuerunt, & allecto premis *Cenchone*, qui arci Pragensi præerat, in totum regnum literas dedere, ne quispiam Sigismundo aditum præberet, qui Dalmatia lingua hostis esset. nec alia cura teneretur, quam regni perdendi, qui antequam Prutenorum ciuitatem Or-

dini iure pignoris obligasset, Brandenburgenses a à corona Boemica alienasset, Ioannē ac Hieronymū in Cōstantiensi Concilio cremari non solum permisisset, verū etiam procurasset, dogmata quae ipsi sequerentur, totis conatib impugnaret Zisca dum haec aguntur, relicta ex fœdere Pelzina, bu à fidelib. inuasus, bu versutus vsus, ex penè victo victor euasit. Erant aspera loca, in quibus pugnare oportuit, hostes in equis, milites sui omnes pedites: nec certamē cōmitti nisi pedestre poterat. Vt ergo de filiēre ab equis aduersarij, mulieres quae de morē suum exercitū sequebātur, prouocere pepla in terrā iussit quibus implicati per calcaria equies, prius extincti sunt, quā pedes expedire valerent. Cumq, ciuitatē quam incolerent muro cinctam nō haberet, locum natura munitum ad eundem amnē elegit, vix octo stadiis ab Auscha separatū Hunc mœnib cinxit, & vt quisq, tentoria fixerat, ita edificare sibi domos imperauit, ciuitati Thabor indidit nomen. Hic refugium omnium hereticorum, arcemq, Zisca primus erexit qui eum secuti sunt pro suo quisque ingenio munimenta vr-
bu auxerunt Syluius

GEORGIVS PODIEBRAD, Rex Boemia nascitur 16. Ap.
Obierunt:

I. BALDVS de VBALDIS Iureconsultus Ticini decre-
pita prorsus etate die 4. Aprilis sub auroram, postquam in
Iuris professione versatus fuisset an. 56. Schrad. in mo-
num. Italia Tritthem habet an 1423.

II. IOHANNES FRANCISCVS Poggius Florentinus,
Orator & Historicus, C. S. E. senex moritur Florentia.

3392 SIGISMVNDVS IMP turpi fuga recessit, ZISCA 1421
in eum copias ducente. Zisca in obsidione oppidi RABI
alterum quoq, oculum, quo vno cœli lumen videbat, sa-
gitta ictus amisit Inde Pragam ad Medicos vectus, quam-
uis ex vulnere curatus vitam retinuit, lucem tamen
haudquaquam recuperauit. Nec propterea castrensem
laborem, aut rei militaris curam dimisit. Cæco populo,
cæcus placuit ductor. Res apud posteros plus admirationis
habitura quā fides. Haec ad verbum Syluius.

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



- magni nominis inter Doctores Scholasticos. Danæus scribit eum interfuisse Concilio Basiliensi
- NICOLAUS SICVLVS** *de Tudeschis Archiepiscopus Panormitanus, professus est ius Canonicum in Schola Senensi. Fichard.*
- CHRISTOPHORVS Comes CASTALIONENSIS CL.** *Iureconsultorum ætate sua princeps & legum Monarcha appellatus, postquam Taurini, Parma, Senus ac Papiæ ius docuisset, obiit die 16. Maij, in festo Ascensionis Christi, Papiæ. Schraderus.*
- 5396 **Academia LOVANIENSIS** initium sumpsit 1. Septemb (alij seq) 1426
- MÛSNENSES** *prælio fusi sunt ab Hussitis ad oppidum Außig. 15. Iunij Fabric.*
- Initium irruptionum HUSSITICARVM in SILESIAM,** *cui agmini mixti fuerunt latrunculi non solum Boëmici, sed etiam Polonicæ Vngar Mora.*
- 5397 **Hoc anno (alij ad seq.) Electores imperij cum magno exercitu,** *qui ad euertendam Boemiam satis virium habere credebatur, Boemiam ingressi sunt: sed ad rumorem aduentantium Boemorum omnis ille Alemannorum & Anglicorum numerosus exercitus, hoste nondum conspecto, terrore correptus, fugam pro prælio inuit, castra omni opulentia referta hosti prædanda relinquens, Mecho. & Syluius cap. 48.* 1427
- 5398 **FRIDERICVS** *Marchio Misniæ, primus Elector Saxonicus, obiit 4 Ian Sepultus Aldenburgi. Fabric.* 1428
- 5399 **PAVLVS** *Episcopus Burgensis finit additiones in Lyranum. Prolego Lyran.* 1429
- IOANNES GERSON,** *Cancellarius Parisiensis, qui scriptis Theologicis nomē immortale sibi parauit, moritur Lugduni, æt 66. 12. Jul Tritthemius scribit, eū dissolutō Concilio Constātiensi, cui interfuit, domo, patria, cognatis, amicis, dignitatibus, rebusq; pro veritate tuenda priuatum esse, multisq; insidus petitem, vnde necessitate compulsus sit Lugdunum confugere, ibique mortuum esse.*

5400 **IVBILÆVS MVNDI 108. *Mosis 58. predicationis Christi 28.***

1430

Hoc seculo floruerunt: **FRANCISCVS** Philelphus gener Chrysoloræ. **NICOLAVS** Cusanus: **ÆNEAS** Syluius: **LAVRENTIVS** Valla, Latinæ linguæ vindex: **BLONDVS** historicus. **LEONHARTVS** Arctinus: **TRAPEZVNTIVS**: **MAPHÆVS** Vegius: **GREGORIVS** Tyfernas: **THEODORVS** Gaza, &c.

MAHV METES II. Imp Turcicus, qui Constantinopolim cepit, nascitur 24. Marty Est annus 800. à morte Mahumetu primi Pseudopropheta Turcici.

5401 **MARTINVS** PP. V. obiit 10. Cal. Mar successit **EVGENIVS III.** 5. Non. Martij, sedit an. 15. m. 11. d. 21. Onuph.

1431

Concilium BASILIENSE incoatum 7. Dec Eugenij III. Pontificatus anno primo Lib. Concil. Primis duobus annis nihil actum: præterquam quòd Eugenius citatus & accusatus non comparuit. Actum postea de reformatione omnium statuum in Ecclesia, & de Hussitis. Extractum est hoc Concilium in annum vsq, vndecimum: finitum 1442.

PLAV Vrbs Voislania à Boemis Thaboritu exuritur 25. Ianuar. alij ad preced.

IVLIANO Cardinali precedente, Electores Imperij cum magna multitudine Boemiam inuaserunt, Boemis tenui exercitu contra eos procedentibus Ibi ingens pauor, cuius causa non suberat, Alemannorum animos adeò concussit, vt ex denunciatione aduenientium hostium in fugam versi sint. Mecbou.

Fusius hanc historiam perlequitur Æneas Syluius, cuius hæc sunt verba; *Sigismundus* Noribergam profectus noua Principū auxilia comparat. *Martinus* quoq, Pontifex Iulianum Cardinalem in Teutoniã mittit vt Boemis bellum inferat, & in Basiliensi Cōcilio, quod propediem futurum erat, nomine Apostolico præsideat. Is

Germaniam ingressus, mox Noribergam ad Sigismundum se confert, quo in loco frequentes Germanorum reguli conuenerant. Decreta est noua in Boemos expeditio ad 8 Cal Jul. Fuere in ea expeditione ALBERTVS & CHRISTOPHORVS Bavarie, & FREDERICVS Saxonia Duces. IOANNES & ALBERTVS Brandeburgenses principes cum Frederico patre, quem penes belli summa erat. Herbipolensis, Bambergensis, Eistetensis Episcopi, Societas Sueuorum, & imperialium ciuitatum, Moguntinus, Treuerensis & Coloniensis Antistites, auxilia miserunt, & cum his prouinciarum suarum primores, supra quadraginta millia equitum fuisse traduntur. Peditum minor erat numerus Cardinalis Boemiam ingressus, numerosum illum exercitum ductans multas hereticorum villas incendit, oppidaq; diripuit. Interea siue proditio in fidelium exercitu fuit, quod multi putauere, siue inanis sua sponte mentes hominum pauor inuasit, totu castru trepidatu est, & priusquam hostu vllus in conspectu daretur, factissima fuga cepta. Hostu paulo post ex metu alieno factus audax adfuit, impedimentisq; omnibus, quibus per sylua non erat facilis exitus, & ingenti prada potitus est. Iulianus Cardinalis ex Boemia exadus Basileam se contulit, ibique Concilium celebrauit Sigismundus Romanam coronam suscipienda causa petijt.

THESSALONICAM urbem Amurates Turcarum Rex multoties oppugnatam, Venetis, casis defensoribus, eripuit Leoncla. Drechl hunc euentum refert ad an. 1438 Bonfinius vero ad an 1439.

SIGISMUNDVS Imp. Romae coronatur ab Eugenio PP. 18 Maij Anto. Syl.

SYNODVS BASILIENSIS scribit Boemis, vt legatos mittant, qui fidei suae rationem ostendant, securitatem itineris & dicendi quae vellent libertatem promittens. Legatio igitur trecentorum equitum Basileam missa, cuius principes fuere Guilielmus Costa, Procopius, Ioannes Rochezana &c.

Hi

Purchase full membership to immediately unlock this page

DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'
Full Membership gives
access to 797,885 ancient
and modern, fiction and
non-fiction books.

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



Hic ALBERTVS vno eodemq, anno Christi 1438 ter coronatus est. I Cal Ianua. est ei imposita corona regni Vngariæ. II Pragæ 6 Maij renunciatus est Rex Boëmiæ III. Francofurti 20 Martij ab Electoribus designatus est Imp Roman. sed non imperavit toto biennio : ita repente occidit, qui breui ad summum potentia creuerat.

PAVLVS de CASTRO I.C. disertissimus, qui Commentaria in lib. Pandect & Codicis scripsit, & in Iure Confiliarum volumina plura reliquit, postquam Patavij, Florentia & Bononia docendi laborem annos 57. sustinisset, Patavij obiit. Forsterus.

Concilium FERRARIENSE & postea FLORENTINVM celebratur, ad quod profectus est EVGENIVS PP. cum Imperatorem Constantinopolitanum eò aduentare intellexisset. Eugenius autem dissidentes Ecclesias, Latinam & Græcam, in vnum corpus redigere cupiens, celebrata de Spiritu S Missa, Concilium vnà cū Imperatore Græcorū IOANNE VIII. Palæologo & Patriarcha Byzantino Iosepho ingressus, sedente Imperatore Græcorum condigna sede, alijsq; Græcis è regione Pontificis, primò quæsitum est, vellent ne tam Latini quàm Græci ex duabus Ecclesijs iam pridem dissidentibus vnâ fieri? Succlamarunt omnes placere & velle, modò rationibus illa priùs confutarentur, quæ tantæ discordiæ causa fuissent Disputabatur quotidie ab his, qui ad tantam rem delecti fuerant. Verùm cum pestis Ferrariam inuassisset, ibique non sine periculo viueretur, Florentiam Concilium transtulit. Plat.

Ex hoc tempore tres egregij magniq, nominis bellatores inclaruerūt. I ALBERTVS Marchio BRANDEBURGENSIS, postea dictus Achilles Germanicus, quem hoc anno Albertus Imp Vratislauenfis belli ducem dedit, teste Aenea Syluio cap 55. II. GEORGIVS PODIEBRAD, postea Rex Boemorum, qui hoc anno in prælio
apud

apud Thaboritas hostem feriendo & repellendo, futura virtutis sue documenta dedit. III. IOHANNES HVNIAD, Matshie Regis Vngarie pater, qui Turcas multis cladibus adflixit: fuitque Valachus natione, humilibus natalibus ortus. sed, ut Syluius ait, ingenio dextro, animo sublimi, & virtutis amator, quique primus omnium apud Vngaros Turcarum acies & frangi & vinci posse monstravit, & hostium spolijs Vngarica templa ditavit De quarto, nempe Scanderbego, paulò post.

5409

ALBERTVS Imp. cum in æstu post immodicum peponum vsum in dysenteriam incidisset, moritur 27. Octo an. imp. 2. in Alba Regali ad latus socreri sui Sigismūdi sumptuosissimè sepultus. Cusp. Fuit Princeps liberalitate ac fortitudine clarus, & qui cæteris rebus studium religionis longè anteposuit. Syl. Reliquit vxorem Elisabethã, ex qua sequenti anno peperit filium Posthumum, Ladislaum. Qua de re lege Epistolam 81. Æn. Syluij.

1439

EUGENIUS cum à Concilio Basiliensi bis terte citatus non comparuisset, Pontificatu priuatur 25 Iunij, inque locum eius Pontifex creatur **AMADEVS** Sabaudiz Dux, qui Eremitarum vitam cum alijs nobilibus ad Ripariam ducebat, appellatusq; est **FELIX III.** Hinc magnæ seditiones ortæ, cum Ecclesia trifariam diuisa, aut Felicem aut Eugenium sequeretur, essentq; qui Neutrales vocarentur, quòd neutri obtemperarent. Græci post multas disputationes in Concilio Florentino cum Latinis concordiam ineunt de processione Spiritus Sancti, de pane azymo in Cœna Domini, de Purgatorio, & de Rom. Pontificis potestate, 22. Nouemb. Sed legatis domum reuersis, Græci facti sunt à Romano Pontifice longè quàm antea alieniores, & priores sententias suas mordicus retinuerunt. Chalcond.

AMVRATES Rex Turcarum regiam Seruæ siue Rasciæ arcem **SYNDEROVIAM** expugnauit, & Georgy

De-

Despot a soceri sui filium Gregorium oculis & pudenda priuauit Cuspin. Chron Vng.

IOSEPHVS Patriarcha Byzantinus Florentiæ monitur, & **BESSARION** Græcus, Nicenus, ibidem ab Eugenio creatur Cardinalis.

LVDOVICVS PONTANVS de Roma IC. summus, qui scripsit *Commentaria ad ius ciuile, Concilia singularia & repetitiones, obiit Basilea in Concilio etas. 30. ex peste Forster.*

5410 **FRIDERICI III. Ducis Austriæ IMPERIVM.**

1440

Electus est Francoforti 30. Martij, æt. 26 Fuit Fabio Max. q̄ Scipioni propior, multa ponens in cunctatione: non in celeritate rei cōficiendæ; alioqui Augustum Cæs. proximè attigit imperij diuturnitate, & alioqui habuit nō pauca cum Augusto cōmunia Estq; hic annus à natali Augusti Cæs. 1500.

LADISLAVS Rex Boemia & Vngariae, filius Alberti Imp in arce Comara, nascitur tempore ineuntis quadragesime 21. Februa. (aliq 22.) & die Pentecostes infantulus, cum nondum quartum mensem impleuisset, coronatur in Regem Vngariae postea à matre in Austriam cum Corona Vngarica ad Fridericum III Imp. ut ad consanguineum, mittitur nutriendus & conseruandus Interim **VLADISLAVS** Polonus Jagellonis filius etiā coronatur Rex Vngariae 17. Iulij in Alba Regali: & quod Æneas Syluius annotat: Dionysius Episcopus Strigoniensis, utrique Regi diadema imposuit Ladislao volens Vladislao coactus. Mechou Chron Vng.

ARS TYPOGRAPHICA, nouū per typos scribēdi genus, inuenta & excogitata est à **IOANNE GV-TENBERGIO**, de quo sic Wimpfelmus ca 65. Anno 1440 magnam quoddam ac pene diuinum beneficium collatum est vniuerso terrarum orbi à **IOHANNE GV-TENBERG** Argentini nouo scribēdi genere reperto. Is n̄ primus artem impressoriam vel excusoriam in vrbe Argentini inuenit. Inde Mogūtiā veniens eandem feliciter compleuit. Interea **IOANNES MENDEL** id
opi-

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



amicos est habitus: ei quatuor filij fuerunt, Ioannes, Fridericus, Albertus & alter Fridericus. Ioanni qui primogenitus esset, Electoratus imperij debebatur. sed iudicium patris Fridericum pretulit, qui secundo genitus erat, & aptior ad obeunda imperij munera videbatur. Priusquam igitur moreretur, hereditatem suam inter filios diuisit, Fridericum Electorem instituit, neque male iudicauit. Nam FRIDERICVS inter Principes Germanie sapientia clarus est habitus, cuius consilio multa sepe prouincia pacata sunt. Iustus quoque ac honesti tenax fuit, qui cum posset Regnum Polonia consequi per electionem Baronum, recusaui, ne vero heredi iniuriam faceret. Hæc ille.

ERNESTVS Dux Saxonie Elector, Friderici II. Electoris filius, nascitur in arce Misnensi 25. Martij Fabric.

Festum VISITATIONIS MARIE in Concilio Basiliensi institutum est, & festum CONCEPTIONIS MARIE confirmatum Concil. Acta.

5412 Ab hoc ferme anno incipit historia SCANDERBEGI, 1442
 Ducis Epiri & Albania. Is adhuc adolescens à patre suo, Duce IOHANNE CASTRIOTO, Turcarum Imperatori Amurati cum tribus suis fratribus obsidum loco traditus fuit, tum dictus Georgius. Turca verò propter magnifica eius facta indiderunt ei nomen Scanderbeg, quod perinde sonat, ac si dicas, Alexander Magnus, aut Alexander Dominus. Cumque aliquot annis in aula Turcica educatus fuisset, sensim eum inceperit cupiditas regni patrie, cuius Metropolis erat Croia, natura munitissima vrbs, & planè talis, vt seclusa fame, omnem vim bellicam facile contemnat. Postquam autem Despota Mysiam recuperat à rursus perdidisset, & consilio Iuliani Cardinalis, què Eugenius miserat, Regem Ladislaũ auxiliatorẽ implorasset id intelligēs Amurates, Bassam Romania & Scanderbegum mox in Vngaros prænisi cū 20 millibus, ipse more suo cū reliquo exercitu secuturus. Eo tempore Huniades 35 millia militũ habebat & apud Mora-

Morauam fluum Bassa & Huniades congressi sunt Scanderbegus tūm videret res Turcarum infeliciter habere, auxilio amicorum, inprimis Amesa ex fratre nepotis, in Vngarorum partes secedit, Secretarium Bassa capit, literas ad praesides & Magistratus Croia ab eo extorquet, in quibus nomine Amurati Scanderbego ciuitas & omnis praefectura traderetur. Confectis literis mox Secretarius & alij decollantur, vt res Amurati celetur diutius. Scanderbegus, qui cum Vngaris & Huniade antea de rebus instituendis consultarat, magno itinere festinans soluit, die septimo Dibram venit, 70. mill. passuum distantem à Croia Amesa astutus iuuenis, Scanderbegi Secretarium se simulans, Croia praefectum accedit, alloquitur, & ei creditur, tamque barbarus conuertit sua, vt patet ab itum. Ita Scanderbegus Croiam patriam suam recuperat, magno Croiensium gaudio. Turcae qui inhabitant, partim pelluntur, partim occiduntur. Hic Scanderbegus sua magnanimitate saepe totius orientis robur & vires fregit, totius orbis oculos in se conuertens: nec contentus in Epiro & Albania praeclare & heroicè agere, verum etiam totum se impendit, vt auertèret quidquid Vngaria incommodaret. In hoc Heroe tantus fuit dimicandi ardor, vt pugnantis sanguis è labris eruperit. Vita eius, & Paralipom. Vrsperg.

ABEDINES Romania vel Europa Beglerbegus, magno exercitu, quem octoginta Turcarum millibus estimatum fuisse scribit Bonfinius, cladem superiori anno casis Mesitis Begi copio Amurati Turc. Imp. illatam, vlturus, à Iohanne Huniade in Transyluania ad locum, quem Vascapum appellant, praelio fusus & superatus est. In quo non tantum ad triginta millia Turcarum (exceptis 5000. captiuis) caesi periere: sed & ipse Abedines similem cum Mesite Bego belli fortunam expertus occubuit. Bonfin. Leonclau

ELIZABETHA Regina Vngariae, Ladislaus Posthumi mater, mor. 24 Sept. Mechou Vng.

VLADISLAUS Vngariae Rex Iuliani Cardinalis suae &

Vngarorum instigatione cum exercitu in Turcas mouit, & cum Bassa confligit, quo victo duo millia hominum (Bonfin. habet 30. millia) caesa sunt, quatuor milia capta, inter quos ductores 13 fuere signa militaria nouem: sicut Iulianus Friderico Casari, qui tunc in Carinthia erat, significauit. Vladislatus Budam urbem cum magna populi laetitia quasi triumphator intrauit sed huius victoriae, praeter auspiciu, nihil ad eum pertinuit Nam solus HVNIADES VVasuuoda Transylvanus, rei militaris peritissimus, cum decem millibus expeditorum milicum hoc bellum confecit. Fracti hac pugna Turcae (nam & in Asia confligere conabantur) inducias petunt, quas traditis quibusdam arcibus obtinuerunt. Syluius Epistola 81. Vng Chron Bonfin & Mechou.

Terramotus concussit Vngariam, Poloniam & Boemiam 5. Iuny Mechou.

MATTHIAS CORVINVS Rex Vngariae, Iohannes Hunyadi filius, nascitur 24 (aly 23.) Februar. Eber Beuther.

ALBERTVS Dux Saxoniae, Maurici & Augusti auus, nascitur 27. Iuly.

LEONHARDVS ARETINVS, qui multa in Aristotele, Plutarcho reliquisq; autoribus Graecis Latinè verit, moritur Florentiae 9 Martij, aetate 74. Volater. Tritth E pitaphium eius habes in Syluij Epistola 51.

TABORITAE oppressi in Boemia à Pontificis & Calixti.

CLADES VARNENSIS.

5414

Hic est annus cladis VARNENSIS omnium celeberrimae & Christianis luctuosissimae, cuius historiae haec ferè est summa. IOANNES HVNIADES secundis aliquot praelis Turcas superauerat, & Amuratem ita terruerat, vt pacem vtrò posceret, & Christianis decem inducias offerret quas cum Vngari non recusarent, praestitum est ab vtraque par-

1444

Purchase full membership to immediately unlock this page

DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'
Full Membership gives
access to 797,885 ancient
and modern, fiction and
non-fiction books.

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



Amuratem perculit, fugisseique protinus prodito exercitu, nisi circumstantes Satrapæ, comprehenso eius equi freno, ignaviam illius increpassent, fugientique necem comminati fuissent. Perstitit ergo vel inuitus, iussisque fortissimis arma sumere, præhum instauravit. Cumque in singulas se è horas novus hostis succederet, & sauciorum Turcarum loca recentes & viribus integri milites occuparent, Ungari non tam virtute, quam numero superati, paulatim referre pedem cœpère. VLADISLAVS dum fortiter pugnat, equo deiectus obrütatur, caput eius hastæ infixum per Græciam atq, Asiam in signum victoriæ populis ostêtatum. Huniades cum ex pugna salutem nullam speraret, unâ cum aliquot milibus Ungarorum & Walachorum ex acie evasit, quòd aliquos seruari, quam omnes perire mallet. IULIANVS Cardinalis ex hostium manibus iam elapsus, Ungarorum perfidiam effugere non potuit: nam potum equo dantem apud stagnum latrunculi quidam agnouère, & spe pecuniæ apud eum inveniendæ deiectum equo necauerunt: ablatisque vestimentis nudum cadaver feris ac volucris dimisère. De numero caëlorum non exactè cõstat. Illud exploratum est, longè plures ex Turcarum acie cecidisse, sed pro numero copiarum longè maius damnum Christianis illatum. Sunt qui affirmant, ex Christianorũ exercitu vix salva parte tertia cecidisse ad quinque millia hominum, cum Turcarum supra 30. millia perissent. Vnde victor Amurates interrogatus, cur post victoriã nulla læticiæ signa ostenderet, Nollem, *inquit*, hoc modo sæpius vincere. Vide Æneam Sylvium in Europæ descriptione c. 5. Et eiusdem Epistolas 52. 81. 87 Cuius hæc sunt verba in Epistola 81. *Diu certatum est equis viribus, dum Christiani suas acies virtute sustentant Turcæ verò suas numero complent. Cumque per plures horas nunc*

illi

illi nunc isti cederent, inclinata ad extremum Christianorum acie, victores euadunt Turca, qui iuramenta non solum domesticis fidei, sed etiam hostibus seruanda demonstrant. In hoc prelio adolescens Vladislaus occisus poenas dedit usurpati regni alieni, qui dum spoliare paterno regno Ladislaum querit, suum amittit. Cœ a e cupiditas hominum, qui non contenti ciuitatibus dominari, prouincias quærun post regnum, neque etiam sic expleti regnis, regna cumulare nituntur, nescientes, quod parua res vitam eripiat homini & omnibus pompis ac dominis nudum in momento reddat. Corpuscula nostra, ubi spiritus euolauit, modico sarcophago contenta sunt. Quod si Vladislaus animaduertisset, quietus in regno suo (nam satis diuitiarum possidebat) nunquam Ungariam attingisset, &c. Idem Epistola 51. Iulianus Cardinal non fuit in bello fortunatus. Nam & aduersus Boemum cum exercitu profectus, fugatus est. Occisi cum eo sunt aliquot Episcopi & Barones Ungarie. Insignis est hic annus multis cladibus. Nam & Suteses apud Basileam cæsi sunt: & Delphinus quàm plures Alemannia ciuitates occupauit. Hæc ille.

De Armeniacis Alsatiam obsidentibus & Sutesibus (ut Heluetios vocant) apud Basileam miserabili strage cæsi & postratis, Vide Syl. Epist 87. & Paral V. sperg

BAPTISTA SPAGNOLVS Mantuanus, Poët & Carmelitarum prior generalis, nasc. 12. April quod monstrat sequens distichon:

Nas Clr Vr In terras Mona Ch Va Baptista, s Vosq V
Vat Clua Vers Vs è genlrl Ce blblt.

Schrader. in monum. Italiz.

5415

Extinctus VLADISLAUS (ætate sua, ut refert Leon clau 25) locum in regno Ungaria fecit LADISLAC Posthumo, quantum ætatis annum agenti, quem Ungari, ut potè antea quoque coronatum, post varias longaque deliberationes & concertationes Regem sibi asseruerunt. Cùm autem regno imminaturus esset, de Guber

histore Vngaria eligendo agitarum est. Ideoque Vngarorum consensu IOANNES HVNIADES, dictus Corvinus, tradita Reipubl summa Vngaria Gubernator aut Prorex pronunciatur. quod anno 1445. festis diebus Pentecostes factum esse prodit Bonfinius. Hoc itaque modo VLADISLAVS Polonus, qui Ladislaum Posthumum regno paterno auitoque spoliauerat, quinquennio nondum exalto, & vita & regno exiit, eiusque morte Vngarici regni Sceptum legitimo heredi Ladislao restituitur, vt merito de eo scripsisse videatur AENEAS SYLVIUS Epistola 51. Vladislaus, inquit, non suo iudicio (neque enim per aetatem aliena regna cupiebat) sed suorum iussu, ex pacifico regno in alienum: non ad pacem, sed ad bellum: non ad opes possidendas, sed ad mortem tractus est.

FRIDERICVS & VVILHELMVS Saxonie Duces, fratres, de regionum suarum diuisione habuerunt conuentus, VVilhelmo datum negotium diuidendi, Frederico eligendi. Cum Fredericus eligeret Thuringiam, frater illi cedere noluit: qua controuersia motuum plurimorum causa fuit. Fa' ric.

Hoc anno Aeneas Syluius scripsit tractatum pulcherrimum de aulicorum miseris, qui insertus est eius Epistolis, loco Epistolæ 166.

Nati sunt;

I. IVLIVS II. Papa 22 Mart Cardanus.

II. IOANNES GEILER Keiserspergius, Theologus & Doctor Ecclesie Argentinenis, cuius eruditionem ac pietatem testantur scripta illius, 16. Mar.

EVGENIVS PP. III. obiit 7. Cal Martij.

Post EVGENIVM III. PP mortuum NICOLAVS V. creatur Pontifex Rom. pridie Non Martij tenuit Pontificatum an 8. d 19. Onuph. Hic Pontifex à liberalitate & bonarum literarum instauratione perpetuam laudē meruit. Nam vt testes sunt Aeneas Syluius, Platina & Volaterranus, suo seculo princeps literas humanitatis & eloquentiae, lingua-

rumq;

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



cognitionem propemodum pro miraculo mundi est habitus, fit Cardinalis 20 Decembris.

CHRISTOPHORVS Comes Palatinus Rheni, Dux Bauariæ & Rex Daniæ, obiit anno regiminis sui 9. absque liberis. Vxorem habuit Dorotheam Marchionissam Brandeburgicam.

HILIPPVS Palatinus Rheni Elector, Heydelbergæ nascitur.

ALBERTVS Marchio Brandeburgensis, cognomento Achilles, bellum Noribergensibus fecit ob ius quoddam, quod illi negare videbantur. Principes Germania supplicias misere Alberto: ciuitates vero Noribergensibus, fuitque graue & atrox bellum, in quo Principum & Ciuitatum exercitus insensissimis odiis biennio certauere. Nouem praelia commissa feruntur, ex quibus octo victor Albertus confecit, in vno tantum victus succubuit. Et vt multa bella sedantur partium egestate, ita non prius inter hos de pace conuenit, nisi postquam exustis agris, attritis villis, abactis pecoribus & agricolis interfectis, comneatus ac pecunia contendentibus defuere, tum demum pax ex sententia Alberti dicta. Hac AENEAS SYLIUS Europa cap 39.

AMADEVS, qui in Basiliensi Concilio Romanus Pontifex creatus fuerat, dictus FELIX V. cohortante Fridrico Imp. propter bonum pacis & ad tollendum in Ecclesia Schisma, Pontificatu se abdicauit, & NICOLA O V., ius sui Papatus cessit solo Cardinalatus honore ac titulo contentus. Hic Amadeus rogatus à Principum Oratoribus, si quos haberet canes venaticos, eis ostenderet. annuit vt postridie redirent Interim ingentem mendicorum multitudinem collegit, eaque monstrata: Hi sunt, inquit, canes mei, quos alo quotidie, quibus spero me celestem gloriam venaturum.

MATTHAEI PALMERII Florentini Chronicon finitur, quod MATTHIAS PALMERIVS Pisanus continuauit vsque ad an 1481. De Matthæo refert Tritemius,

themius, cum nescio ob quem de Angelis errorem combustum esse.

5420. Hoc iubilæo Romæ circiter 200. homines in ponte S. Angeli calcatione & pressura perierunt, aut in flumen detrusi & præcipitati expirârunt, cùm pro indulgentiis è templo ad Castrum S. Angeli accurrerent Palmer. Syluius.

AENEAS SYLVIUS Europa cap. 32 scribit, hoc anno duos fratres, FRIDERICVM & VVILELMVM, Saxoniae Duces, rediisse in gratiam mutuam hoc pacto Rogârat Fridericus germanum suum, ut ad se veniret, acturos ipsos de pace Annuit VVilelmus. Cui iter ingresso dixere Consiliarij, paratas esse ipsi & comitibus insidias: caueret ne perditum iret, neve suos ad necem traderet Quibus ille: At ego, inquit, libens moriar, si vos priùs peccatos videro, qui fraternas contentiones alitis. Atque ita locutus, sequi iussis qui se amarent, iurgensque calcaribus equum festino cursu fratrem adit. cum quo semotis arbitris è vestigio pacem composuit, fœdusque pepigit. Magnus vir, qui se tam liberaliter in potestatem dederit hostis Magnus & alter, qui hostem ex fratre factum, rursus fratrem atque amicum reddiderit.

FERDINANDVS Dux Hispaniarum, avus maternus Caroli V. Imp. nascitur 21. Martij Garcæ Geneth.

5421 **FRIDERICVS** Imp. ingressus est iter Italicum Syl. Cus. **IOANNES** CAPISTRANVS Franciscanus à Pontifice ex Italia in Germaniam missus, passim in urbibus concionari cœpit: acriter inuectus est in quælibet vitia: taxavit luxum in vestitu, cibo & potu, lusorum aleas, tessaras, tabulas atque chartas magno numero congestas & coaceruatas publicè cremavit: & populum ad expeditionem in Turcas animavit Fabric.

Hoc anno (si Cranzemium & Leonclauum sequimur)
AMVRATES II. Turcarum Rex octauus mortuus est

Adrianopolis, die 10. Februarij, cum imperasset annis 30. Successit in regni administratione MAHV METES II. Turcarum Rex novus, & primus IMP. ORIEN- TIS an. etat. 21. qui fratrem suum, ne pater solus se- peliretur, statim strangulari iussit. Vtrumq; funus re- gioritu duxit, & auspiciaregni pro more gentis parrici- dio consecrauit. Nam felicius apud Turcas privatis, quam Regibus liberi nascuntur. Alij ad precedentem re- ferunt.

5422

FRIDERICVS III. Imp Romz à Nicolao Pon- tifice cum maxima solemnitate inunctus, salutatur Augustus & Imperator 17. Martij. Cusp. Solus fermè Onuphrius refert ad præcedentem: sed an. 1452. definiunt Bonfin. Vngar. Chron. Culpin. Naucle. Paralip. Vrsperg Platina, Volater. Et sunt penes nos literæ Friderici, vbian. 1488. nu- meratur à coronatione Romana 37. & annus 1492. ab eadem coronatione 41 unde liquet numera- tionem ordiendam esse ab anno 1452. inclusiue.

1452

MAHV METES Turc. Imp. tyrannus immanissimus, **ATHENAS** omnium artium & disciplinarum in- uentrices, solo equauit & funditus destruxit. Drechs

LADISLAVS anno etat 13 à Friderico Imp sub cuius tutela hætenus fuerat, dimissus, Vienna 10. Septembr summa omnium congratulatione excipitur. In eo con- uentu, inquit Syluius, etsi Ladislaus Rex appellaretur, a- lieno tamen arbitrio ductus, in regnis suis Triumvira- tum induxit, & **IOANNI** Huniadi Vngariam gu- bernandam tradidit, **GEORGIO** Podiebracio Boe- miam, **VLRICO** Comiti Cilia Austriam. Syluius Eu- rop. cap 22 Huniades cum Vngaria Coronam à Frideri- co frustra repetisset, cum 12. millibus equitum ingressus Austriam, omnem agrum inter Viennam & Staria mon- tes diripuit atque incendit. Casarem Italiam petentem rogantur Australes, vt Ladis' aum, qui iam adoleuisset, in paterna hereditate apud se dimitteret reiecta peti- tione, auctoribus Vlrigo Comite, & Eyzingero, Au- st. iaci

Purchase full membership to immediately unlock this page

DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'
Full Membership gives
access to 797,885 ancient
and modern, fiction and
non-fiction books.

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



derunt, Deorum potius in terris habitaculum quam Imperatorum putauerunt Urbis nomen **NOVA ROMA** indidit. sed vicit obstinatio vulgi, ut à conditore **CONSTANTINOPOLIS** vocaretur Regia urbs à **MAHVETE** animo atque impetu formidando terra marique est oppugnata & à Christianis diebus aliquot summis viribus defensa. Ad extremum voce praecoris totis castris inclamatum est 27. Aprilis (rectius 27. May) milites omnes ieiunium sanctificent, sequenti die in armis adsint, urbem extremis viribus oppugnaturi triduo, civitatem militum direptioni futuram. Constituta die (28. May) ieiunium ad noctem usque servatum. Deinde lucentibus stellis mutationes & conuiuia passim habita, quisque cum amico hilaris epulatus est & tanquam nunquam se deinceps visuri amplexati & exosculati simul ultimam vale dixerunt. Postquam illuxit (29. May) dato signo undique Constantinopolis oppugnari coepta est. Imperator Graecorum **CONSTANTINVS** fugiens in ipsis portae angustiis cum cecidisset, oppressus calcatusque obit. Capta urbe in rapinas est itum. non dignitas non aetas, non sexus quenquam protegebat supra cadibus, caedes stupris miscebantur nihil illicitum toto triduo in urbe fuit: in templis aut lupanaria aut equorum stabula facta

Idem Epist 131 155 & 162. **CONSTANTINVS** Graecorum Imperator, intrantibus urbem Turcis, in extremo patriae suae periculo fortissimè pugnans obtruncatur Caput eius lancea suffixum spectaculo fertur Quadraginta milia hominum illuc caesa referuntur Manserat Constantinopolis ad nostrum usque tempus vetustae sapientiae monumentum, literarum domicilium & arx Philosophiae: nemo Latinorum satis doctus videri poterat nisi Constantinopoli aliquandiu in literis vixisset Quod florente Roma doctrinarum nomen habuerunt Athenae, id nostra tempestate Constantinopolis obtinebat inde multa veterum sapientum volumina nobis reddita. multa quoque in futurum reddenda sperabamus. At nunc

Turcis

*Turcis omnia possidentibus, heu quot magnorum virorum i-
mina, quot libri nondum Latinis cogniti peribunt? Nu-
quam Graeco nomini iactura maior, quam modò, contig-
it Xerxes & Darius magnis cladibus Græciam afflixerunt
sed bellum literis non intulere. Romani Græciam in pot-
estatem suam redegerunt sed Græcas literas vtrò ample
veneratique sunt.*

*CRANZIUS verò his verbis illam Christianorum cal-
umniam deplorat Hæc sunt luctuosa illa Christian-
tempora, per quæ bicipiti Romanorum aquilæ a-
terum relictum est caput, cum iam in Oriente
vtrà non respiciat. Constantinopolis capta et
cum Turcarum Imperator 66 diebus, nulla pe-
missa requie, urbem oppugnaret. Imperator ip-
se inter fugientes populi pressura extinctus est: seu-
tum tamen est in cadaver mortui, truncatumque
caput delatum est per castra in contumeliam
Christianorum.*

*De tempore huius cladis litigant Chronographi, quorum al-
qui annum 1452 annotarunt. Sed nobiscum faciunt Bo-
finius, Aeneas Sylvius, Fortalium fidei, Mechou Drech-
lerus, Leonclaus Annales Turc. Cranzius & Cranzh-
ney secundum æram Turcicam supputatio. Chalcondyl-
babet annum 3 Mahumetus & 4. Constantini Paleolog-
i insuper exprimens diem Martis. Vngaria Chronicon a-
notat feriam 3. post diem corporis Christi. Nobis præter i-
lla quæ allegauimus abundè satis est testimonii, quo
FRANCISCVS FOSCARI Venetiarum Dux in su-
a ad FRIDERICVM Imperatorem Epistola (ea est in E-
pistolis Aeneæ Syluii 159) expugnatam scribit Constan-
tinopolim 29 Maii (proximè elapsi.) Et eius literæ datæ
sunt anno 1453 indictione prima (quæ concurret an-
no 1453) 27. Iulij. An verò feria illa tertiam diem Corporis
Christi antecesserit, vel secuta sit & an Mahumetus an-
no 1452 fuerit in Europa, doctioribus excutiendum ac deter-
minandum relinquo.*

Ab hoc tempore **REGES TICICI IMPERATORIS** titulo uti cœperunt.

VLRICVS Cilia Comes, qui hætenus Regem Ladislaum in potestate sua habuerat, & Domini Dominus fuerat, aula Regia exulare iubetur, quòd nobilitati Austriacæ grauis fuisset. Ita enim de eo queritur Eyzingerus: Hic Comes, inquit, nos omnes pro seruis habet, Austriam solus exhaurit, maior ei, quàm Regi, familia seruit. Magistratus, præfecturas & Sacerdotia vendit. vbi non sufficiunt publica furta, ad priuatas facultates manus admouet: non tuta est innocentia: non conuicta puniuntur scelera: offendisse Maiestatem conuincitur, quisquis diues habetur: nostris ille alitur malis: eius quies & pax nostrum bellum est. pudet me patientiæ nostræ, qui si viri essemus, facilè opprobrium hoc è nostris oculis eiceremus. *Hæc auditus, LADISLAVS Vlrico Comiti curia regia interdixit. Comes itaque cedendum potenti inuidia censuit, neque parum putauit ex inimica ciuitate Vienna saluum corpus educere & tacitus cum quatuor tantùm comitibus aula abiens in patriam suam concessit ALBERTVS* Marchio Brandenburg ne populares saxa in eum iacerent, ad portam vsque, tutum iter fugienti præbuit. Verùm quibus prohibita fuere manus, lingua libertate vsi, probrosa in abeuntem maledicta congesse. Inconstanti fortuna singulare documentum. Nam qui paulò antè tutor Regis, & secundum in Austria caput erat, in quem omnium oculi respiciebant, qui belli pacisque munera solus obibat, vnico Regis verbo, potestate priuatus, inops consilij & animo confusus abiit. *Hæc Syluius Boem cap 61.*

LADISLAVS Vngarie Rex & Austria Dux, Prage coronatur Rex Boemia, die Simonis & Iudæ, qui tum fuit dies Dominicus. Peracta coronatione permissum est cui libet, ut suo arbitrio, vel sub vna, vel sub vtraque specie communicaret. Ipse tamen Ladislaus persuaderi nunquam potuit, ut templa Hussitarum intraret, vel sacrum eorum

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



Neque nostri arbitrij est, credere quid velimus. Vita magnis rationibus mens humana, volens nolensq; capitur: utq; natura instituta est, altera facile trahitur, altera elabatur. Mihi persuasa est meorum Sacerdotum religio. Si tuam sequor, homines fortasse fallam, anima mea contrarius: Deum qui corda inspicit, nequeo fallere. Neque me tuis similem esse decet. Aliud histrioni, aliud verò nobili conuenit. Hac vel tibi habeto si sapi, vel bis referro, qui te submisere.

Hoc anno multe ciuitates PRUSSIAE à Magistro Ordinis Cruciferorum in Prussia defecerunt, & CASIMIRO Polonia Regi deditionem obtulerunt. Hinc bella PRUTENICA, quae durarunt annis 13.

ANGELVS POLITIANVS Philosophus, Poeta & Orator, qui Herodianum latinè interpretatus est, & cuius Epistolæ extant, nascitur 14. Iulij, hora 1. minutis 28. post merid. in monte Politiano Hetruriz. Cardan.

5425

EYZINGERVS, qui Vtricum Cilie Comitem de dignitatis gradu deiecerat, gratia Regis Ladislai excidit, Baronibus Austriacis, quorum ille auaritia atque rapina obstiterat, ipsum apud Regem criminantibus. Vtricus itaque Comes Ladislao reconciliatus, ab exilio in aulam reuocatur, & Vienna magno splendidoque apparatu excipitur, de quo Aeneas Syluij verba audire libet: Mira rerum mutatio. qui paulò antè moestus in exilium ierat, triumphantis in modum reuertitur: Eyzingerus qui culmen potentiz consecutus cum deiecerat, quod in alium statuit, in seipso pati cogitur. Intrante enim urbem Comite, ipse cum amicis egreditur, spontaneum exilium eligens. Lubricus est enim apud Reges primus locus. Ferunt Comitem cognito Eyzingeri discessu laudasse hominè, qui fortunæ ludibrio se subtraxerit vsurum optimo consilio, si Curia'es procellas perpetuò declinauerit Nam & sibi ipsi Curia' mores non placere, fluxa incertaque omnia esse, omnibus horis iustare pe-

1455

se pericula, acceptam superiori anno ignominiam mentis suae semper hærere, semper ante oculos esse turpem ejectionem, contumeliosum exilium, probra verba. se Deo gratias agere, qui sibi pristinum statum reddiderit, satistactum esse honori suo, nec plura cupere: mansurum tam diu apud Regem, donec ejectionis infamiam gloriosi reditus rumorextinguat Regis amicitiam & populares auras malte se dimittere, quàm perdere. Comes hæc non tam fecit fortiter, quàm dixit sapienter. Potentiam qui consecutus fuerit, nemo tam facile deponit, quam damnat retinent amici, implicat gloriæ cupido, obstat inimicorum metus semper est quod procrastinare compellit. Facilius famosum in Asia Gordij nodum quis soluerit, quàm potentia regniq̃ blanditus sese explicauerit. Hæc Syluius Boem. cap 63.

*Ex arce ALDENBURGENSI rapiuntur die solstitia-
liæstuo ERNESTVS & ALBERTVS filij FRI-
DERICI Principis Saxonie, à Conrado Kaufungo,
qui propterea capite truncatus est 14. Iul. Fabric. Eber
Quod Syluius aliquantò prolixius describens, in-
quit: Conradus Kaufung nobili loco apud Saxonos na-
tus, bellica reפורus, manu promptus & animo imper-
territus, cum se patriapulsum, & paternam hereditatē pri-
uatum per iniuriam Friderici Saxonie Ducis existima-
ret, scelus incredibile nostræ ætate perpetravit. In arce
Aldenburg duo Friderici filij Ernestus & Albertus educa-
bantur. Huc Conradus intempesta nocte magnis tur-
ribus cum paucis comitibus contendit, & ad motus scalis,
prodente pedagogo, arcem ingressus, dormientes adole-
scentulos in cubili comprehendit interminat usq̃ mor-
tem, si vocem emitterent, funibus colligatos extraxit,
haud dubius, quin productos in Bœmiam magno precio
venderet, suisq̃ contumelias eo pacto magnificè blæus vi-
deretur. Iam syluam Herciniam ingressus erat, iamque
periculum omne transfussum putabat, cum junior Al-
bertus*

Verrus etate 12. labore ac fame deficiens, quietem simul & cibum potoscit. Cuius precibus commotus prado ad Carbona iunquendam diuertit, afferriq; panem ac cereuisiam iussit. Interea apud Aldenburgum, cognita tanta rei nouitate, clamor exoritur. Artoniti oppidani raptim arma capessunt, & preciosam vendicaturi predam precipiti cursu pradonis vestigia insistantur. Syluam ingressu fortuna blanditur, qua inter multostramites eum teneri suavit, qui rectè duxit ad carbonarium. Ibi Cunradus dum puero cibum ministrat, ex improviso capitur, & oblatu Principi, audacissimi sceleris capite penas soluit. Fridericus eodem penè nuncio, quo captos atque abductos filios audierat, recuperatos & domum reductos didicit.

Obiter hic inseremus, quod de hoc FRIDERICO Electore Saxoniae totidem verbis commemorat Fabricius: Cùm Fridericus Antistiti Magdeburgico, è Comitibus Beuchlingy nato, bellum facturum esset, exploratorem miserat, qui de apparatu & consilijs eius cognosceret. Is renunciabat, nihil bello opportunum parari, nec ullum conscribi militem: Antistitem præterea dixisse, causam se commissurum Deo, qui pro se arma sit sumpturus. Quod ut Elector audiuit, Alius, inquit, insanat, ut bellum inferat ei, qui confidit, se Deum defensorem habiturum. Laudandus Antistes, qui Dei patrocinio fesus est. laudandus Princeps, qui Deum veritus, arma deposuit.

Nati sunt:

I. IOHANNES Marchio Brandeb. Elector IIII. Geneal.

II. IOHANNES CAPNIO (Reuchlin) 28. Decembr. Pfortzemij oppido Marchionatus Badensis. Hic primus ferè literas Ebraicas & Græcæ in Germaniam, socias iungente operas RVDOLPHO AGRICOLA, importauit, & magna felicitate propagauit.

NICOLAUS V. PP. 9. Cal Aprilis obiit. Successit

Purchase full membership to immediately unlock this page

DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'
Full Membership gives
access to 797,885 ancient
and modern, fiction and
non-fiction books.

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



65 Commissum est hoc p[ro]p[ri]et[ar]ium die S Sixti, id est, 6 Augusti (Leonclau & alij 22. Iulij.) Pontifex Romanus in memoriam tanta victoria festum Transfigurationis CHRISTI quotannis sexto Augusti celebrandum instituit.

IOHANNES HUNIADIS, qui vnus omnium arma Turcarum ab Vngaria depulit, clarasque victorias genti suae peperit, moritur 10. Septemb. Leonclauus habet 11. Augusti. Huius nomen, vt tradit Syluius, tam terrificum fuit Turcis, vt parentes liberis p[ro]terantibus silentium non aliter imperarent, quam Huniadis praesentiam minitendo. Cum aegrotaret, noluit Dominicum corpus ad se deferri: sed iussit sese in templum vehi, ibique post peccatorum confessionem, sacrosanctam Eucharistiam accepit, atque paulo post inter Sacerdotum manus animam terrenam fastidientem Deo reddidit. Bonfin. scribit, Huniadem Coruinum dictum a paterno pago, in quo natus fit, quique adhuc suo tempore Coruinus dicebatur.

Huniadis postremam pugnam & obitum antecessit Cometes.

Encomium Coruini habet Syl cap 67

IOHANNES Capistranus in Vngaria mortuus est

LADISLAO Rege Belgradum regresso, vt hostium cadauera, spolia, locumque p[ro]p[ri]et[ar]ij confecti spectaret, VLRI-CVS Ciliae Comes, cuius caput erat a Rege secundum, quique cum Huniade apertum odium gesserat, obtruncatur a Ladislao Huniadis filio. Latatus fuerat Comes audita morte Huniadis, quasi iam sublato antulo solus cum Rege dominaturus esset. Verum non diu latatus est, vt qui paulo post & regnare & vllere desierit. Vnde Syluius: Coeca humanae mentis ludicia, saepe laeta pro tristibus, pro laetis tristitia ducunt: futuri nulla homini certitudo. Nemo nouit quid vesp[er]e vehat: nemo tam superis amicus est, vt crastinam sibi fidem promittere possit. Multi dum se credidit electos, in iubline rapti sunt. multos ex illa clamos fecere,

cere, & optata consecutis sæpenumerò exitio turpitudinique fuerunt. Comiti multò salubrius fuerat Huniadem vixisse: qui Vngariam suam neci destinatam clausisset. Nunc metu vacuus apud Albam interficitur, inde necem consecutus, vnde imperium sperauerat.

5427 LADISLAUS & MATTHIAS, Huniadis filij, ob Comitu Cilia necem iussu regio in carcerein rapiuntur, tertioque die post, senior Ladislaus, Comitis percussor, agens an aetate 24, in vrbe Buda ad supplicium ducitur, egregio corpore adolescens, flauus de more crinibus super humeros passus, reuinctus post tergum manibus, calari atque aurea veste indutus, & eadem fortasse, quam sibi paulò ante Rex donauerat, in publicum producitur. Erecta ceruice, oculus hinc & illinc spectantibus, impavidus atque intrepidus ad supplicium pergit Vbi ad locum ventus est, quo ceruix amputanda erat, iussus genua flectere, paucaprisus pro sua excusatione locutus, carnifici paruit. Præco cui damnatorum crimina publicare mos est imperato silentio, nihil aliud dixit nisi, eo modo corrigi, qui Domina suo infideles essent Carnifex religata Ladislai coma, ne collum impelleret, iussus percutere, nutans titubansque vix tandem quatuor ictibus candidam ceruicem abscidit. Frater eius Matthias in vinculis retentus est. Hæc Syl Boem cap 68 Est qui supplicium hoc ita describat: Ladislaus cum ter à licitore ictus in terram lapsus esset, rursus tamen sese, quanquam ligatus & vulneratus, erexit, & clara voce Deum inuocans, eum resem suæ innocentia fecit Quarto demum ictu caput ei præciditur Multa sunt in hoc exemplo digna & consideratione & deploratione. Videmus hic deletam esse memoriã beneficiorum Huniadis patris, in cuius filium tanta crudelitas exercetur. Aurox est Syluius, Ladislaum Regem hoc se in ore mortui Huniadis laudes prædicasse. HUNIADIS Vngariam Christo, & mihi regnum seruaui, Christianam nominis hostes fudit, fugauit, perterruit, pacem Vngaris peperit, salutem cunctis

1457

fidelibus aperuit. Fortia eius facta etiam hostes ad-
mirati sunt, & vitam & mortem eius posteritas cō-
secrabit. *Huius Encomij recordatio debuisset Ladislas
mentem ad mitiorem sententiam flectere.*

MAHV METES Turc. Imp. cum **VSVNCASANE**
*Persarum Rege praelio congressus ad Euphratem fluvium,
decem milia militum amisit. Drechsl.*

LADISLAVS Vngaria & Boemia Rex. Alberti Imp.
*Posthumus filius & Sgismundi Imp. ex filia nepos, dum
sponsam expectat Caroli Francorum Regis filiam, in i-
pso nuptiarum apparatu Praga, non sine veneni submini-
strati suspitione, moritur etat. 18. die 22. Nouembris.
Ostenderunt hunc fata tantum terris. Rectè Sylus;
O imbecillum humanæ naturæ conditionem: O
inanem mortalium gloriam, O cæcas hominum
mentes. quid iactamur? quid extollimur? quid est
quod dignitates, opes, potentiam tantoperè
flagitamus? perperuò his frui cui datum? Ladis-
laus nobilissimus adolescens natus annos 18 in ipso
flore, in ipso gloriæ culmine, tot regnis, tot gentib.
imperans, tot deliciis, totque opibus affluens, in-
ter tot auxiliantium manus, intra 36. horas, post-
quam ægrotare cœpit, extinctus est.*

Circa hunc annum à reliquis Hussitis siue Calixtinis
secesserunt ij, qui Ecclesias **PICARDORVM** (ut
vulgo vocant) fundarunt, & omissis bellis tan-
tum intenti fuerunt puritati doctrinæ propagan-
dæ, & disciplinæ Ecclesiasticæ arctioribus vinculis
astringendæ & conseruandæ.

Academia **GRIPSVALDENSIS** initium sumpsit
18. Octob. Beuther.

MATTHIAS REX VNGA- RIÆ CREATVS.

1438 **MATTHIAS** filius Hunyadi (etat. 15.) apud Budam
gubernator Vngariae eligitur 22. Ianu. die S. Vincentii,

1458

CUM

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



*Alphonſi Regis Aragonum, cui præſentem hiftoriam dedi-
diſſeram, mihi acerbiffimus nunciatum eſt obitus, qui
27. Iunij (alijs 7. Iulij) clauſiſſe oculos traditur.*

*Hic eſt ALPHONSVS ille, cuius memorabilia dicta
collegit AENEAS SYLVIVS, quorum commemoratione clau-
dit ERASMVVS Apophtegmata ſua, ex quibus & hac ſunt.
Si ſibi contigiſſet naſci temporibus veterum Ro-
manorum, ſe conſtricturum fuiſſe contra Curiam
templum Ioni poſitorio, in quo Senatores, priuſ-
quam in Senatum venirent, odium, amorem ac
priuatos affectus omnes deponerent. Item, Eos
cuius habeo cariſſimos, qui magis pro me, quàm
me metùunt. Item, Ita demum matrimonium tri-
quillè citraque querimonias exigi poſſe, ſi mari-
tus ſurdus fieret, vxor cæca. Item, Conſulentibus
legatis Matricienſibus, viri iuberet ipſos gratifica-
ri. Nicolaone Piccino, an Frauciſco Sfortia? Re-
ſpondit: Ambos pro inimicis habendos, ſed etiam
ab ambobus, tanquam ab inimicis, cauendum. Hac
Sylvius & alij.*

*ALPHONSVS Aragonie & Sicilia regnis fratrem ſuum
IOANNEM, Ferdinandi Catholici (qui Granatam
recuperauit) patrem, reſtauentor præfecit. In Neapolita-
no autem regno, cum ipſe legitimus filius careret, Ferdi-
nandum nothum ſucceſſorem declarauit, qui regnauit
an. 35 menſ 6 dieb. 25. Obiit 1494 vt habet Bembus lib
2 Venet hiftor.*

CORINTHVVS à Turca cepa Drechſterum.

*Hoc anno terminatur Boëm hiftoria AENEÆ SYL-
VII Senenſis, qua & hoc anno in locum CALI-
XTI III. die 4. Auguſti defuncti creatus eſt Pon-
tiffex Romanus, dictus PIVS II ſethran 5 m. 11.
d 26 Onuph. Hic quibus gradibus ad honores
aſcenderit, ipſe recenſet. Epiftola 201. Fuit inſi-
ſcribam Concilio Baſilienſi: poſtea Friderici Imp
Secretarius inde Epifcopus, Cardinalis & Pon-
tiffex.*

5429

MAXIMILIANVS I. Imp. auus CAROLIV nascitur die Coenae Domini 22. Martij. baptizatus die Paschalis 25. Martij, anno 1500. ab Augustu Cæs. impetio, eiusque primo Consulatu.

1459

CYNRADVS CELTES Suisfortensis Francus, primus Germania Poeta, nascitur 1 Februar. mane circa horam 3.

ANTONINVS Archiepiscopus Florentinus Chronographus, obit 2. Maij, Vigilia Ascensionis.

Circa hunc annum desinit historia BLONDI, qua complexus est ab inclinatione Romani Imperij huc vsque annos circiter 1050 Facit mentionem mortis Calixti LII. qui anno superiore obiit. vnde liquet eum narrationes suas huc vsque pertexuisse. Eius Decades in Epitomen contraxit AENEAS SYLIVS.

Ascribere huc libet C V S P I N I A N I annotationem de pueritia MAXIMILIANI Imp. Ab infantia, inquit, pene in nannum aetatis annum elinguis, ut plerisque mutus iudicaretur. tanta difficultate primum verba enunciabat, non sine matris ingenti dolore. Sed quantum difficultas illa loquendi in pueritia fuit plerisque molesta, ita in perfecta eius aetate facundia omnibus etiam externis fuit admirabilis, qui supra patriam linguam, Latine, Gallice & Italicè eleganter loquebatur. Vnde cum Francofordia in Regem Romanum eligeretur, collaudantibus eum certatim Principibus coram Friderico Imperatore, & potissimum, quod expedite latine loqueretur & legeret. Respondit Fridericus astantibus Nescio, inquit, quo pacto vel legat vel loquatur, hoc mihi cerre constat, quod cum duodecimum aetatis ageret annum, subuerebar ipsum aut stultum futurum aut mutum.

5430

PIVS II. Gregorium Hemburg Legum Doctorem excommunicat. sed ei Gregorius vebemens scriptum opposuit, quod extat in Vrsberg. Paralipomenis. Vide Syl. Epistola 415. Platina ait, Pium II grauisimis censuris persecutum esse Sigismundum Austria ducem, quod Nicolaum

1469

Cusanum Cardinalem cepisset, & comprehensum aliquandiu in carcere detinisset.

Academia **BASILIENSIS** instituta à **P I O II. PP.**

ALEXANDER TARTAGNVS de **IMOLA**, legum veris ac fidsimus interpres, circa hunc annum floruit. *Forster.*

5431 **SYNOPE** & **TRAPEZVNTEN** Mahumetes occupavit, & imperio suo adiunxit, **Daude Comneno Rege** cum duobus filius capto & caeso **Chalcondyles**, **Leonclau. Cuspinianus**, **Drechslerus**

1461

HVLDERICVS ZASIVS IC. *Constantia vrbe Imperiali nascitur.*

5432 **FRIDERICVS** Comes Palatinus **Rheni**, commisso praedio non procul ab **Heydelberga** inter **Rhenam** & **Neccarum**, tres Principes cepit **I. Iulij** (alij pridie) **CAROLVM** Marchionem **Badensem**, **GEORGIVM** eius fratrem **Episcopum Mediomatricam**, & **HVLDERICVM** Comitem **Virtebergensem**, defensores **Adolphi Nassauensis**, qui à Romano pontifice designatus erat **Archiepiscopus Moguntia**, contra **Dietherum Comitem Isenbergensem**, quibus in arcem deductis & conuiuiis Principibus digno exceptis, prohibuit apponi panem, eumque postulantibus iussit renunciari. voluisse se illos commonefacere bella sic geri debere: vt petatur hostis, non innocens turba agricolarum fame necetur, quorum segetes ipsi contra iura belli crudeliter vastassent; & frumentum iam importatum succensis pagis corrupissent. Eosdem tamen postea grandi redemptos pecunia dimisit. *Eber.*

1462

MAHVMETES classem misit in **Insulam MITTLENEN**, qua & **Lesbos** dicitur, eamque caeso **Dominico Catalusio Lesbi principe**, occupavit, & omnem ferme **Insulanorum multitudinem Constantinopolim** tanquam in **Coleriam** abduxit. **Leonclau. Cuspinianus.**

LAONICVS CHALCONDILES *Atheniensis* historiam suam de origine ac rebus gestis **Turcarum** circa hunc annum terminat.

Purchase full membership to immediately unlock this page

DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'
Full Membership gives
access to 797,885 ancient
and modern, fiction and
non-fiction books.

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



Etoticos septenarios, quibus in domo Saxonica
 plerumque aliquod mutationum accidisse obser-
 uatum est. Eius rei hæc sunt exempla Anno 1469.
 natus est IOANNES, Dux Saxonie Elector, Friderici
 frater. 1483 Nascitur LV THERV S, 1497. Nasci-
 tur MELANCHTHON. 1504. Primus annus æta-
 tis Ioannis Friderici complectur, & PHILIPPVS
 Landgrauus Hassie nascitur. 1511. Lutherus vrbe Roma
 Vitebergam reuersus. 1518. Mutatio religionis in Saxo-
 nia. 1525. Obiit FRIDERICVS Elector. 1532 Obiit
 IOANNES, Friderici frater. 1539. Obiit GEOR-
 GIVS, Dux Saxonie, successit Henricus, Mauritij &
 Augusti Electorum patres 1546 Obiit LV THERV S, &
 exarsit bellum Saxonicum sine Smalcaldicum, quod gef-
 sit Carolus contra Principes confederatos. 1553. Obiit
 MAVRITIVS Elector, succedente ex fratre AVGV-
 STO. 1560. Obiit MELANCHTHON. 1567
 GOTHA capta. 1574. IOACHIMVS Camara-
 rius obiit. Idem fatalis fuit Academia VVitebergensi.
 Hæc na accidisse certum est. sed futura ex his ex-
 truere incertum ac superstitiosum: si quid expe-
 rientia dictauerit, de eo demum assuetemus, fu-
 turorum scientiam, dispositionem aut dispensa-
 tionem soli D. E. O. pte tribuentes & commen-
 dantes.

IOANNES. PICVS Comes Mirandula & Con-
 cordia Dominus, vir diuino ingenio, nascitur 24
 Februarij.

IOANNES VIRTUNGVS de Hursfort Monachus
 nascitur 14. Martij.

A condito templo Salomonis huc usque an. 1500 id
 est, ad labilem, à morte Ottonis MAURITII.

CORONATIO MATTHIÆ
 Regis Vngarie. MILIO

5434. FRIDERICVS Imp Vngaris precibus restituit Vn-
 gario regi Coronam. Itaque
 1464

Itaque MATTHIAS CORVINVS. coronatur, anno regni sui 6 die. Cena Domini, 18. Martij, vel ut alij, die Paschatis. Vngar. Chron. cap. 136. Bonfin.

STEPHANVS Rex BOSNENSIS, & iure uxorio Serbia ac Rascia Despota, bello peritus à MAHMETE Turc Imp & obsessus Iartza, blanditis Tyranni à castello ad colloquium euocatur. Verum nullas metuens insidias, sed pace inita fretus, in castra cum venisset, iussu Mahumetis captus, & curè riuus excurus est, ac iusto Dei iudicio cum vita regnum, quod patris dolo eriperat, amisit. Hoc modo BOSNA, RASCIA & SERUIA magna pars in Turcarum potestatem peruenit, annis II. post captam Constantinopolim. Iconoclau. in Pand. Turc. & Drexlerus.

Obierunt:

I. AENEAS SYLVIVS, aliàs PIVS. II. Papa, decessit circa 14. vel 15. Augusti, cum vixisset an. 58. mens. 9. d. 27. Plat. Eius quaedam sententias recitat Platina. Litigatores, dicebat, esse aures: fortim, aream iudicem, rete patronos, aucupes. Viduum quod mentem excitet, non quod obruat, sumendum. Hostem in se nutrire, qui inuisi filio ignoscit. Dignitatibus homines dandos, non dignitates hominibus. Qui multos regit, à multis regatur oportet. Regem qui nulli fidit, inutilem esse: nec meliorem, qui omnibus credit. Veni mare flumina omnia, sic vitia in magnas aulas fluere. Lubricum esse primum apud Reges locum. In rebus diuinis non qua ratione probetur, sed à quo dicatur animaduertendum. Plebens argonra, nobilibus auri, principibus gemmarum loco literas esse debere, &c. Hic Aeri Syl. cum quaedam suppressisset ac damnasset Pontifex, quae priuatus scripserat, hoc commate à quodam notatus est: Quod Aeneas probauit, Pius damnauit.

Successit PAVLVS II. P.P. sedit an. 6. m 10 d 29
II. FREDERICVS II. Elector Saxoniz, Lipsiæ 7.
Septem.

quoque interfuisse hunc cœtui patrum & civium Roman à quibus Fridericus exceptus sit prima Vigilia noctis natalem Dominicum præcedentis, facibus noctem vincantibus.

IOHANNES Elector Saxoniz, nascitur 29 Junij.

5440 **MAHVMBTES** occupata **EVBOEA** Insula, quam Venastunc tenebant, Metropolitim illius **CHALCIDEM** solo equavit, crudelissimè interfectus omnibus vtriusque sexus, &c. Drechs. Naocl. Leonclausus. Palmerius.

1470

NICOLAVS PEROTTVS, Episcopus Sipontinus C. S. E. claruit hoc tempore.

Nati sunt:

I. **PETRVS BEMBY**s Cardinalis 20. Maj Cardan.

II. **BILIBALDVS** Pirckamer Noriberg 4. Decemb: Gart.

REX PORTVGALLIÆ magna classe fretum **GADITANVM** transgressus, magnæ **MAVRITANIÆ** oppida **TINGAM ARGILEAM**q; expugnante multasq; alias civitates in Mauritaniz finibus Turcis ademptas suo imperio adiecit. Palmerius, Drechslerus.

5441 **VLADISLAVS** Praga coronatus est 21. Augusti Mechou.

1471

Imperator FRIDERIGVS Comitia celebravit Ratisboniz, & postea Fridericum Electorem Palatinum iudicialiter deposuit Augustæ; sed nemo Principum visus est Palatinum priuare possessionibus suis. Et cum Imperator Fridericus decimū exigere denarium pro defensione Tuscarum, ipse Palatinus voluit capere vigesimum de harum, & exterrimare Turcos, & tum hoc Imperatorem Romanorum.

Nati sunt:

I. **GEORGIVS** Dux Saxoniz 27. (alij 26.) Augusti.

II. AL-

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



Franciscanus, qui Romæ fuit concionator - P O M P O N I V S L I T U S, & D O M I T I V S C a l d e r i n u s De Pomponio ridiculè refert Ludouicus Viues, tum ad eò deditum fuisse lingua Romana, vt Græcam non ausus sit attingere, ne qua peregrinitate contaminaret Latinam. Tanto fuit admirator Romane vetustatis, vt Christiano Petri nomine reiecto, se dixerit Pomponium - celebrabat natalem vrbs, & colebat Romulum, seque Dictatorem nominabat. Quoties marmor aliquod vetus effodiebatur ex vrbs ruinis, illachrymabat: rogatus cur id faceret: Admonitu, inquit, temporum meliorum ploro. Domitius verò Calderinus ne Missam quidem volebat audire, & cum ab amico ad eam duceretur, dixisse fertur: Eamus ad communem errorem. Hec Viues.

B E S S A R I O N natione Græcus Constantinopolitanus moritur 18. Nouemb. Hunc virum ob excellentem eruditionem & vtriusque linguæ facundiam Eugenius PP. in ordinem Cardinalium a sciuit, eiusque domus Romæ instar Academiae studiosis omnibus patuit. Tantillum tempus exactum est, ex quo Romæ vixerunt primarij Episcoporum, qui Græcis atque adeò Asiaticis Ecclesijs præfuerunt, non quidem titulo tenus, sed re ipsa tales, & doctrina, grauitate ac pietate maximis Ecclesijs per Græciam digni. Fuit Bessarion vir spectatissimæ probitatis, doctrinæ & grauitatis: apud quem Græci multi, arma Turcica fugientes, certissimè salutis portum inuenerunt. Ei familiares fuerunt: Trapezuntius, Gaza, Argyropylus Gemistus Plethon, Philephus, Blondus, Aretinus, Poggius, Valla, Perottus, Episcopus Sipontinus (autor Cornucopiæ) Campanus, Platina & alij.

5443 **M A H V M E T E S** Imp. Turc. **V S V N C A S A N I** Persarum 1473
 Regi exercitum 80000. Turcarum bellum intulit: eumque
 pralio peracri commisso, cum exercitu deuicit, & in fugam coniecit, filio ipsius **Z E N I A L E** capto & trucidato, cir-

*to, circa mensem Maium. Leoncl in Annal. Turc. Drechf
ler ad sequentem an refert.*

IOHANNES Capnio (Reuchlin.) scribit se hoc anno Parisius didicisse Græcam linguam ex discipulis Gregor. Tiphern. Hic postea ferè primus Græcas literas in Germaniam intulit.

Nati sunt:

I HENRICVS Dux Saxonie, pater **MAVRITII & AVGVSTI** Electorum, 16. Martij.

II NICOLAVS COPERNICVS Mathematicus insignis 19. Februarij, minutis 48 post horam 4 pomerid. Torunij in Borussia.

5444 **FRIDERICVS I** Dux Lignic. & Breg. conjugem duxit Ludomillam Georgij Podiebracij Regis Bœmiæ relictam filiam, mense Septembri. 1474

5445 **XVSTVS IV.** Iubilæum ex 50. anno ad 25. contraxit & reduxit, ac celebrauit hoc anno Iubilæum Pontificium quintum. Idem festum Conceptionis Mariæ confirmavit. 1475

STEPHANVS Moldauiæ Princeps, vir magnus & bellicosus, Turcas ad eam Danubij partem, quam Moldauiam & Valachiam appellant, die 17. Iannarij memorabili strage cecidit. Leonclau. in Annal. Drechsl. & Palmerius.

Ingens agmen locustarum peruagatum est Vngariam, Morauiam, Poloniam & Silesiam, adeo vt densitate conspectum Solis adimerent, & examina in longitud & latitud. in miliare vnum cum dimid. extenderent, 31. Martij. Cromer.

Nati sunt:

I. LEO X. Papa 9. Decemb. Cardan. Panuin 11. Decembris: ante natum Lutherum 8

II. GEORGIVS de **FRONSBERG** heros præclarissimus & bellicosissimus, in arce Myndelhamensi. Crus. in Annal. Sueuiæ.

5446 **FRIDERICVS** Bauariæ Dux, Comes Palat. Rheni, Elector, mor. 12 Dec. æt. 51. sepultus Heydelbergæ. 1476

Et a cuius

cuius Sarcophago inscriptum est *Fridericus, &c salus patriæ, prædonum fulmen, tres illustres hostes vicit, Principat in auxilium, & piè viuis excessit. Wimpfeling. Fuit eius vitæ sociæ Virtus, Gloria mortuæ comes.*

5447 **CAROLVS** Audax seu bellator, Burgundiæ Dux potentissimus, Caroli V Imp proauus, post varia bella, intra octennium plerunque feliciter à se gesta, tandè ab Heluetis gemina clade, breuis admodum tempore affectus, etiã à Renato Lotharing Duce, eiusdemq, copis auxiliarib. apud Germanos & Heluetios conquisitus, ad Nanseniam oppidũ exercitu suo partim caso, partim in fugã verso, superatus in acie, miserè occubuit 5 Ian. et. 44. Corpus demortui Principis postrid è reperiũ è glacie, qua totũ illud astrinxerat, euulsũ, & in oppido iuxta Principũ monumenta satis honorificè sepultũ, est De hoc Carolo ita Philip Comin. qui ei familiaris fuit: Hic, inquit, est exitus potèntissimi Principis, quo maior è ad vicinos Reges atque populos autoritatè nemo habuit Qua potèntissimũ re Deũ in se vehementius cõcitarit, non facile dixerim, nisi quòd omnẽ, qua fruebatur, felicitatè à suo pendere putabat ingenio & virtute. Præditus erat sanè multis eximius donibus. operã dabat, vt homines excellenti virtute familiares haberet: multis cupiebat bene facere. suorũ negotia & cõtrouersias cognoscebat ipse & liberaliter eos audiebat. Quamdiu cũ eo vixi, ingenio erat satis placido. postea verò crudelior euasit, quæ quidem res indubitatum erat signum futuri occasus. In cultu corporis & vestium luxu aliisq, rebus omnib prope nimius erat. cupidissimus erat gloriæ, e. q, fuit præcipua causa, cur bella susciperet Hoc enim spectabat in primis vt, sicut prisca quidam Heroës, celebraretur. Animi magnitudine, robore & audacia nulli cedebat. Nõ facile dixerim, illi ne Deus an ipsius populo in ipsis fuerit iratus Interfectus enim ipse fuit temporis scilicet è puncto, sine vilo maiori cruciatu. sed eius prouinciæ ab eo tempore per-

Purchase full membership to immediately unlock this page

DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'
Full Membership gives
access to 797,885 ancient
and modern, fiction and
non-fiction books.

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



436

clii

... mensis 7. ante undecimam ho-
... in Francia. Eber.

5447

... s, qui Persis, Parthis, Medis ac
... præsuit: cui successit filius ma-
... regno solus potiretur, capite fra-
... uit Drechl

... REGIOMONTANVS Mathe-
... ma, ætat 41. alij ad præced

... DER de IMOLA IC. & legum inter-
... nimus, qui Commentarios scripsit ad ius
... uonia, ætat. 53. professionis 30. Schrader.

... um Italiz

... THOLOMÆVS CÆPOLLA IC. cuius
... nota sunt. Forster.

... es Keisersberg factus est Concionator in
... o Argentineni Paralip. Vrs

1478

... METES Turcarum Imp. CROIAM Episcopi vt-
... manissimam (postquam eandem ad undecimum
... mensis graui obsidione pressisset) fame tandem
... in deditioem accepit. Marin Barletius.

... MAHV METES SCODRAM, Macedonia ora ca-
... du obsessam & oppugnatam Veneti deditioem ex-
... erit. Barletius, Leonclau.

Nati sunt:

I PHILIPPVS Rex Hispaniæ, pater CAROLI V.
Imp 23 Iunii, ab obitu Alexandri Magni 1800.

II. LVDOVICVS Palatinus Rheni Elector 2 Iulij.

III. CONRADVS PELLICANVS 9. Ianuarij, Ru-
beaci. Hic fuit ex primis, qui linguam Ebraicam in lu-
cem reuocârunt. Nam vno eodemque tempore Tubingæ,
vno cum Capnione (qui primus in Germania hanc lin-
guam excolere cepit) Ebraica lingua operam dedit, po-
stea anno 1526 Tigurum vocatus publicè sacram linguam
docuit, & suis in omnes Veteris & Noui Testamenti li-
bros commentarijs doctrinam Euangelicam non parùm
propagauit. Leuaterus.

IV LILIVS GREGORIVS GYRALDVS 13. Iunij, Ferrariæ. Operum eius duo extant Tomi impressi Basileæ.

THEODORVS GAZA Thessalonicensis, græcè latinèque doctissimus, qui lib. Aristotelis de animalib. magna cum laude vertit, obijt Roma.

5449 IOHANNES WESSELYS Groningensis, Concionator Wormatiensis, damnatur ab inquisitoribus hæreticæ prauitatis Moguntia, quòd de Indulgentijs, Ieiunio & alijs articulis quædam à communij sententia eius temporis aliena docuisset.

1479

HIERONYMVS ALEANDER Cardinalis Brun-
dulinus, Mortæ in Carnia natus est. Schrad.

5450 IUBILÆVS MVNDI 109. *Mosis 50*
predicationis Christi 29.

1480

TURCÆ exercitu sexaginta millibus militum instructo, à STEPHANO BATHOREO Transylvania Vauoda, & PAULO KINISIO Comite Temesuariensi, prælio superati, & Turcarum 30000. Vngarorum verò 8000. caesi sunt. Bonfinius

Eodem anno RHODVS à Turcu, iussu MAHV METIS Turc Imp maximus copijs à MESITE Bassa Vexari obsessa est Verùm PETRVS ALVSSONIVS Gallus, magnus equitum Rhodiensium Magister, eos damnis grauissimis adfectos, fortiter repulit. ita vt toto obsidionis tempore ad triginta Turcarum millia perierint Leoncla. in Annalibus

HYDRVNTVM Apulia vrbs maritima, ampla & populosa à Turcis post Rhodianam cladem, duce ACHMETE Bassa, capta est, interfectus Christianorum plus quàm 12000. saltem 22. fuga elapsis. Tritt. lib. de Spir. Dieb. RVDOLPHVS Agricola, die 3 Febr absoluit de Inuentione Dialectica libros lectu dignissimos.

IOHANNES Capnio Grammaticam Græcam à se scriptam titulo *μικροπυδίας* publicè prelegit Pictauy. Prefat gram. Ebraica.

FRIDERICVS II. Dux Lignicensis, FRIDERICI III. & GEORGII I. parens, nascitur 12. Febr.

DVGLOSSVS Polonicus historiographus moritur 29. Maij. Mechou.

5451

MAHV METES II. Turcarum Rex nonus & PRIMVS IMP. Orientis, qui Constantinopolim cepit, extinguitur colicus doloribus in pratis ultra Bosphorum, cum praeliatum iret contra Sultannum Aegypti, 3. Maij, an etat. 51. regni 30. à capta Constantinopoli 28. Successit die 18. May primogenitus eius BIAZETES II. Turcarum Rex decimus & SECVNDVS IMP. Orientis: qui paulò post fratrem suum Sultannum ZEMEM, qui alias ZIZIMUS appellatur, praelio vicit & fugavit. Leonclan. Cuspin. Drechsl.

1481

IOHANNES Capnio ornatur titulo Doctoris Iuris Prætoriana.

Nati sunt:

I. CHRISTERNVS Rex Daniæ, 2. Julij, Eb alij 1. Julij.

II. CASIMIRVS Marchio Brandeb 27 Septem hora 6. ante merid.

III. FRANCISCVS à Sickingen, Eques Francus 1. Martij.

IV. HIERONYMVVS Schurff LL. Doctor clarissimus, 12. April. hora 5. matutina in oppido S. Galli apud Helucios.

V. WOLFGANGVS Fabricius Capito, Ecclesie Argentinenensis Minister, Hagenoz.

Obierunt præterea:

I. FRANCISCVS Philelphus, Equestris ordinis Poeta præstans, Bononia, propemodum nonagenarius, & adeo pauper, ut ad funus efferendum & cubiculi & culinae instrumenta venierint.

II. BARTHOLOMÆVS Platina, qui Pontificum Romanorum vitas scripsit, peste extinctus Roma. Tritib

5452

MARIA Maximilianæ Imp coniunx & CAROLI V. Imp. aua, equo lapsa 2. Martij, cum fracto femore omnem tracta-

1482

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



III. IULIUS CAESAR Scaliger, BENEDICTI, Vini & bellatoris fortissimi, ex antiquissima & nobilissima SCALIGERORVM Principum quondam VERONENSIVM familia oriundi, filius, IOSEPHI pater, in castro Ripa, ad caput lacus Benaci, loco dittonis Scaligerorum, die 23. Aprilis.

IV IOACHIMVS Vadianus, Medicus, Poëta & Geographus excellens, sub finē mensis Nouemb. aut Decembr in ciuitate Sängallensi in Heluetiā.

V. HVLDRICHVS Zwinglius Theologus, apud Toggentes Heluetios in oppido Zuni Wildenhauß/honesto apud suos loco, Cal Ianuarij. Pantal refert ad an præcedentem

VIB. PAVLVS SPERATVS à Rutilis, nobilis Sueuus, Theol. 13 Decembris.

XVSTVS IIII PP obiit Idib. August Huic successit INNOCENTIVS VIII. Sedit an. 7. m. 10 d. 27.

Hoc tempore in Italia floruerunt ANTONIVS Sabellicus celebris Historiographus, MARSILIVS Ficinus, qui Platonem vertit, HERMOLAVS Barbarus, IOHANNES PICVS Mirandulanus, ALDVS Manutius & ANGELVS Politianus Item NICOLAVS Eremita Helueticus, summa abstinentia, Spirituque prophætico coruscans.

Ist annus ab exitu ex Ægypto 3000.

VIENNA Vrbs à MATTHIA Rege Vngariae, fame execrabilis expugnata, sese dedit MATTHIÆ Cal Iunij, cum modius vnus farina venderetur 107. florenis. Bonfin Vng Chron Eber. 2. Iunij.

1485

STEPHANVS MOLDAVIÆ Princeps, obedientia & imperio CASIMIRI Regis Polonia iuramento die 15. Septembris sese subdidit Leonclau.

idem anno STEPHANVS Moldauiorum princeps, CASIMIRI Regis Polonia cliens, à Polonis desertus, BESSARABIAM in extrema Valahia ora ad mare nigrum sitam, que CHILIVM, vel TYLIAM olim

ACHIL-

ACHILLEAM & MONCASTRVM oppida con-
tinet, à Turcis ~~receptam~~ amisit. Leonclau.

Nati sunt:

I IOHANNES Bügenhagius Pomeranus, Theolog
24. Iunii

II. BARTHOLOMÆVS Latomus Iuriconsul-
tus natione Belga, cuius scripta contra Bucęrum
extant.

*Hoc anno die 28 Octob ætatis circiter 42. expletus, obijt R V-
DOLPHVS Agricola Groningensis, natione Frisius, Io-
hannus Dalburgij Episcopi VVormatiensis præceptor: se-
pultus Heydelberga apud Franciscanos, cui Hermolaus
Barbarus hoc scripsit Epitaphium:*

Inuida clauserunt hoc marmore fata Rudolphum
Agricolam, Frisij spemque decusque soli.

Scilicet hoc vno meruit Germania, quidquid
Laudis habet Latium, Græcia quicquid habet.

IOVIVS ita eum celebrat: *Hausisti Rudolphe Ebraicæ
Græcæque literas aded stupenda celeritate, vt nequa-
quam Groninga in Frisia, sed Ierosolymis ac Athenis na-
tus & edocatus credereris. Latinas verò tanta felicitate
didicisti ac docuisti, vt exacta puritas ac nobilis illa elo-
quentia Romana vbertas in Oceani littore querenda vi-
deatur. Viuent profectò in admirantium manibus tua
illa in Dialecticis & Rhetoricis præcepta, & diuini inge-
nij carmina, &c.*

545⁶ MAXIMILIANVS Friderici Imp. filius, die 16
Febr. electus in Regem Romanorum Franco-
furti: coronatur in vrbe Aquensi 10. Aprilis, æ-
tat. 28.

*Partitio prouincia Saxonica & Misnie transacta inter
ERNESTVM & ALBERTVM fratres, Duces Sa-
xoniae.*

*Sultanus ALC A I R I, duce V S V N E Vsbege, Turcarum
copias, quibus FERHATES Caramania Beglerbegu
& Balaçetis Imp. gener præerat, profligauit & disipa-
uit, ipso Ferhate Bego interempto. Leonclau.*

Nat

Nati sunt:

I IOHANNES ECCIVS Theologus inter Pontificia primarius, 13 Nouembri.

II HENRICVS CORNELIVS Agrippa à Nettesbaum, qui de vanitate scientiarum scripsit, 14. Septembri.

Obierunt:

I ERNESTVS Elector Saxon. 26. Augusti ætat. 46
Successit filius FRIDERICVS ætat. ann. 24 à mentis sagacitate SAPIENS dictus, qui dignitatem Electoris Saxon. obtinuit an 39.

II. ALBERTVS dictus ACHILLES Germanicus, Marchio Brandeb Elector III. 11. Martij, ætat. 72 Francofurti in ipsis Comitibus, relicto successore filio IOHANNES Electore IV. sepultus apud Heilprunnam Franconiæ. Huius Alberti Elogium in Europa sua reliquit Æneas Sylvius cap 39 *Hic Albertus à pueritia, inquit, educatus in armis, pluribus interfuit praelis, quàm alii sui temporis duces. Militavit in POLONIA, SILESIA, PRUSSIA, BOEMIA nullus in Germania terra angulus quem non calcavit armatus: duxit exercitus innumerabiles, prostravit ferocissimos hostes, expugnauit munitissimas vrbes In congressibus pugnam prior inquit, Victor à praelio excessit ultimus, in oppugnationibus oppidorum sæpè murum primum ascendit Singulari certamine nunquam non stravit hostem. In militaribus ludis nunquam equo deiectus, cum ipse omnes in se currentes equo deturbauerit. Quibus ex rebus non iniuria Teutonicus ACHILLES appellatus est: in quo non solum militares artes & Imperatorie virtutes singulari quadam gratia reluxere, sed nobilitas quoque generis, proceritas corporis ac venustas, & virium robur, ac facundia lingua, admirabilem eum ac penitus diuinum reddidere*

III GEORGIVS Trapezuntius, Romæ, nonagenarius, qui in senectâ literarum omniumque oblitus dicitur.

Purchase full membership to immediately unlock this page

DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'
Full Membership gives
access to 797,885 ancient
and modern, fiction and
non-fiction books.

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



proxima urbis Romæ, globo bombardæ iectus occubuit) 17 Februarij, paulò ante horam tertiam matutinam, in Gallia

III SEBASTIANVS Munsterus in oppido Zingelheim cuius extat versio Riblicorum, Grammatica Ebraea, Cosmographia, variaque monumenta.

IOHANNES VVesselus Frisius, C.S E obijt Groninga 4. Octobris.

5460 Fasciculus temporum hoc anno terminatur, cuius auctor fuit, teste Tirthenio, WERNERVS Rolwinck de Laër Westphalus, Carthusianus, qui adhuc vixit anno 1494. vt idem scribit. Huic libello postea adiectæ sunt additiones vsque ad annum 1518. 1490

Nati sunt:

I. ALBERTVS Dux Prussiae, 17. Maij, hora 10. ante meridiana, Onolsbachij

II. ALBERTVS Marchio Brandenburgensis, Archiepiscopus Moguntinus, 28 Iun hora 2. pomeridiana.

III. IOANNES Waiwoda Transyluaniae, postea Rex Vngariae, 29 Martij.

IIII. FERDINANDVS Dux Albanus, qui in Belgico bella gessit, 25. Aprilis,

V. VALENTINVS Friedlandt Trocedorfus, Rector illustris Gymnasij Goltbergensis, in pago Trozendorff prope Gorlicium.

MATTHIAS Rex Vngariae, Turcarum terror appellatus, Apoplexia correptus obijt Vienna 6 Aprilis, die Martis post Dominicam Palmarum, etat. 47 regni 33. Leones qui Buda detinebantur, omnes eodẽ die interiẽre Bonfin. Matthiae in regno Vngariae successit VLADISLAVS II. Rex Boemorum, filius Casimiri Regis Poloniae

5461 Hoc anno nati sunt:

I. HENRICVS VIII. Rex Angliae, 28. Iunij, hora sesqui vndecima ante merid

II. MARTINVS Bucirus Theologus, Sletstady.

Nico.

NICOLAUS de Creuzenach Theologus, Vienna
obijt Tritthemius.

5462

NOVÆ INSVLÆ REPERTÆ
à CHRISTOPHORO COLVM-
BO Genuensi.

Memoria & consideratione dignissimum est, quòd
vnà cum literarum & studiorum instauratione to-
tus penè mundus renouari, & certarum opum
accessione augeri & ditari cœpit. Nam quod au-
ditu mirum est, tam *vixit* ille (Dei beneficio)
fuit hoc tempore: vt nostro orbi, hætenus in-
cognitas & reconditas quasdam Insulas, nobis
promeret, ditissimumque earum penu aperiret,
felicem hunc noui orbis partem (vt ita dicamus)
obstetricum in morem, studio, industria & labore
suo adiutantibus ac promouentibus viris peregrini-
nationum audis, & ad subeunda sustinendaque, pe-
ricula impauido animo præditis: inter quos facile
princeps fuit CHRISTOPHORVS COLVM-
BUS, qui hoc ipso anno à Rege Hispaniæ nauibus
instructus, Calendis Septembris soluit ab ipsis lit-
toribus, qua nauigatione multas Regiones & In-
sulas orbis hætenus incognitas inuenit: quas po-
stea Rex Hispaniæ coli & frequentari iussit. Ea de
re ita Bembus hist. Venetæ lib 6. *Columbus homo
Ligur, ingenio peracris, qui multas emensus regiones,
multum maris & Oceani perlustrauerat, tribus cum na-
uibus ad Insulas fortunatas, quas Canarias appellant,
profectus, atque ab eis tres & triginta totos dies occiden-
tem secutus solem sex numero Insulas reperit, quarum
sunt dua ingentis magnitudinis, quibus in Insula Lusci-
nia Nouembri mense canerent, homines nudi, ingenio mi-
ri, lustribus ex vno ligno factis uterentur. Frumentum hi
habent, quod Maizem appellant, multò quàm nos, spica
& culmo grandioribus, arundinisque folijs & plu-
rimo*

rimo ac rotundo grano, quod sp̄ca infixum membrana pro aristo vestitur, quam quidem maturescens reiciat. Animalium quadrupedum genera habent per p̄uca: autum vero longè plurima. Cum vno harum duarum Insularum Rege foedere inito Columbus 38 ex suis apud illum relictis (qui mores & sermonem gentis addiscerent, seque brevis rediturum expectarent) decem ex Insularibus secum ducens, in Hispaniam rediit. Hoc illorum itinerum origo, institutaque ad incognitas orbis terrarum oras navigationis hoc initium fuit. Anno autem insequente, ut pollicitus fuerat Columbus, cum nauibus 17 & militibus & fabricis & comitatu omnium generis iussu Regum eodem rediens, propter solis bonitatem, magnitudinemque Insulae, oppidum opportuno loco condere, ac terram colere cepit. Arborea frondibus nullo anni tempore spoliabantur, vna aut altera excepta, quarum Hispani, praeter primam palmamque, nobis cognitam viderunt nullam. Insulares à suis Dys, quos Zemes appellant, eiusmodi responsa accepiss̄ constat: venturam eò indutam vestibus gentem, qua regionem subiret, & ipsorum Deos aboleret.

FERDINANDVS Rex, cognomento Catholicus, partem **BETICAE**, quam **GRANATAM** vocat, à Mauris septingentos octoginta annos (alij 878) occupatam, recepit & recuperavit, pulsisque Saracenis & Mahometica superstitione abolita, templa Christianae religioni condidit, & de omni regno tandem cum magna nominis gloria triumphauit: vnde & Catholicus cognomentum meruisse putatur. Taraph Vide lib. editum de expugnatione regni Granatae.

DOMINICVS de S. Gemignano, I. C. praestantissimus, qui praecipue in Iuris Pontificij interpretatione clarus habetur, circa hunc annum floruit. Forster

Die 7 Nouemb. ingens saxum de caelo decidisse fertur apud Einsheim Alsatia oppidum quod pendet ibidem in templo, pondere aequans libras 246.

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



quem pro asserendo in libertatem hominibus, in exilium sublimi nostrae redemptionis effudisti. Paulo post ingreditur cubiculum HIERONYMVS Saonaro-la Ferrariensis, caelestis doctrinae praedicator egregius: is hortatur ut fidem teneat Ille vero tenere se ait in omissis. Deinde ut quam emendatissimè posthac vivere destineret: facturum obnixè respondit. Postremò, ut mortem si necesse sit æquo animo toleret. Nihil verò, inquit ille, iucundius, siquidem ita à Deo decretum sit, &c Petrum filium monuit, virtutem modò & bonam mentem cole-ret, non de futurum caelitus patrocinium. Benè con-sulta bonos eventus paritura: & quoniam, inquit, ciuitas omnis corpus est (quod aiunt) multorum ca-pitum, neq; mos geri singulis potest. memento e-iusmodi varietatibus id consilium sequi semper, quod esse quam honestissimum intelliges, magis-que vniuersitatis quam seorsum cuiusque ratio-nem habeto, &c. Ita expirauit vir ad omnia sum-ma natus, & qui flantem reflantemque toties for-tunam vsque adeò sit alterna velificatione mode-ratus, ut nescias vtrum secundis rebus constator, an aduersis æquior ac temperantior apparuerit. Ingenio verò tanto fuit, ut quibus in singulis ex-cellere alij magnum putant, ille vniuersis pariter emineret. Literatos homines magno studio com-plectebatur, multum honoris & reuerentiae is ex-hibebat. Multum operæ in conquirendis toto or-be terrarum linguarum vtriusque voluminibus. posuit, im-manesque sumptus ea in re fecit *Hac Politianus.*

Reliquit LAURENTIUS tres liberos, qui omnes bre-ui tempore & principatu & ciuitate eiectione exulatam abierunt Post annos vero 21. IOHANNES Me-dices, Laurentij filius, summum Pontificatum Ro-mae adeptus, dictus est LEO X. Perpetuam sanè memoriam literarum studiosi debent Laurento Medici, qui cum opibus & autoritate polleret, post
NICO-

NICOLAUM V. Pontificem Romanum, sua liberalitate linguarum & artium instauratione in Italia plurimum adiuuit, inuitatis ad se viris doctis e Græcia profugis. Vnde velut ex celebri Emporio præclaras literarum merces, in Germaniam importarunt nostri homines, quorum primus fuit RUDOLPHVS Agricola. proximus ab hoc IOHANNES Capnio: tertius Magnus ille ERASMVVS Roterodamus.

5463

Turca CHADVME Bassa (qui Leonclauso IACVPE S Aga dicitur) duce, Illyricorum, Vngarorum & Croatorum coniunctas copias, quorum precipui duces fuerunt EMERICVS Dranceus & BERNHARDINVS Frangepanus, in apertis Liburnia campis (que nunc CROATIA est) non procul à Sauro flum. magno prælio ceciderunt die 9. Septembris: ita ut Christianorum 5077. ex hostibus vero circiter 1000. occubuerint. In huius strage Christianis illatæ testimonium, casorum cadaveribus iussu Bassæ, capita & nasi abscissi, & plenus rebusculus Constantinopolim transmissi sunt. Bonfi. Leonc. Cuspin Drechsler. & alij

1493

Ab hac clade decurrerunt anni 100. vsque ad prælium SISSECCANVM Anno 1593 cum Turcis feliciter commissum. quo CROATIA hoc dedecus diuina vltione quasi absterfit.

Inaudita lues, que vulgè nominatur SCABIES GAL-LICA, hoc tempore in Europa multos homines inficere cepit, & paulatim a'Ita atq; alia loca inuasit. Augescentibus hominum peccatis, auxit DEVS pœnas peccati.

Nati sunt:

I. IUSTVS Ionas Northusanus Theol 5 Iun.

II. SIMON Grynæus de bonis literis benè meritus: cuius scripta sunt in medio, Feringæ Sueviæ oppido.

FRIDERICVS III. Imperator moritur Lynzj, ætat. 78. die Lunæ post assumptionis Mariæ, 19

Augusti, quo etiam Cæsar Augustus ante annos 1478 obierat. Fuit duobus annis maior Augusto, & ab eodem tribus in imperio annis superatus. quòd hic an. 53 mens 3 diebus totidem, ille verò 56. an. regnavit. Sepultus Viennæ in æde D Stephani. Hunc Imp Syluius in Europæ sua cap 22. his verbis prædicat: *Multa sunt in hoc Cæsare, inquit, qua laudare possis. Corpus egregium, & species Imperatore digna, animus sedatus & tranquillus, ingenium perspicax, memoria tenacior, religionis ardens Zelus, ingens cupiditas pacis & otii. Singularem virtutem in quodvis homine diligit, dignamq; præmio ducit, in rebus gerendis tardior ac remissior est Tenacem pleriq; accusauerunt, & ad rem nimis attentum.*

MAXIMILIANI I IMPERIVM.

5464 CAROLVS VIII Rex Gallia Florentiam ingreditur, 1494
 ibiq; statum Reipub. mutat & postea regnum NEAPOLITANVM occupat Comineus.

FRANCISCVS GVVICCIARDINVS historiam suam ab hoc anno exorsus, perduxit ad an 1531. magna cum eruditionis, sapientiæ & fidei laude atque commendatione

Nati sunt:

I. FRANCISCVS I Valefius Rex Gallia, 12. Septembr. Coignaci oppido Gallia in ditione Santonum.

II. IOHANNES Pseffinger Theologus Lipsensis, 27. Decembris

III. GEORGIVS Agricola Philosophus & Medicus, die 24. Marty, inter horam 4. & 5. vespertinam, in oppido Misnia Glaucha.

Hoc anno obierunt tria literarum lumina:

I. HERMOLAVS BARBARVS, Venetus, Patriarcha Aquileiensis, æt. 41. Huius opera & auxilio (vt sonat eius Epitaphium) Latio pulsa est barbaries. De laudib. Hermolai vide Eras Chil. I. c. 4 a 39.

II. IOANNES PICVS Mirandulæ Comes, men-
 se No-

Purchase full membership to immediately unlock this page

DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'
Full Membership gives
access to 797,885 ancient
and modern, fiction and
non-fiction books.

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



mox die 3 Nouembris eiusdem anni prima audientia (quam vocant) habita & die 26 Februarij anni sequentis 1496 prima sententia Banni Imperialis pronunciata est.

EBERHARDVS Comes Wirtembergensis Dux creatur in primis Comitibus Maximiliani, VVormatiæ die 21, Iunij.

Nati sunt:

I. IOHANNES Forsterus Theologiæ Doctor, cuius Ebraicum Lexicon extat, Augustæ Vindelicorum.

II. **EBERHARDVS Schnepfius Theologus, Hailbunnæ.**

III. **SEBASTIANVS Schertlinus Sueuus, Vir militaris, 17. Januarij.**

GABRIEL BIËL Theologus doctissimus, & inter Sententiariorum Scriptores præcipuus, in Tubingensi Academia obiit.

§466 Hic terminatur **CHRONICON BONFINII** de rebus Vngariæ. 1496

Nati sunt:

I. **BERNHARDVS Ziglerus Eques Misnicus, Theologus, die 10 Nouembris.**

II. **CVNRADVS Heresbachius V. D. & Ducus VVILHELMII Iuliacensis Consiliarius in Ducatu Montensi, in prædio paterno Heresbach, Cal. Augusti mense circa hor. 2.**

Obierunt:

I. **EBERHARDVS Dux Wirtembergensis & Tecensis, 24 Febr (die S Matthiæ) hora media quarta pomerid. ætat 52. incunte, Tubingæ in arce Palatinâ.**

II. **PHILIPPVS Callimachus Poëta, Orator & historicus excellens, obiit exul, Vlnæ**

§467 **AMERICA REPERTA.** 1497

AMERICA inuenta, sortita nomen ab **AMERICO VESPVTIO**, eius primo exploratore, ex mandato

dato Regis Castilæ. Propter magnitudinem ap-
pelatur quarta pars orbis, quæ hodie tota circum-
navigata est, præter eum tractum, qui Septentrio-
nem aspicit, cuius littora nõdum perlustrata sunt.
Huius pars quæ septentrionalior est, NOVAM
HISPANIAM, MEXICANAM prouinciã,
TERRAM FLORIDAM & TERRAM NOVAM
comprehendit. Meridionalior uero (quæ TERRA
FIRMA Hispanis vocatur) PERUVIAM &
BRASILIAM continet.

*Prima COMOEDIA, cuius autor fuit REUCHLI-
NVS, in Germania acta est 31. Ianuarij, in honore
Dalburgy Episcopi VVormatiensis Magna fuit accla-
matio & gratulatio, quod Germanus Poeta tale quid
scripsisset.*

Nati sunt:

PHILIPPVS MELANCHTHON, Vir de suis
scriptis notissimus, die Iouis post Dominicam In-
uocavit, 16 Febr. minutis 6 post horam 7. pome-
ridianam, in oppido Palatinatus Breita.

II WOLFGANGVS MUSCVLVVS Dufanus, 8.
Septembr. in oppido Dusa, in finib Germaniæ &
Alatiæ, fuit Monachus per 15. annos.

III LVDOVICVS Fachsius, I.C. die 31. Ianuarij,
horis duabus ante meridiem.

Hoc seculo floruerunt: **PETRVS Crinitus**, qui de
*Poëtarum etatibus scripsit, Politiani discipulus: IACO-
BVS Bergomensis, qui supplementum Chronicorum
scripsit, & vsque ad annum 1486. deduxit. SEB A-
STIANVS Brandt, qui germanica lingua vulgavit
libellum, quem appellauit Nauem Narragonia, aut potius
Nauem Stultorum, in quo causam & radicem omnis
stultitiæ eleganter exprimit, mores hominum carpit,
& salutaria remedia v. tiorum tradit TRITHEMIVS
IOANNES Manardus Medicus Ferrariensis: BA-
PTISTA MANTVANVS Monachus & Poe-
ta: IOVIANVS Pontanus. RAPHAEL Volater.*

*ranus: IASON Iur. Consultus: IOANNES NAV-
CLERVS: GAGVINVS historicus: AMBRO-
SIVS Calepinus: PHILIPPVS Beroalms, &c.*

HIERONYMVS SAVONAROLA Ferranensis, Do-
minicanus Monachus, cum 9. Apr. acerbis qua-
stionum cruciatibus excarnificatus esset iussu A-
lexandri VI. Pontificis Romani vna cum duobus
sociis, Syluestro Florentino, & Dominico de Pisis,
Ordinis Prædicatorum, Florentiæ laqueo suffo-
catus & crematus est 23. Maij, ætat. 46. Hic inter
metuendos carceris horrores, & imminendis sup-
plicij angustias, scripsit meditationes in Psal 51. &
31. verbis viuis (ita de eo loquitur Sixtus Senen-
sis, Bibliothecæ sanctæ autor) animatis sententijs,
& Spiritus fervore flagrantissimis. Vaticinatus est
de vastitate Florentiæ, Romæ, & reformatione
Ecclesiæ, &c. A Ioanne Francisco Pico Mirandu-
lano, & Marsilio Ficino defensus, & tanquam Pro-
pheta celebratus. Philippus Cominuzus lib. 3 de
bello Neapol. recitat suum cum Sauonarola collo-
quium, & vaticiniorum eius meminit. Item in fine
libri 5 de Hieronymi extremo supplicio

BAPTISTA MANTVANVS *edidit Eclogas 23 Au-
gusti. Prefat.*

Nati sunt:

I. **THOMAS CRANMERS** Archiepiscopus
Cantuariensis ex generosa prosapia, die 2. Iulij.

II **HIERONYMVS** Baumgartnerus patricius No-
rinberg. vir sapientiss & doctissimus, die 9 Martij,
Norimbergæ.

III. **ANDREAS Osiander** Theologus, die 19. De-
cembri. Cardan.

VOLATERRANVS *scribit, se hoc anno vidisse apud va-
da Volaterrana repertam & in litore extinctam bala-
nam, magnitudine æquantem 100. pedes, & cuius dorsi
vertebra 60 fuerint.*

Bellum ab **HELVETIIS** cum **MAXIMILIANO**
Imp.

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



*habebat aures, inque eis Adamantes & Sapphiri, unio-
nesque duo: in brachijs armillas aureas, à cubito vsque ad
manum, distinctas lapidibus preciosis innumeris, eisdem-
que incredibili valore. crura pariter exornabantur, &
in digito pedis vernabat lapis preciosus splendore incom-
parabili. Hac de re vide Aloysij Cadamusti Navigat. cap
63 & 73. De eodem Volaterranus: Auspicijs Emanuelus,
inquit, Regis Lusitanie, 12. nauibus emissis reperta est
Insulanona & maxima, quam Sanctam Crucem nostri ap-
pellauere. In hac sunt homines Anthropophagi. Caicibus
portum attigerunt, sexto postquam domo discesserunt
mense. Lusitani sex tantum saluis nauibus 16. mense
quam discessere domum reuersi sunt.*

METHONE CAPTA.

BAIAZETES II. Turc. Imp. Solymani cum, **METHO-
NEM**, alias **MODANAM**, urbem Peloponnesi muni-
tissimam, quam tunc Veneti tenebant, post diuturnam
obsidionem occupauit oppidanos ad unum omnes, Vene-
tos pariter & Grecos, aliosque nobilissimos in ciuitate
viros, ad se pertractos, in conspectu suo mactari iussit,
edificia maxima ex parte incendit, & ipsum Methonen-
siu Episcopum, ita ut erat muratus & sacra veste in-
dutus, obtruncauit, 10. Augusti. Drechs. Mecho. Io-
uis. Eodem tempore & **CORONA** Peloponnesi in
MESSENA urbs maritima à Turco occupata est.
Leonclau.

LVDOVICVS XII Gallie Rex capto **LVDOVI-
CO SFORTIA**, Mediolanum occupat, & an. 13 ob-
tinet.

ALEXANDER VI PP. hoc anno Romæ celebra-
uit octauum Iubilæum Pontificium, & anno se-
quenti per legatos suos in Germaniam atque ali-
as longinquas prouincias diplomata cum amplif-
simis Iubilæi indulgentijs misit, eaque passim ven-
didit propter eos, qui Romam venire neglexe-
runt, vel venire non potuerant. Volater.

547^o

1500

Memorable est responsum huic Alexandro ab Hieronymo Donato Legato Veneto aliquando datum *Quæritanti enim per iocum Pontifici, quibus tandem titulis vrbs Veneta possessi Hadriæ niteretur? Festiuè respondit Donatus: Constantini illam notissimâ donationem, si sub oculos veniat, opistographam comparituram, & versâ paginâ id de quo quæreretur palam exhibituram.*

ADAGIA ERASMI numero fermè 800. edita 15. Iunij (ætatis Erasmi an. 34.) quæ minus a collectanea insequentis tempore nouis accessionibus subinde audita in tantum opus accreuerunt, quale hodie cernitur.

Hoc tempore desinit **CHRONICON IOANNIS NAUCLERI** Præpositi Tubingensis, quod continuatum est per Laurentium **SVRIVM** Carthusianum vsque ad a. Christi 1564.

Nati sunt:

I. **CAROLVS V. Imp. PHILIPPI** Regis **HISPANIARVM** filius, Gandauno Flandria, 24. Februarij, die Martiæ. A morte Salomonis 2500 à nato Romulo 2268. Cyro 2098. Alexandro M 1854. Iulio Cæs. 1598. Augusto 1561. Constantino M. 1228 Carolo Magno 758 à Roma condita 2250 à Carolo Magno Romæ coronato 700. à primo Cõsulatu Theodosij Magni 1120. **ZENOCARVS** scribit, baptizatû esse Carolum die 7. Martij (ab eius nauitate 13) & infanti apud baptisterium septē munera donata fuisse. I. **PHILIPPVS** pater donauit Ducatum Lutzenburgensem. II **CAROLVS** à **CROIA** Symacus satrapa argenteam Galeam auro phœnice insignitâ & affabrè elaboratam. III. **BERGENSIS** Dynasta a. cum Gladium. IIII. **MARGARETA** Britannica Caroli Valesij Burgundiz Ducis vidua, infantem vlnis suis balulans Poculum aureû lapillis preciosis plenu. V. **MARGARETA** Maximilianî Cæsaris filia Philippi Hispaniæ Regis soror, infans amica, Pate-

5470

Pateram auream margaritis & vnionibus refer-
tissimam. VI. GANDAVVM vrbs natalitia, Na-
uim argenteam. VII. ABBATES Vetus & Nouū
Testamentum, cum hac inscriptione: Scruta
mini scripturas. ZENOCARVS in hu more suo
philosophatur, & significationes de futura infantis for-
tuna considerans, Primū munus interpretatur de digni-
tate Casarea puero attribuenda, eò quòd ex domo Lu-
tzenburgica celeberrimi Casares produissent, Carolus
III. Sigmundus, &c. Secundum exponit praestantiam eius
fore omnibus admirabilem, vt Phœnicem, aut rarissimam
Tertium gladium iusticiae vindicæ Imperatori convenien-
tem Quartum & Quintū amplissimas prouincias auri &
margaritarum feracissimas puero obiecturas Sextā na-
uigationes prosperas in noui orbis Insulas argento & auro
abundantes. Septimum Curam religionis ac fidei tuenda
Carolo mandatam esse.

II. IOACHIMVS Camerarius, vir de scriptis suis ce-
lebris & clarus, 12. Aprilis, quadrante horæ post
10 ante merid. Bambergæ.

III. PETRVS Martyr Vermilius Theologus, 8. Se-
ptemb. Florentiæ vrbis Italiae florentissima.

III. HENRICVS Bullinger Theologus Tigurinus.

V. IOACHIMVS Mollerus Senior, Senator Rei-
pub. Hamburg grauiissimus, & nomine Reipub
praefectus arcis Ruzbuttel, die 25 Martij, Ham-
burgi

VI. IANVS Cornarius Medicus, Zviccauiæ.

ALBERTVS Dux Saxonie, pater Ducum GEORGII
& HENRICI, auus MAVRITII & AVGVSTI
Electorum, moritur in expeditione contra Frisios, 12.
Septembrius, etat. 57 sepulchus Misna.

5471

Facultas THEOLOGICA Acad. MOGVNTINÆ
imitata Synodi Basiliensis decretum, itemque Pa-
risienses & Colonienses Theologos decreuit &
statuit sentiendum, MARIAM Virginem sine
peccato

1501

Purchase full membership to immediately unlock this page

DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'
Full Membership gives
access to 797,885 ancient
and modern, fiction and
non-fiction books.

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



5472

res in suas partes pertraxerunt, exorta est conspiratio
& rebellio Agricolatum aduersus Episcopum & Cano-
nicos, qua dicta est Liga rusticorum, Bundschuch.
Præcipuus coniurationis articulus fuit, ut aucti numero
omne iugum seruitutis excuterent. Heluetiorum more
armis libertatem sibi vendicarent. & Magistratum o-
mnem abolerent, &c. Vide additiones Nicolai Basi-
lij in Chron. Nauclet. item Append. Ursperg.

1502

CONRADVS Pellicanus æt. an. 24. fratribus Mi-
noritis Basileæ ordinarius Theologiæ præficitur
lector & professor. Vita Pellicani.

Nati sunt:

I GREGORIUS XIII. Pontifex Rom. aliàs Hugo
de Boncompagno, die 7 Ian Bononiæ.

II OTTHO HENRICVS, Ruperti filius, Elector Pa-
latinus Rheni, 1. Aprilis, Ambergæ.

III GEORGIVS Maior Theologus, die 25. A-
prilis, inter horam 1. & 2 pomerid. Norim-
bergæ.

IIII CÆLIUS SECVNDVS Curio Italus, Philo-
sophus eximius, Cyriaci Taurinorum oppido.

V. IOHANNES PISTORIVS, literatissimus Theo-
logus

5473

Insignis fuit hic annus aliquot Principum ortus

1503

I. FERDINANDVS Imperat. Vngariæ & Buemiæ
Rex, Caroli V Imperat. frater, nascitur 10 Mar-
tij, hora 9. post merid. Modinæ in regno Casti-
liæ.

II. Hoc anno 23. Iulij, scribit Mechouius, natam esse
ANNAM, VLADISLAI Vngariæ & Boëm. Re-
gis filiam, FERDINANDI Imp. Coniugem.

III. CHRISTIANVS III. FRIDERICI I. Da-
norum Regis filius, Rex Daniæ & Noruegiæ na-
scitur 12. Augusti, hora 3 post meridiem.

IIII IOHANNES FRIDERICVS Elector Saxo-
niæ, IOHANNIS filius, in lucem editus 30. Iunij,
futuri sui fati omen ex aluo matris secum tulit

Nam

5473

1503

Nam, vt ex hominum fide dignorum sermonibus accepti, nascenti visa est in dorso crux aureo colore fulgens, quam vbi conspexit à matronis aulicis accersitus Sacerdos, vir pius & admodum senex, pro omine hoc arripens: *Hic puer, inquit, crucem gestabit toti orbi conspicuam, cuius iudicium tam manifestum in ipsius ortu sese exerit* Eius rei initium quoddam hoc fuit, quòd mater Sophia 12. die post partum extincta est. Hæc ideo annotamus, quòd à nemine literis hætenus sint prodita, non indigna tamen, quæ ad posteritatis memoriam transmittantur, cum euentus præfagium hoc manifestò declararit & comprobant.

V. PHILIPPVS bellicosus Comes Palatinus Rheni, Ruperti filius, die 12 Nouembris.

VI. IACOBVS Mychilus natus est die 6. Aprilis, media hora 6. Argentinz.

Obierunt:

I. ALEXANDER VI. Papa per ministri incuriam epoto veneno, quod furtim iusserat dari Adriano Cardinali familiari suo, cuius in hortis conabat, obiit 18. Augusti. Hic Alexander VI. filio suo Cæsari Borgiæ cædibus ac rapinis regnum parabat, ideoq; conuiuium splendidum instruxerat, vt quosdã præcipuos viros inuitatos venenato puluisculo in vinũ insperso tolleret, eorumq; exuijs filium ditaret. Factum est autem diuinitus, vt ministro lagenas errore quodã commutante, Alexander & filius venenum haurirent: alij purum vinum. Ita Alexander sibi, non alijs, exitiũ struxit. Filio etiã cum conualuisset parata fuit mors cruenta, quam & prædicere sibi visus est. Nam eius Apophthegma hoc fuit. O CÆSAR, Æ NVLLO: id est: *Aus Cæsar, aut nullus*. Tandem nihil factus est, cum propter nefarias technas trucidaretur. *Pon'anus de Prudentia lib. 4 cap. 16.* Alexander paulò ante Ioannem Michaëlem cuem Venetum Cardinalem

Ro-

5473

Romæ veneno necauerat. Causa interficiēdi hominem fuit aurum atq; argentum, quod is habere existimabatur, quarum omninò regū inexplebilis Alexandri animū cupiditas ad omnem iniquitatē incendebat, vt suo pecuniam exercitibus alendis suppeditaret, quos is Itatorum Principum regna occupare celerius posset, se iam senē. *Hæc Bembus in libro. Venet.* ALEXANDRO mortuo successit Æneas Syluij Pij II. ex fratre nepos, PIVS III. Quo post dies 26. extincto, electus est IULIVS II. Pape egregius bellator, tenuit Pontificatum an. 9. men. 3. Obserua. *Anatoli IV LII Casaris ad Pontificatum IV LII II. anni 1600 pleni.*

1503

II. IOANNES Dalburgius Episcopus Wormatiensis, quem generis nobilitas, literarum amor, ac doctrinæ præstantia immortalem reddiderunt, febre extinguitur Heidelbergæ 28. Iulij, ætat. 50. magno sui desiderio eruditis omnib. relicto. Præfuit Episcopatus annis plus minus 20. Fuit Rudolphi Agricolæ discipulus. Paralip. Vriperg.

5474

BRASILIA America regio à Lusitanis hoc anno inuenta. Circa hæc tempora desinit CRANTZII Chronicon.

1504

Nati sunt:

- I. PHILIPPVS Hassiæ Landgravius, 13. Nouembris.
- II. CASPAR Cruciger Senior Theologus, 2. Ian. manē hora 1. post med. noctis, Lipsiæ.
- III. IOANNES Machesius, Pastor Ecclesiæ in valle Iuachin 2, 24 Iunij, Rochlicij.
- III. PAVLVS Sagus linguæ Ebrææ perita & cognitione clarus, Tabernis Rhenentibus, 20. p. do Palatinatus.
- V. CHRISTOPHORVS Lasius Theologus, 6. Iulij, Argentina.

RVPERTVS, Osbonus Hent. et Elect. Palat. & Philipp. b. Il'cosi, parens, Comes Palat. Rheni, ætat. 23. obiit.

COLO-

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



- 5475 *in monumento suo hæc verba inscripsit* Sum Ioannes Io- 1505
 uianus Pontanus, quem amauerunt bonæ Musæ,
 suspexerunt viri probi, honestauerunt Reges, Do-
 minus Scis iam quis sim, aut qui potius fuerim. E-
 go ve: ò te hospes noscere in tenebris nequeo, sed
 te ipsum vt noscas, rogo. Vale.
- 5476 Academia FRANCOFORDIANA ad Viadrum 1506
 introducta est solenn ritu 27 Aprilis. Primus Re-
 ctor fuit Conradus Wimpina Francus, Theologiæ
 Pr. fessor.
- IOANNES Capnio primus Grammaticam Hebraicam
 Latine scripsit & edidit: vnà cum Hebraico Lexico.
 Prefat.
- RAPHAEL Volaterranus Anthropologiam suam scripsit
 MATTHIAS Mechouus historiographus Polonicus, Me-
 dicina Doctor & Astrologus, Chronicon suum terminat.
 Vixit adhuc anno 1515.
- Nati sunt:
- I. LVDOVICVS Rex Vngarie, Ladislaus filius, Calend
 Iulij.
- II. IOHANNES Sleidanus, scriptor historiarum nostri
 temporis
- III. GEORGIVS Buchananus Scotus, qui historiam re-
 rum Scoticarum descripsit, Cal Februarij, in Ebur-
 nia Scotia Prouincia ad Blannum amnem, in villa
 rustica.
- Obierunt:
- I. PHILIPPVS Hispaniarum Rex, MAXIMI-
 LIANI Imperatoris filius, CAROLI V. pater,
 die 25. Sept. ætat 28. mens 3. d 3 Granatæ prope
 Burgos.
- II. CHRISTOPHORVS Columbus Genuensis,
 nouarum terræ partium nostro seculo primus in-
 uentor, post quartam in nouum orbem nauiga-
 tionem, 8. Maij, Valledoleri in Hispania.
- 5477 Bellum oritur inter MAXIMILIANVM Imp & Vene- 1507
 ros Svrinis.

5477

SIGISMUNDVS coronatur Rex Polonæ 24. Ianuarij
regnat an 42. incboat.

1507

LUTHERVS in Cœnobio Erphurdiensi primitias
sui sacerdoti celebrat, primamque Missam cantat
Dominica Cantate (2. Maij) ætatis 24. à confir-
matione primatus Papæ 900.

Nati sunt:

I. **GEORGIVS**, Ernesti filius, Princeps Anhaltinus, 14.
Augusti.

II. **CHRISTOPHORVS** à Carlewitz, in Roten-
bauß, IIII. Imppp item Electorum & Ducum Saxonie
Consiliarius, qui familie sue hereditariam Equitum au-
ratorum in S. Romano Imperio dignitatem impetrauit,
14 Decembris.

III. **IOANNES** Sturmius, studiorum in Schola Argen-
toratensi Gubernator, & Orator nostro seculo celebris, 1.
Octobris, hora 2. post meridiem, Sleida oppido inter Vbios
non ignobilis.

III. **VIGLIVS** Zuichenus Frisius IC. die 19. Oct. Forsterus.

V. **IOANNES** Oporinus Typographus, die Conuersionis
Pauli 25. Ianuarij, Basilea.

M. **ANTONIVS** Coccius Sabellicus, scriptor hi-
storiarum Italicarum, moritur Venetus, ætat. 70.
Leander.

5478

IMPERATOR, PAPA & GALLVS confederati
Venetis bellum inferunt

1508

Magias Encomium editum ab Erasmo Roterodamo
9 Iunii Præfat De quo libro autor ipse in Adagijs
Chiliad 2. Cent. 2. Adag. 40. ita loquitur: *Lusimus*
Moria Encomion, cui non plus septem dierum operam im-
pendimus, idq, nullis librorum adminiculis adiuui. Nam
nostra sarcina nondum aduecta tum erat. Hoc quic-
quid est libelli, video candidis ingenis, & us qui bo-
nis literis sunt initiati, magnoperè probari, qui, præ-
ter iocanti, festiuitatem affirmant illis esse non pauca,
que ad corrigendos hominum mores magis confe-
rant, quàm Aristotelis Ethica, aut politica dogmata.

Et tamen audio nonnullos offendi, sed paucos, atque hos eiusmodi, ut nihil probent nisi barbarum, insulsam & ab omnibus Musis alienissimum. Ego neque mordeo quempiam nominatim, nisi forte meipsum, & odiosam illam scelerum ac vitiorum camarinam usquam mouens, ridicula quadam magu quam fœda paucis attingo. Sed taxas, inquirunt, Episcopos, taxas Theologos, taxas Principes: Primi non animaduertunt, quàm hoc ipsum faciam moderatè, minimeq; odiosè. Deinde non meminerunt illius Regule, quam toties intulcat D. Hieronymus: Vbi generalis de vitis disputatio est, ibi nullus persona esse iniuriam, neque carbone notari quemquam quasi malus sit, sed omnes admoneri, ne sint mali, &c.

TRITHEMIUS scripsit librum de intelligentiis cœlestibus & spiritibus nescio quibus: ubi etiam de religionis mutatione (& quidem intra annos 13 aut 17 futura) ominari quædam ausus est his verbis: *Secta religionis, inquit, consurget, magna vitærum destructio religionum. timendum, ne caput vnum amittat bestia quarta* Genius verò, qui Trithemio hæc dictauit, albus an ater fuerit, ego non fatilè dixerim. Meritò suspectum est pius, quod ab autore mendaci, ac indice fallaci profectum est.

LUTHERVS venit Vitebergam ætat. 25. anno 6. à constituta Academia Vitebergensi: publicè prælegit Aristotelis Logicæ & Phisicæ.

ALPHONSVS Albuquerqueus ORMVZVM urbem & Regnum in sinu Persico, Emanuelis Lusitanæ Regi subiecit.

GEORGIVS Sabinus Poeta & IC. 23. Aprilis hora 7. antemeridiana natus est Brandenburgi.

Obierunt:

I. **PHILIPPVS** Elector Palat Rheni, die 27 Februarij

II. **LVDOVICVS** Bologninus IC & Eques, qui Bononiæ ac Ferrariæ iura interpretatus est, Florentiæ, ætatis 61. Schrad. Forst.

III. **CVN.**

Purchase full membership to immediately unlock this page

DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'
Full Membership gives
access to 797,885 ancient
and modern, fiction and
non-fiction books.

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



5479

rura bonitate vsuque rerum ad sapientiam civilem instructissimus, qui licet Latinas non attigerit literas, magna tamen cum laude crebrisque sententiis refertur ad duorum Regum Gallie, LUDOVICI XI eiusque filij CAROLI VIII. historias descripsit lingua Gallica, in Pictonibus, 17 Octobris, et. an. 63.

1509

5480

BERLINI in Marchia Iudæi supplicio affecti sunt propter panem consecratum contumeliosè tractatum, 38 exusti, & duo decollati, 19 Julij.

1510

MARTINVS Lutheius, æt. 27 Romam vidit, missus illic à suis fratribus ad negocia ipsorum expedienda.

GOA, ubi nunc Proregum India & Schola Iesuitarum celeberrima sedes est, 6 Februarij primùm occupata.

Hoc anno ortum est bellum literarium inter **REUCHLINVM** & **COLONIENSIS** quosdam Monachos. de libris Iudæorum, cuius rei multa fit mentio in Reuchlini Epistolis. Mandauerat Maximilianus Imperator Reuchlino, ut, quid de cremandis Iudæorum libris sentiret, in modum consilij referret, & scriptum Archiepiscopo Moguntino transmitteret Cæsari reddendum. Ille in partè benigniorem propensior, iudicavit scripta quædam Iudæica conseruanda, quædam vero blasphe-ma exurenda. Fuerat autem Colonia Iudæus quidam baptizatus, cognomento Pfeffertorn/qui & anno 1514 ob panis consecrati violationem in Salinis Saxonie candentibus forcipibus discerptus & crematus est: hic autor eius consilij fuerat, ut de Cæsaris mandato singuli Ebræorum libri, præter nudum Bibliorum textum, comburerentur, vel saltem, ut quidam suspicati sunt, igni adiudicarentur, ut ante executionè Iudæi granditer libros suos ab incendio redimerent, quod si fieret, consilij illius autor auri partem acciperet. Quem conatum suum cum Iudæus Reuchlini consilio eludi cerne-ret, sparsis libellis famosis, eum apud multos in odium

5480

dium & inuidiam vocauit. Librum verò Reuchlini Colonenses flammis tradiderunt quæ res in satisfactionibus inter doctos agitata est, alius Capnionem, alius Colonenses tuentibus. Tandem orto Lutherano incendio, fumulinum hoc (ut quidam tum appellarunt) certamen in fumum abiit. Vide Sleidanum lib. 2. sub anno Christi. 1520 ubi prolixius rem omnem exposuit.

510

Obierunt:

I. BOHVS LAVS ab Hassenstain, Baro à Lobkowitz, Poeta & Orator in vtraque lingua Græca & Latina clariss. totius Bohemie ornamentum, die 29. Nouembri.

II IOANNES Geiler Keiserspergius Theologus Argentinensis, 10 Martij, ætatis 56

III PHILIPPVS Beroaldus Bononiensis, Rhetor & Grammaticus, æt 60 Tritthemius.

5481

ALBERTVS Marchio Brandenburgicus, factus est Magister Ordinis Teutonici in Prussia, an. 321 ab instituto Ordine. Anno sequenti introductus est in urbem Regiomontanam.

1511

MALACA aurea Chersonesi metropolis ab Alphonso Albuquercio expugnata. Osor. lib. 7.

PHILIPPVS Melanchthon Tubingam venit.

Nati sunt:

I. PAVLVS Eberus Theologus, Kittingæ in Francia Orientali, die 8. Nouembri, hora prima post medium noctis.

II. ANDREAS Gerardus Hyperius, Theologus, die 16 Maij, hora 6. vespertina, Hyperis inclyta Flandriæ Vrbe.

III. IOANNES Fichardus IC, Francofan Mœn

IIII. IOANNES Bauhinus Senior Medic. & Chirurg. Doctor clariss. die S Bartholomæi, Ambiani in Picardia.

V. IOHANNES Goropius Becanus, Medicus & Philosophus excellentissimus, in vigilia D. Ioannis, ut ipse testatur lib. 7. Hermath. pag. 140.

5481

VI. FRANCISCVS Porius Cretensis, Theophili Porii Cret Fil Græciæ ornamentum, die 22. Augusti, qui fuit dies Veneris, sub auroram, in Insula Creta.

1511

VII. ERASMVS Reinholdus Mathematicus excellens, die 22 Octob. mane dimidiâ hora ante secundam, Salf-Idiæ in Thuringia.

5482

Pugna ad RAVENNAM commissa est ipso die Paschæ tu. 1. Aprilis, in qua clade memorabili Iulij II. Pontifici Rom & Hispanorum copia à Ludouico XII. Gallorum Rege victa & profligata sunt. Iulius victus ad 16000 suorum militum (Guicciard 10000. utrumq; cesare fert) amisit, & Ravenna à Gallis direpta est

1512

Eodem die Terra **FLORIDA** Americæ pars ad Septentriones obuersa, ab Hispanis, ductore IOHANNÉ PONCIO Legionense, primùm inuenta est. Gens hanc regionem incolens barbara est, sordida & inhumana, vescitur araneis, formicis, lacertis, serpentibus, cæterisque id genus venenatis & insectis Ipsa regio satis fructifera, etiam auri diues Incolæ sunt fuscicolous Nil illis securis velligonis lapideus Vice aratri sunt illis asseres, quibus terram aperunt, seminantque frumentum vulgò Turcicum, quod bis tēve in anno maturam frugem præbet. Abraham Ortel in Theat. orb terrarum

M LUTHERVS 19 Octob. etat 29 renunciatur Theologiæ Da D Andrea Carolostadio, Wittebergæ in templo arcis: a constitutione Academię Wittebergensis anno 10. exeunte Doctor. itaque Theologiæ titulo ornatus instituit enarrationes librorum certorum in Bibliis nempe Psalterij 1513 etatis 30 Deinde Epistolæ ad Romanos 1515 Epistolæ ad Galatas 1516. die 27 Octob. Interim & Decalogi præcepta publicis ad populum declamationibus, & reliquas Catechismi partes explanare cepit.

N. 11

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



*profligarunt, die 6. Iuny ita vt Heluetiorum quidem
1500. à partibus verò Gallorum 1000 cæsi perierint.
Guicciardin.*

MAXIMILIANVS Imp. duce **RVDOLPHO** Principe Anhaltino exercitum Venetorum, cui Bartholomæus Liuanus Princeps Venet. præerat, ad Bachilionem amnem non procul Vicentia, prouida irruptione impetuque vehementi aggressus, cum magna Ciuium parte, quos Liuanus ad spectandam Germanorum lauenam, tamquam ad certam paratamq; victoriam, euocarat, singulari virtute & felicitate dissipauit, protulit, concidit, & victoriam gloriosissimam reportauit, die 7. Octobr. Ex Venetorum exercitu (teste Guicciardino) 4000 equites cataphracti, & 4000. pedites cæsi & capti sunt: Alij 7000 trucidata asserunt.

TATARI Presopenses in Podolia, Volhynia & Russia diruptionibus & incendijs grassantes, memorabili prelio à Polonis & Lithuanis. duce **CONSTANTINO** Ostrogio, ad Lepuznam & arcem Visnoueciam victi & profligati sunt.

ALBERTVS Episcopus Magdeburgensis, factus est Archiepiscopus Moguntinus, 9 Martij Sedit an 32 Iust. Bruschi.

BLASCVS Nonius Valboa in Nouo orbe Isthmo transitio, Austrinum mare ad Panemaidem, & regiones **PERVANAS** primus inuenit.

Nati sunt:

I. IOHANNES, Ioach. I Elect. Brandeb. filius, Marchio Brandeb. Princeps sapiens & eloquens, 3. Augusti.

II ADRIANVS Albinus Iuriconsultus, & Illustris Principum Marchionum Brandenburg. in noua Marchia Cancellarius, 13. Octobris Laubene Lusatie superioris oppido Ita inter natalem Principis & Cancellarij vnus eiusdemque ditionis intercesserunt dies 70. Hoc ergo anno orta sunt duo illa magna lumina, quæ aulam

5483

Custrinensem præcipuè (de cæteris viris sapientibus & doctis nunc verba non facimus) illustrem & claram reddiderunt.

1513

III. **NICOLAUS Hemmingus Theologus doctissimus, C.S. E. in Dania.**

Obierunt

I. **IULIUS II. PP.** die 21. Februarij Successit die 11. Martij, **LEO X.** antea dictus Iohannes Medicus. Hic anno superior ad Rauennam fuerat legatus Iulij II. tunc quidem à Gallis captus, sed eorum manibus clapsus, circumacto anno die 11. Aprilis Pontifex Rom. coronatur: ut is dies, qui anno præterito ipsi infaustus fuerat, coronationis suæ celebritate ex atro in candidum verteretur. Iouius Sedit an. propè 9. A Leone I. ad Leonem X. anni 1074.

II. **ERNESTVS Dux Saxoniz, ERNESTI Elect. Sax. fil. Archiepiscopus Magdeb. 3. Augusti, ætat. 49.** Successit **ALBERTVS** Marchio Brandeburgensis.

III. **MARTINVS Polichius Mellerstadius primus Rector Academiæ Vitebergensis, die 27 Decembris.**

5484

SELYMVS Turcarum Imp. expeditionem aduersus ISMAELEM SOPHINVM Persarum Regem suscepit. Prælium in campo Zalderanus (quos à Iouio non rectè Calderanos appellari putat Leonclaus) non procul à ciuitate Choz, die 26. Augusti commissum est: in quo licet fortiter pugnaret Ismael, tandem tamen victus & fugatus est à Selymo, qui victoriam obtinuit. Leonclaus.

1514

SIGISMUNDVS Rex Polonia Moscos insigni clade affectos, ad Borysthenem, die 8. Septembris vicit & prostrauit.

PHILIPPVS Melanchthon prænotus in Magistrum, 25. Ianuarij, ætat. 18.

Nati

5484

Nati sunt:

1514

I. IOACHIMVS Mynsingerus à Frundeck nobilis Iureconsultus, Stutgardiae metropoli Ducatus Wirtembergici. Crufius.

II. WOLFGANGVS Lazius Medicus, & Ferdinandi Imp. Rom Historicus & Consiliarius, die 31 Octobris, minutis 24 post tertiam matutinam, Viennae Austriae.

III. IOANNES Gigas Pastor Ecclesiae Freistadiensis, cuius vtilia scripta Theologica multa que fecunda Poemata extant, 22. Febr. Northusij.

III. FRIDERICVS Staphylus Theologus, Osnaburgi in Westphalia.

V. IOACHIMVS Morlinus Theologus, die 6. Aprilis.

VI. ANDREAS Vesalius Medicus praestans & Anatomes illustrator, die 31. Decemb. Bruxellis celebri Flandrae vrbe.

VII. GEORGIVS IOACHIMVS Rheticus Mathematicus, die 16. Febr. minutis nouem ante horam 2, matutinam, in oppido Feldkirchen.

5485

HELVETII victi & caesi sunt memorabili strage à FRANCISCO Gallorum Rege, primo anno regni, die 13. Septembris, ad Marignanum in agro Mediolanensi. durauit praelium toto biduo *Annal Franc*

1515

PETRVS Galatinus Minorita, Ebraicae linguae scientia clarus, hoc anno ad Reuchlinum scripsit Epistolam, quam vnà cum Reuchlini responsione in Reuchlinianis Epistolis paulò ante libri finem reperies Hic edidit opus de arcanis Catholicae veritatis, in Ebraicis libris, praesertim in Thalmud inuentis, in defensionem Capnionis, & aduersus Iudaeorum obstinationem, Anno 1518.

BIBLIA EBRAICA (vulgò Complutensia) adiunctis trib translationibus Chaldaica, Graeca & Latina, Tomis sex sumptu curauit FRANCISCVS Ximenius Cardinalis, Archiepiscopus Toletanus.

VIEN-

Purchase full membership to immediately unlock this page

DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'
Full Membership gives
access to 797,885 ancient
and modern, fiction and
non-fiction books.

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



- 5485 *Ticinensi Gymnasio interpretis gratissimus die 4. Febr. Ticini. Schrader.* 1515
- 5486 **SELYMVS** Turcarum Imp. pater Solymani, accerimo praelio conflixit cum **MAMALVCIS**, non procul à Damasco, in quo praelio Sultanus Ægypti **CAMPSON GAVRIVS**, nefariè proditus ac desertus, à Caerbero Alepi præfecto, cum duobus præfectis Damasceno & Tripolitano, occubuit 26 Augusti, ætat 77. Unde postea Selymus brevi tempore **STRIAM**, **ÆGPTVM** & **IVDÆAM** suo imperio adiecit. Antequam verb Ægyptum peteret, Hierosolymam adiit, veterumque Prophetarum sepulchra veneratus, Christianis Sacerdotibus Sepulchrum Domini obtinentibus pecuniam in alimentis sex mensium largitus est. Inde expugnata Gaza, Ægyptum petiit. Mamaluci in Campsonis locum **TOMVMBEIVM** strenuū virū delegerunt Iovius, & alij.
- MAXIMILIANVS** Imp. Mediolanum irrito conatu obsedit.
- NOVI TESTAMENTI** Latina translatio una cum Annotationibus edita ab Erasmo Roterodamo
- LUTHERVS** disputavit contra Scholasticos Theologos, de libero arbitrio, meritis operum, & traditionibus humanis Propositiones extant I. Tom operum eius Latin.
- Vrbs VALLIS IOACHIMICÆ condita aut colta cæpta est, repertis argentis fodinis.*
- Nati sunt:
- I. **WILHELMVS** Dux Iuliacensis & Cleuensis, 27 Julij.
- II. **GEORGIVS SIGISMVNDVS** Seldius LL Doctor, & **CAROLVS** Imp. Consiliarius, &c die 21. Ianuarij, hora 1. post medium noctis, Augustæ Vindelicorum.
- III. **MODESTINVS**, Simon. fil. Pistoris, IC. clarissimus, in Misnia.
- III. **CVRADVS** Gesnerus Medicus & Philolophus, Tiguri.

5486

V. **GVARVS WEIGANDVS** Guarinus, artis Medicæ Doctor, qui multis annis feliciter functus est officio Archiatri in aula Custrinēsi, vir eximia doctrinæ, virtutis & integritatis laude præstantissimus, & amicus meus præcipuus, 6. Iulij.

1516

VI. **GEORGIVS** Fabricius Poëta excellens, & omnis antiquitatis studiosissimus, 24. Aprilis, intra h. 5. & 6. Chemnicij

VII. **HIERONYMVS** Wolfius Philologus, Oetingæ Rhetiz oppido.

VIII. **PETRVS** Gualterius Chabotius Philosophus, in oppidulo nomine Sanlupo in agro Pictauino Boissard. in Iconib.

IX **MARTINVS** Heluigius Nissenus, cuius extat tabula Chorographica Silesiz.

Obierunt:

I. **VLADISLAVS** Rex Vngaria, 13. Martij, atat. 61.

II. **FERDINANDVS** Rex Hispanie (ultimus in familia ARAGONIORVM, avus maternus Caroli V. quem regnorum heredem reliquit) 16. Ianuarij, aly 22.

III **BAPTISTA** Spagnolus Mantuanus Poeta, mense Martio, atat 72.

5487

Concilium **LATERANENSE**, quod **IULIVS II.** contra Pisanum indixerat, hoc demum anno finitum est 16 Martij in quo post recitatas orationes in laudem Iulij & Leonis, sententiæ dictæ sunt de bello in Turcas suscipiendo: de reformandis Ecclesiæ moribus: de Boemis ad Ecclesiæ unitatem ab errore reuocandis. Sleid Ponta.

1517

SELTIVS Turcarum Imperator **ALCAIRVM** (Memphim) munitissimam Ægypti urbem & Sultanorum sedem expugnauit 25. Ianua. plurimus ibi dediticis contra fidem datam crudeliter interfectus Capta vrbe **TOMVMBEIVS** Sultanus fugam arripens, cum se in palude quadam inter iuncos & arundines occultasset,

rasset, immersus aqua vsque ad summum pectus, captus
 & ad Selymum perductus est Qui iussit primùm tradi
 eum tormentibus, vt de Campsonis ihejauu quererent
 sed ille nihil præter suspiria & horribiles gemitus in sum-
 mis cruciatibus protulit Postea maioris ignominia causa
 mulo impositus, laqueo ad collum appenso, reuinctisque à
 tergo manibus, per totam urbem Alcairum circumdu-
 ctus, iuxta portam urbis suspensus & strangulatus per he-
 die (vt annotauit Sansouinus) 11. Aprilis Iouius, &c.
 Alij ad 13. Aprilis referunt Hic fuit finis regni M A M A-
 LV CORVM in Ægypto quod annis 300. eosdem te-
 nuisse in Pandecte Turcica scribit Leonclausus.

L E O X. Calendis Iulij, anno Pontificatus sui quin-
 to, fecit quintam ordinationem Cardinalium,
 quæ omnium quæ vnquam fuerunt, maxima fuit:
 quia simul 31. Cardinales creauit, inter quos
 fuerunt **L A V R E N T I V S** Campegius, **M A R C V S**
M u s u r u s, & **A D R I A N V S,** qui postea **L e o n i X.** in
 Pontificatu successit. Vide **O n u p h r.**

M V T A T I O R E L I G I O N I S.

M A R T I N V S L V T H E R V S (æt 34) 31. Octobris,
 in Vigilia Omnium Sanctorum (quæ tum fuit
 dies Sabbati præcedens Dominicam 21 Trinitat)
 publicè foribus Templi Omnium Sanctorum Vi-
 tebergæ affixit Propositiones contra Indulgências,
 quas Ioannes Tezelius Monachus Dominicanus
 venales circumferebat. Archiepiscopum quoque
 Moguntinum Albertum per literas orauit, vt lu-
 dulgentiæ loco Euangelium doceri iuberet
 Hoc fuit primum classicum totius mutationis in
 religione, quæ postea secuta est. Nos ne partiù stu-
 dio temerè iudiciù nostrum interponere videamur,
 nè verbis nostris iugulemur, solã nudamq, hi-
 storiam recitabimus aliorum verbis, nempe Poly-
 doni Virgilij & Laurentij Suriij Carthusiani Po-
 lydor lib. 8. cap 4. *Postremò vidit nostra ætas, inquit,*
reli-

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



nica & scriptis aliis. Simul etiam 95. Propositiones papam edidit, quibus Indulgentias oppugnavit. Contra verò Tezelus 106. Propositiones evulgavit, Lutheranis planè contrarias. Ex hac lite ortum est illud immane & horrentum incendium Lutheranum, quo tota penè Europa postmodum conflagravit. In ipsis huius tragœdiae initiis visus est Lutherus etiam plerisque viris gravibus & eruditis non pessimo zelo moveri, planeque nihil spectare aliud, quàm Ecclesie reformationem, cuius quidam deformes abusus non parùm malè habebant bonos omnes, &c.

Prauderunt autem ante hæc tempora ac discretè prædixerunt quidam Scriptores, futuram religionis mutationem ante mundi finem, quorum vaticinia referre longum esset, atque ab Instituto nostro alienum. Ac ne de antiquioribus dicam, sunt in hoc numero: **NICOLAVS Cusanus Cardinalis, IOAN. Lichtenbergius, IOACHIM Abbas, HILDEGARDIS, BRIGITTA, SANCTUS ANDREAS Proles Augustinianorum Prouincialis, IOANNES Hilten Monachus Isenacensis, qui quidem & annum mutationis assignasse fertur.**

Hic incipit SLEIDANI historia, complectens annos 39.

Nati sunt:

- I. CASPAR Colignius Castellonus Gallie Amiralus, in arce Castellonia ad fines Sabaudie, die 16. Februarij.**
- II. ANTONINVS Augustinus IC. & Episcopus Tarraconenlis, die 25. Februarij, Cæsaraugustæ in Celtiberia.**

Obierunt:

- I. MARCVS Musurus Roma huius anni autumno, cum paulò antè Monemvasiensis Archiepiscopus designatus esset, vix degustata Cardinalatus dignitate obiit. Fuit natione Græcus, nimirum Cretensis, sed Latine lingue usque ad miraculum doctus, quod vix ulli Græco contigit, præ-**

5487

ter Theodorum Gazam & Ioannem Lascaem. Hæc Erasmus.

1517

II. ALBERTVS Cranius S Theologiae & Decretorum Doctor, Ecclesia Hamburgensis Canonicus & Lector, qui Saxonia, Vandalia Dania & Gothia historiam descripsit, die 7 Decembris, Hamburgi Hist, lectus Lutheri propositionibus de indulgentiis, dixisse fertur: Frater, vade in cellam, & dic. Misere mei DEVS.

5488

MAXIMILIANVS Imperator postrema Comitia celebrat Augustæ, quibus vniuersi Electores interfuerunt: & in his primùm agi cœptum est de Lutheri negotio, de q, Cæsar 5 Aug. ad Pontificem Romanum scripsit, vt nascenti malo medicinam faceret, priusquam longiùs euagaretur ac serperet: moræ coniunctum esse periculum: quicquid ipse decreuerit, hoc se laudaturum, & vt per Imperii prouincias locum habeat, curaturum esse. Sleid.

1518

LUTHERVS Caietano Cardinali, Pontificis Legato se sistit Augustæ (ætatis 35) 12 Octobris. Caietano Palinodiam siue errorum reuocationem flagitante ac vehementer urgente, Lutherus errores demonstrari sibi petit, atque post aliquot dierum conflictatunculas, grauiora veritus, & vt Polydorus Virgilius loquitur, metuens ne Cardinalis ad extremum rem omnem magis impetro, quàm disceptatione definiret, datis ad Cardinalem literis, Augustæ discessit 20. Octobris, reuersus Vitebergam 31. Oct. quo die Teclium ante annum adorsus fuerat.

Eodem tempore Lutherus 16 Octobr. appellauit à Caietano ad Papam: & 28. Nouembris à Papa ad Concilium.

Edidit et Resolutiones & declarationes propositionū suarū de Indulgentiis, quas Leoni X. dedicauit de Trinitatis Publicauit itē Sermones de virtute excommunicationis, de penitentia, & pparatione ad

Cœnam Domini, vnà cum appendice de meditatione passionis Dominicz.

PHILIPPVS MELANCHTHON anno ætatis 22 venit Vitebergam, 25. Augusti: decennio post Lutheri aduentum.

Primum scriptum à MELANCHTHONE Viteberga editum, fuit Oratio Luciani de Calumnia, quod ei non temerè credendum sit. Eam Orationem Latinè à se reditam dedicauit Friderico Electori Saxonia mense Septembri. Cœpit autem hoc anno prælegere publicè Homerum & Epistolam Pauli ad Titum græcè. Nam ad descendas literas Gracas à Friderico Electore in Academiam Vitebergensem accersitus fuerat. Insequentibus annis publicauit libellos, quos postea sapiùs retexuit, & auctiores emisit: nempe anno 1513. (ætatis 17.) Gracam Grammaticam: anno 1519. Rhetoricen: 1520 Dialecticem: 1521. Locos Communes seu hypotyposes Theologicas: 1523. enarrationem Euangely Matthæ, Ioannis, Epistola ad Romanos & ad Corinthios. 1524. Grammaticen: 1529 Ethicem: 1530. Politicam: 1531. Chronicon, &c. Fuit multarum Scholarum parens, & quod vel hostium eius iudicio atque confessione impune, citraq; inuidiam dixerim, Musis amicus erat, in quarum focis acaris dum vnà cum aliis viris doctis luculentos ignes excitare studuit, non illiberale, opinor, illis præstitit famulatum.

ALBERTVS Marchio Elector Moguntinus creatur Cardinalis à Leone X. Galerum Cardinalatum ei imponente legato Pontificio.

ADRIANVS Cardinalis, autor libri de lingua Latina, veritus Leonis X. vim, quòd facinoris Petruciani conscius esset, anno superiori fugerat Cardinalatu, & omnibus dignitatibus priuatus est, 5. Iulij, nec amplius visus fuit in terris. Onuph.

Circa hunc annum Prouincia illa, quæ nunc **NOVA HISPANIA** appellatur (regio auri & argenti diues, ostreorum, quæ margaritas pariat, circa

Ocea-

Purchase full membership to immediately unlock this page

DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'
Full Membership gives
access to 797,885 ancient
and modern, fiction and
non-fiction books.

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



nec apud hos vel illos gratiam plenam inierit. Vidit forte aliquid quod reprehenderet ac fugeret: de quo tamen pronunciare mihi non est integrum. Fuit ille in causa Lutherana animo tam vario & lubrico, ut de eo non facile quis sententiam ferat. Eccius ob hoc notat Lutheri propositiones de Indulgentiis: Sylvester item Prieras Dominicanus in eundem scripsit Lutherus utriusque responsiones suas opposuit.

PETRUS PAULUS Parisius Cosentinus IC. cuius scripta & consilia extant, hoc anno floruit Forster.

Nati sunt:

I. **HENRICVS II. Rex Galliarum, FRANCISCI filius & Martij.**

II. **IOANNES Funccius Chronographorum nostra ætate Princeps, 7 Februarij (alii 25 Februarij) Werda prope Noribergam**

III. **CASPARVS Bruchius, Poëta & vir doctissimus die 19 Augusti, Egræ.**

III. **IOHANNES Homilius Mathematicus, die 2 Februarij, dimidia hora post primam ante diluculum Eber,**

V. **CHRISTOPHERVS Cornerus Theologus Francofurtanus, C.S.E. in Franconia, in oppido à sagis nuncupato.**

Distat hic annus à Roma condita 2269 ab exitu Troia 2700 à nato Rudolpho Hæspurgio 300.

HVLDRICHVS Zvvinglius Tiguri primam concionem habuit, & Euangelium secundum Euangelium enarrare cepit Casian Lauaterus de Cometis.

Disputatio Lipsica Eccij cum Luthero de primatu Romani Pontificis, de Pœnitentia, de Purgatorio & de Indulgentiis inchoata est 4 Julij finita 14. Jul. Carolostadiana verò disputatio cum Eccio de Libero arbitrio cœpta est 27 Junij.

LUTHERVS edidit sermones: De duplici iusticia: de salutari meditati ope Passionis Domini: de Baptismo:

ptissimo: de preparatione ad mortem: Item enarra-
tionem Epistolæ ad Galatas.

ERASMVVS per Epistolam 30. Maij Lutherum ad
moderationem reuocat, his verbis. *Mibi videtur
plus profici civili modestia quàm impetu. Magis expedit
clamare in eos, qui Pontificum autoritate abutuntur,
quàm in ipsos Pontifices. Idem de Regibus faciendum cen-
seo Scholæ non tam aspernanda sunt, quàm ad studia ma-
gis sobria reuocanda. De rebus multò receptoribus, quàm
vt subitè possint ex animis reuelli, disputandum est argu-
mentis densis & efficacibus potius quàm asseuerandum.
Quorundam virulentas contentiones magis conducit con-
temnere, quàm refellere. Vbiq; cauendum, ne quid ar-
roganter aut factiosè loquamur aut faciamus. Sic
arbitror gratum esse Spiritui Christi. Interea seruan-
dus animus, ne vel ira, vel odio, vel gloria corrumpatur.
Nam hæc in medio pietatis studio hominibus insidiari so-
let. Hæc admoneo non vt facias, sed vt quod facis per-
petuò facias: Degustauit Commentarios tuos in Psalmos:
vehementer arrident, & spero magnam utilitatem alla-
turos. Eras. lib. 6. Epist. 4. Hæc verò Epistola va-
riè à multis accepta est, alius eam pro Luthero, a-
lius contra interpretantibus: alius etiam respon-
sionem nimis civilem, amicam ac blandam repre-
hendentibus. Ideoq; Erasmus eam declaraturus
scripsit ad Campegiũ, illam benè longam Epi-
stolam, quæ lib. 14. Epist. primum locum obtinet,
estq; data 6. Decemb. vbi inter cætera *Vide queso,*
inquit, an hæc sit Epistola hominis Luthero fauentis.
*Quoniam in illius scriptis, me offenderat nescio quid se-
uum, & austum, nec satis referens mansuetudinem spi-
ritus Euangelis, admonui vt cum omni mansuetudine
daceret ea, quæ ad veram pietatem attinent id quo ma-
iore cum fructu posset, admonui vt parceret Romano Pon-
tifici: cuius autoritatem expedit haberi. sacrosanctam:
parceret Principum Celsitudini, qui conatus at-
tæ, aut intempestiuus admonitæ, non solum non red**

duntur meliores, sed exacerbati perniciosas aliquoties excitant tempestates, fitque ut & monitori sua pereat auctoritas, & monito suus fructus, &c. Plurimum refert, quam in tempore, quam commodè & attemperatè veritatem proferas. Sape sanat admonitio tempestiva, blanda ac civilis, quos perderet saeva & intempestiva obiurgatio. Non enim hic adducam, quod Plato perspexisse videtur, multitudinem promiscuam & imperitam non posse contineri in officio; nisi nonnunquam furo, doloque bono fallatur. Sed ea res, ut virum integrum desideras: ita desideras egregiè prudentem. Admonui, ne scholas aut ordines omnino contemneret, sed civiliter admoneret, quod mutari vellet: ut in his, qua longo usu magis, quam recto iudicio recepta sunt, densis ac solidis argumentis videretur potius, quam assuevationibus. Es quoniam non ignorabam ingenium Germanicum, neque nescirem eum quorundam scriptis immodicè mordacibus irritari: admonui, ne conuiciam conuicio regereret: sed aut in totum negligeret, aut argumentis responderet: à maledictis omnino temperaret. Ad hac quoniam verebar, ne tanta libertas exiret in tumultum, admonui, ne quid arroganter aut factiose vel diceret vel faceret. Postremò excuteret animum ipse suum, de quo meum non esset iudicare, ne quid esset corruptus ira, aut odio, aut inani gloria, qua in mediis etiam pietatis officii solet insidiari. Obsecro quid hic omissum est, de quo fuerat admonendus Lutherus? Vide etiam Erasmi. Epistol. lib. 14. Epist. 5.

Eodem anno Erasmus iudicium suum de Luthero perscripsit ad Fridericum Saxon. Electorem 14. Aprilis. Ea Epistola extat Tom. I. Lat. operum Lutheri; pag. 236.

IOHANNES FRANCISCUS de Ripa Papiensis IC. primi nominis, qui multa in utroque iure scripsit, hoc anno floruit, Papiæ postea mortuus. Forster.

FRIDERICVS II. Dux Lignicensis & Bregensis nuptias celebrauit cum SOPHIA Friderici March.

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



tulit Episcopus Leodiensis, qui Comitibus Imperialibus inter-
fuit Haftenus Erasmus.

Historiam electionis CAROLI V. & Electorum de
ea disceptationem, pete ex libello Georgij Sabi-
ni, cuius autorem fuisse Melanchthonem à multis
creditum. Sleidanus inde multa mutuatus est.

Obierunt praeterea:

I. I A S O N Maynus, ex celebri Maynorum apud
Mediolanenses familia oriundus, I. C. excellen-
tissimus, Eques auratae militiae, & Senator Duca-
lis, C. S. E. die 20. Aprilis, sepultus Papiae. Richard.
Forster.

II. I O H A N N E S Tezelius Pirnensis Misnius, Indul-
gentiarum praeco, Lipsiae in Monasterio Domini-
canorum, cum paulò antè Eccius & Lutherus de
Indulgentijs disputauissent

III. I O H A N N E S Coletus Theologus, Londini
hydrope extinctus: de quo lege Epistolam Era-
smi lib. 13 Ep. 4 Item lib. 15 Ep. 14 in qua proponit
Icona & exemplum boni Ecclesiastae.

C A R O L V S V Rom. Imp. coronatur Aquisgrani
23. Octob. aet. 21. Imperauit annis 37. *Distat hic
annus à regno Sansoni & Aeneae 2700. Dauidis 2600.
à morte Nebucadnezaris Magni. & regno Euilmero-
daci 2100. Imperio Henrici Aucupis 600. coronatione
Caroli Magni 720.*

F E R D I N A N D V S Magellanus Lusitanus auspicijs
CAROLI V. ab oriente versus Occidentem, via
compendiosa, in Insulas M O L V C C A S nauiga-
urus, F R E T V M, quod de nomine suo M A G E L-
L A N I C V M nuncupauit, ausu planè Herculeo,
mensè Septembri aperuit. Vna ex illius nauibus
(quam Victoriam postea appellarūt) ex Hispania
soluens, & per fretū Magellanicum Moluccas In-
sulas adiens, Bonae spei Promontorio superato in
eandem rediens, prima omnium nauum & aetatu
totum terrarum orbem circumnauigauit, atq; ita

1491

primi hac navigatione de vniuerso Orbe sola inter tot secula victoriam obtinuit. Eadem secundo ex Hispania ad S. Dominici ciuitatem, de nouo domum redijt: ex qua tertio in eandem Insulam: at dū ex ea redire conatur, in itinere euauit: neque de ea quid actum fuerit vnquam roscitum. De hac naue in Theatro Orbis terrarum CL. V. ABRAMI Ortelij, Regis Hispaniarum Cosmographi, sequens extat Epigramma;

Prima ego veluola ambui cursibus Orbem,

MAGELLANE, Nono, te duce ducta, freta.

Ambui, meritoque vocor VICTORIA, sunt mi

Vela, ale, precium, gloria, pugna, mare.

FERDINANDVS Cortesius hoc ipso anno urbem MEXICO omnium Noui orbis urbium reginam (an. 140 ex quo eius prima fundamenta iacta fuerant) capta potentissimo Rege Moteczuma occupauit: atque in NOVA HISPANIA imperium in Nouo orbe fundauit, constituit & confirmauit.

LYTHERVS à Leone X. excommunicatur Romæ, bulla edita 15 Junij. Ille contra publicat assertionem omnium articulorum doctrinæ suæ, à Leone damnatorum, & prouocat à Papa ad Concilium

Louanensibus quoque & Colonensibus responder, qui libros ipsius flammis dignos pronunciauerant. Lege Erasmi Epistolam ultimam lib. 15. quæ hoc anno scripta est 18 Octob.

Inermula LUTHERI scripta, quæ hoc anno exierunt, hæc præcipue recensentur: De libertate Christiana, quem lib. 5. Leonis X. misit mense Aprilis: De captiuitate Babilonica præludium, quo Lutheri Catholicorum inæquodiam in primis in se concitauit & inflammauit, ob motas controversias noua de Sacramentorum numero, Vtraque specie Cœnæ Domini sumenda, Transubstantiatione in dubio

voca

vocata, & Missa oppugnata, quòd non sit Sacrificium, &c. Adhortatio ad Nobilitatem Germaniæ 23. Iunii, de reformatione rerum Christianarum. Ratio confitendi peccata: Tassaradecas siue Consolationum libellus ad Fridericum Electorem decumbentem missus: Catechetice conciones: & liber de bonis operibus inscriptus Ioanni Saxoniz Duci 29. Martij: in quem librum Georgius Vicelius (qui hoc anno primùm Vitebergam venit) acriter postea inuectus est anno 1534. hoc crimen Lutherò impingens, quòd confundat bona opera cū politicis actionibus, id est (ut ipsius verba usurpem) quòd deducat bona opera Ecclesiastica, & tradat ea esse bona opera, quęcunq; domi rurique fidelis homo faciat, cū tamen Apostolicę doctrinę consuetudo distinguat inter bona opera & inter facta negotiisq; vitę communis: Et Lutheram sub Decalogi specie officia cuius vitę insignire titulo bonorum operum, ut ab Ecclesiasticis operibus ieiuniorum, precum, elemosynarum & similitum homines auocet.

OECOLAMPADIUS 23. April. factus est Monachus in Monasterio Sctuatoris iuxta Augustam Ordinis S. Brigidę: de quo ita Erasmus: *Quod scribis ab Oecolampadio factum, id sine iudicio fecit, siue animi morbo, quando mutari non potest, precandus est, ut illi ac nobis quàm optimè versat. Video res humanas sic vndique corruptas, ut nullis unquam seculis existimẽ plus licuisse impudentiæ, stoliditati & sceleris. Et nonnunquam libet aliquid profugere: sed verè ne quocunq; me verterę, sequatur molestia. Proinde tutius arbitror malis remedium ab animo petere potius, quàm à loco aut vitę instituto. Benè habet, quòd Christus in tanta vitiorum caligine nobis Evangelicę doctrinę scintillas reliquit. Eras. Epist. lib. 12.*

Nati sunt:

L SIGYSMVNDVS II Rex Polon. Cal. Aug.

II. FRI-

Purchase full membership to immediately unlock this page

DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'
Full Membership gives
access to 797,885 ancient
and modern, fiction and
non-fiction books.

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



EO in loco, quem Pathnum & Eremum suam no-
minauit, plurima scripsit: De votis Monasticis 21
Nouembris. De abroganda Missa priuata 1. No-
uembris. Eum librum inscripsit Augustinianis Vi-
tebergensibus fratribus suis, qui Missam abroga-
uerant. &c. De confessione priuata 1. Iunii, quod
Pontifex non possit eam precipere: Postillas Ger-
manicas Euangeliorum Dominicalium dedica-
tas Alberto Comiti Mansfeldensi 19. Nouembris.
Et librum aduersus Latomum 8. Iunii, quem ab-
soluit 13 dierum spacio, &c.

ANTE iter VVormatiense edidit expositionē Cantici
B. Virginis Mariæ, Magnificat, &c. 10. Martij. &
priorem partem Postillarum de quatuor Domi-
nicarum Euangelij per Aduentum. Præfatio in-
scripta est Friderico Electori, die 3 Martij.

LEO iterum excommunicauit Lutherum die Coenæ
Domini, 28 Martij. Et respondit Lutherus.

PARISIENSIBVS Lutheri libros damnantibus,
Melanchthon opposuit scriptum publicum. pro-
diit item alius liber à Melanchthone scriptus ti-
tulo Didymi Fauentini, quo respondit Thomæ
Piacentino, id est, Emsero.

ANDREAS CAROLOSTADIVS tumultuatur
Vitebergæ absente Luthero, vastat Scholas, & cla-
morib. inconditis efficit, vt pluribus in locis mul-
ta præclara ingenia sterilecant, & desertis Scho-
lis studia ærum abijciant. Beligeratur etiã cum
imaginibus in templis & edit librum de Coniu-
gio Sacerdotum & de votis Monasticis rescinden-
dis, 24. Iunii Primus Sacerdotum Bartholomæus
Bernhartus Feldkirchius, Præpositus in oppido
Kimbreg, duxit uxorem: eum secutus est Carolo-
stadius, 19 Ian. 1522. cui factus quidam Morio E-
pithalamij loco, vt opinor, scripsit nouæ Missæ
nuptialis formulam, multo sãle rescriptam. fortè
ne nuptijs decisset rursus materia.

5491

1528

MARTINVS Bucerus mense Martio reliquit Ordinem Dominicanorum, in quo vixerat an. 15. Fuerat ingressus monasterium 1506. ætatis an. 15 hoc an. à monachatu absolutus est, qua de re edidit librum 1523.

BELGRADVM sive *Albam Grecam* firmissimum totius *Vngariae*, adeoque *Reipub. Christianae* propugnaculum, **SOLTMANVS** Turcarum Imp. 29. Augusti, die decollationis *Iohannis Baptista* memoria dicato, expugnatum occupavit. *Leonclau. Backschius.*

Hoc anno primum orta sunt bella inter CÆSAREM & R. Gallie, qua durarunt annu propemodum 38. sub inducijs dubijs, parumq. constantibus.

HENRICVS Rex Angliæ librum scripsit & edidit aduersus Lutherum, quo nomine a Pontifice & amplissimo Cardinalium Senatu Catholicæ fidei defensor appellatus est. Præcipuè autem impugnauit Lutheri librum de Captiuitate Babylo-nica. Erasmus scribit, ex Procerum & Montuoiij narratione se certò persuasum habere, librum ipsius Regis Martæ, quod aiunt elaboratum & cōfectum esse. Et in Epistola ad Cochleum de eodē sic ait: *Quod subdubitare videris, an Rex Henricus libellum, ac duas Epistolas aduersus Lutherum, suo Marte confecerit, id tibi cum multis commune est: nec mirum, cum hætenus prodigij simile sit habitum, præsertim apud Germanos, Principem scire literas. Caterum ut non cōtenderim, nonnūquam, scribenti fuisse auxilio, cum eruditissimis quisque veri nonnunquam vrantur amicorum subsidij: ita non dubitem affirmare, ipsum eorum, quæ edidit, parentem & autorem esse.*

ERASMVVS offensus periculosis tumultibus & perniciosis clamoribus, quibus negotium Euangelicum agebatur, aut potius turbabatur, cœpit in expectatione quadã nutare ac vacillare, & à causa Lutherana longiùs se remouere atque subducere, & quasi in locū tutiorē, extra telorum iactū recedere

Sentiebatur autem de rebus tam arduis, censuram & iudicium deferendum ac permittendum esse Ecclesie, quae audita virorum aliquot piorum & eruditorum sententia, communi consilio ac deliberatione, de dogmatibus statueret, decreta verbo Dei consentientia conderet, controuersias tolleret, & pacem Ecclesiam sanciret ac stabiliret. Vt itaque, Lectori ob oculos ponamus specimen sapientiae huius viri, vel seculi iudicantis, vel cum utraque parte quodammodo conflictantis, verba quaedam eius, ex Epistolis hoc anno scriptis, subiungemus, non ut Lector inde Erasmi de Religione sententiam (quae vel perplexitatibus inuoluta non mox cuiuslibet sese pandit, vel sua quadam lubricitate clabi, mentemque legentis praeteruolare videri potest) venetur ac discat, sed ut ex his, de admirando illius ingenio, dum inter partes ferè medium sese gerere studet, coniecturam faciat, & dissidium inter ipsum & alios exorti fontes propius aspiciat. Sic itaque ille hoc anno scripsit Petro Barbirio 13. Aug. eaque Epistola est secunda in Epistolarum eius volumine. *Inuid, inquit, dici non potest, quam multi, qualesque viri Lutheri fauerint. Ego è pauculis pagellis degustatu, visus sum mihi subodorari, rem exituram in tumultum. Et mihi sanè adeo est inuisa discordia, ut veritas etiam displiceat seditiosa. Primus omnium admonui hominem literis, ut rem Evangelicam Evangelica mansuetudine moderationeque tractaret, &c. Equidem ut mihi videre videor, esse quadam in Ecclesia recepta, quae magno Christiana religionis bono mutarentur; ita nihil placet, quod huiusmodi tumultu geritur. Si communicato inter ipsos consilio, docti libellis obfirmatis, utriusque ditionis proceres admonuissent, quae iudicassent ad Evangelicam doctrinam sinceritatem astinere, fortassis & ipse fuisset vnus, qui sedulo, quod potuissent, consuluissem. Nunc quid furiosius, quam rem tantam maledicis libellis & clamoribus agi? Qua quidem in-*

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



542

non sine autoritate. Quicquid incendio, quicquid diplomatus principum effici potest, abundè confectum est. Sed hæc vtinam perinde mutarent animos hominum vt cohercerent linguas, &c. Quòd dicunt quidam, morbum fuisse grauiorem, quàm vt leuis pharmaco sanari possit turbandum fuisse corpus efficaci remedio, quo mox succederet sanitas. Hoc si verum est, ego per alios fieri malim, quàm per me. Si commerentur hoc corrupti mortaliu[m] mores, non deerit Deo Nabuchodonosor, per quem flagellet populum suum, &c.

1521

Idem in Epistola ad Montioium lib. 17. Epist. 26. Nec cum Luthero, nec cum v[er]o Lutberano fœdus clandestinum inq[ui]t, & aded non addidi cuiquam animos, vt omnes quos potui deterruerim ab instituto periculoso. Tantum improbabam quorundam precipites timor, præsertim apud populum, priusquam satis appareret, quorsum iret Lutherus. Nemo non fatetur disciplinam Ecclesiasticam longè prolapsam esse à sinceritate Evangelica, populum Christianum multis modis grauatum esse, conscientias hominum varijs tricis illaqueatas. His malis Lutherus bonus ac doctus videbatur remedium allaturus. Et passim fauentibus omnibus, solus extitit monitor, vt stylum verteret, ac negotium tractaret Evangelica mansuetudine, &c. Iactant aliqui Lutherum quadam è meo libro hausisse. At quo pacto queam prestare, ne quæ me scriptis abutatur, cum plurimi sint abusi libri Evangelici? Et tamen si quis Deus mihi prædixisset, hoc seculum exorturum, quadam aut non scripsissem, aut aliter scripsissem non quòd perniciose scripserim, sed quòd non omnia quous tempore rectè diuuntur, &c. Nec res hinc quorundam, nec pollicitus, nec odys aliorum vnquam percelli potui, aut potero, vt alius sim quàm Christianus. Male sit omnibus qui gaudent dissidiorum vocabulis, &c. Vide lib. 14. ep. 6. 13. 19. Item lib. 17. ep. 18.

De hoc toto anno legant studiosi narrationem Camerary in vita Philippi Mel. pag. 43. 45. 47. & 49. de initio Se-

5491

De Anabaptistarum, Enthusiatarum & nouorum Prophetarum, &c

FERDINANDVS Archidux Austria coniugem duxit **ANNAM** filiam Regis Vngaria, & **LVDOVICVS** REX Vngaria, **MARIAM** sororem Ferdinandi.

Nati sunt:

I. MAVRICIVS Dux Saxonie Elector, Dux **HENRICI** filius, 21. Marty.

II. ANTONIVS Sadeel, ex illustri & antiqua Baronum **CHANDÆORVM** familia, Theologus nobiliss Chaboris domo materna, & Matusconensis agris Castello, in confinio Gallie & Sabaudie sito.

III. IOACHIMVS Mollerus, Ioach fil. I. V. D & Consiliarius Ducum Brunsvicen. & Lunaburg. die 25. Septembris, Hamburgi.

IIII. IOHANNES Marbachius Theologus Argentinen-sis 14. Aprilis, Lindauj.

Obierunt:

I. LEO. X. PP. toxicis, vt creditur, violentia consumptus, Calend. Decembris, ætat. 46.

II. FERDINANDVS Magellanus Lusitanus, dux & nauium præfectus (de quo fretum **MAGELLANICVM** nomen accepit) in prælio ab incolis Insulæ **MAVTAN** in India Orientali (licet fortiter dimicaret) cæsus occubuit die 27. Aprilis

III. HENNINGVS Goden Havelbergensis, IC. & præpositus templi Canoniorum Witbergæ, 21 Ianuarij Huius Apophthegma vulgo iactatur:

Lex sine executione est velut campana sine pistillo.

IIII. RAPHAEL Maffeus Volater Gerardi filius, cuius egregia extant opera, die 25 Ianuarij, ætat. 70. m. 11. d. 8. Senis Schrad. in monum Italiae.

5492

ADRIANVS VI natione Belgæ, Traiectensis, creatur Rom. Pontifex, 9. Ianuarij Hic nomen suum non mutauit, sed retinuit Adriani nomen: fuit vi-

5422

doctissimus, & Caroli V. quondam Præceptor. Seditan 1. mens. 8. dies 6. Onuph.

NORIBERGÆ Ordines Imperij conventum agunt, in quo deliberatum est de bello Turcico & Religione.

ADRIANVS VI. PP. legatum isthuc misit Franciscum Cheregarum, 25. Nouembris, cum certis mandatis contra Lutherum.

LV THERVS propter tumultus Carolostadianos ex Pathmo reuertitur Vitebergā, feria 5 post Estomihi, 6. Martij Primā concionē habuit Dominica Inuocauit, in qua taxauit Carolostadium, qui (vt Lutheri verba vsurpemus) sua inepta docendi ratione populū eò perduxerat, vt sese Christianū arbitraretur per has res, si vtraq; specie cōmunicaret, si tangeret, si nō cōfiteretur, si imagines frangeret.

Eodem tempore LV THERVS conflixit cum fanaticis hominibus Nicolao Storck Thoma Munzer & alijs novorum Prophetarum ante signans, qui iactabant arcanas reuelationes Angelicas, & colloquia cum DEO: Baptismum quoque paruulorum primi impugnabant Hec fuerunt semina doctrina Anabaptistarum. sparsa per Prophetas illos, qui ex vrbe Cygnaea Vitebergam absente Luthero venerant. **MELANCHTHON** scribit, Carolostadium damnasse omnes leges, ab Ethnicis conditas, & contendisse, in foro ius ex Mose dicendum esse, cum non intelligeret vim & naturam Christiana libertatis

CARLOSTADIVS agrè ferens Iconomachiam suam à Luthero improbari, factus est ab eo alienior.

LV THERVS Henrico Regi Angliæ respondit calamo asperiore: cuius scripti vehementiam non omnes amici Lutheri probauerunt Erasmus ea de re ite Si Lutherus collaudat opio Regis studio rem solidis argumentis fortiter peregrisset, non violata Regia dignitate, rectius op: nor consulisset sua cause. Idem Quid inuitabat Lutherum, vt diceret in libello aduersus Regem Angliæ Veniat is Domine Henrice, ego docebo vos. Certè Regis libellus latine loquebatur, non inrudite.

Purchase full membership to immediately unlock this page

DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'
Full Membership gives
access to 797,885 ancient
and modern, fiction and
non-fiction books.

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



(ita tum appellarunt) quibus Germaniam nimium exhauriri, & intolerabili seruitutis iugo premi significarunt. Norici verò conuentus exitus hic fuit, quòd Principes die 6. Martij decretum ediderunt in eam sententiam, in quam & Adriano scripserant: viam ineundæ concordæ in religione esse omnium rectissimam, si primo quoque tempore Concilium vniuersale atque liberum in Germania celebretur, & huius decreto cõtrouersiz dirimantur ac tollantur: & interim Theologi nouorùm librorum editione abstinentes, Euangelium purè & modestè, iuxta probatas & ab Ecclesia receptas interpretationes, doceant, &c. Hoc Imperij decretum cum alij aliter acciperent, plerique etiam contemnerent, Lutherus datis ad Principes literis illud pro se interpretatus est.

Formula Missæ & communionis ex Lutheri præscripto Vitebergæ est edita & abolito Canone Missæ Cœna Domini celebrata. Hæc fuit prima reformatio rituum Missæ & communionis, etsi Caroloostadius tale quid etiam ante hoc tempus ausus fuerat. Reuocata item est in vsum Confessio auricularis & priuata absolutio, quam Caroloostadius aboleuerat.

LUTHERVS Pentateuchum, id est, quinque libros Mosis à se in linguam Germanicam traductos edidit à morte Mosis 3000. Moses igitur à morte sua anno 3000. Germanis Germanicè loqui cœpit.

Publicauit item librum de dignitate & officio Magistratus Politici, cuius lectione in primis delectatum ferunt Fridericum Electorem De Sacramenti adoratione scripsit ad Waldenses, quos Picardos alij vocant. Et in hoc libro primùm Martinus Lutherus meminit opinionis Berengarij de Cœna Domini, antequam cum Heluetus de Cœna Domini dimicare cœpisset,

5493

GVILIELMVS Bricocætas Meldarum Episcopus cum cœpisset in Gallis quoq, Christi Euangelium allatis Lutheri libris illucescere, primus ausus est, cōcionandi munere in sua diœcesi monachis mendicantibus interdicto, tum ipsemet nouo prorsus exemplo veritatem annuntiare, tum per adscitos ex Fabri Stapulensis schola doctos quosdam Theologos promulgandum curare. Beza in Icon.

Bruxellis duo Monachi Augustiniani, **HENRICVS & IOHANNES**, sub Inquisitore Iacobo Hogostrato Dominicano, flammis sunt traditi Calend. Iulij, & primi inter Lutheranos propter religionis doctrinam, vitam profuderunt Hos Lutherus ob confessionis constantiam Cantico, quod in multorum est ore, celebrauit, & vt sui temporis primos Martyres canonizauit. De his ita Erasmus lib. 21. Epistola 7 *Sit sanè conyiciendus in ignem, qui pugnat aduersus articulos fidei, aut si quid aliud magno Ecclesie consensu receptum est, vt cum illis parem habeat auctoritatem At equum non est, vt quiuis error igni puniatur, nisi accedat seditio, aut aliud crimen, quod leges capite puniunt. Neque enim hoc valere debet Euangely pretextus, vt impunè peccetur sed ne omninò peccetur, etiam si per leges liceret impunè De potestate Pontificis in multis articulis Theologi Parisienses dissentiunt ab Italis, & alteram partem errare necesse est. Neutra tamen alteram ad ignem vocat. In multis dissentiunt, qui Thomam sequuntur, ab his qui adherent S.oto. & utrosq, fert eadem schola Nunc magnopere vereor, ne vulgaribus istis remedijs, hoc est, palinodijs, carceribus, & incendijs, malum exasperetur Bruxella primùm exusti sunt duo Tum demum cepit ciuitas fauere Luthero. Si lues hac dimanasset ad paucos, posset vtcunque amputari nunc adeò late peruagata est, vt ipsis etiam Monarchis existimem metuendum Non hac eò spectant, vt censeam hoc malum esse negligendum. sed vt doceam, vulgaribus remedijs non*

*esse exasperandum. Quem mouet illa Palinodia, incendi
metu extorta? Deinde vnus aut alter adfectus supplicio,
quid aliud quàm irritat tam numerosæ factionis animos?
Agè fingamus his remedys opprimi posse malum, quid re-
fert opprimi mox vehementius repullulaturum.*

Plura de hac historia vide apud **Erasmum** lib. 24. E-
pist 4.

Moniales Psalmorum libros Latinos non satis intel-
lectos de manibus deponere, habitum religiosum
exuere, & **Monasteriis** valedicere cœperunt, con-
tractoq, matrimonio factæ sunt matresfamilias.

LEONHARTVS Köppen, cuius **Torgensis**, feria tertia
Paschatis 7 April nouem **Moniales** genere nobiles, ex
Monasterio Nimptchen extractas **Vitebergam** addu-
xit, inter quas fuit **Catharina à Boren** postea nupta **Lu-
thero**.

IOHANNES Clericus **Meldensis** Gallus, mechani-
cus, **Ecclesiæ Metensis** initia sanguine suo iecit cū
propter deturbata idola crudeliter excarnificaretur
& inter tormenta ipsi crudelitati insultans altis-
sima voce illud **Dauidis** recitaret **Idola gentium**
sunt argentum & aurum, opus manuum. **Beza** in I-
conibus

Inter **VLRICVM** **Huttenum** & **Erasmum** exorta est
simultas, quæ vtriusque scriptis dentatis & morda-
cibus orbi patefacta est **Huttenus** libellum edidit
hoc titulo **Expostulatio Vlrici ab Hutten cum E-
rasmo Roterodamo** Huic **Erasmus** opponit suam
Spongiam (is est libelli titulus) aduersus **Huttenis**
aspergines. **OTHO** **Brunfelsius** **Hutteni** mortui
defensionē suscipiens regerit in **Erasmum** cōiucia,
&c. Huius certaminis multæ fuerunt causæ, sed pri-
ma quasi fax fuit **Epistola Erasmi ad Marcum Lau-
rinum**, quæ extat lib. 23 epist 6 vbi hæc verba le-
guntur: *Antequam disidium hoc hucusq, inrudesceret,
cum omnibus ferme Germania doctis habebam literariam
amicitiam, mihi sanè perquam iucundam* **Horū** nonnulli
refr.

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



5493

Adrianus fauebat Scholasticis disciplinis, nec mirum si illis fauebat, in quibus à teneris vnguiculis educatus longo interuallo precedebat omnes: sed ita fauebat tum, vt apud eum prima esset pietatis ratio, satis etiam equus & candidus erga bonas literas ac linguas, &c. Huic per certum hominem significauit, me libenter communicaturum quod videretur, modò liceret impunè. Exegit vt id facerem breui. Non offensus est, sed tamen non respondit Vnde facile diuina, non idem illi placuisse, quod mihi videbatur expedire.

1523

II. FRANCISCVS à Sickingen Eques Germanus & Lutheri amicus, infelici bello implicatus, quod gesserat anno superiori contra Archiepiscopum Treuirensis, obsidetur à quibusdam Principibus in arce Landstall/ decusso ex bombardarum ictu tramite leditur ac moritur ætat. 42. Paral. Vrsip. Huius multa fit mentio in prioribus Tomis Lutheri.

III. VLRICVS Huttenus Eques auratus, carmine & ense potens, moritur ætat. 36 in Insula lacus Tigurini Vfnauv. De die obitus dissentiunt scriptores. Eberus habet 31. Augusti: sed Erasmus in Spongia 29. August. Totam historiam obitus Hutteni latissimè describit Camerarius in vita Philippi, pag 92 & 93.

Huius crebra fit mentio in Epistolis Lutheri & extat Hutteni ad Lutherum Epistola, bellum spirans aduersus Lutheri hostes.

5494

MATHEMATICI propter inusitatam coniunctionem Planetarum in signis humidis prædixerunt diluuium, quod anno sequenti mutatum est in bellum Rusticorum, vbi verè fuit diluuium cruentum.

1524

NORIBERGÆ in conuentu fit decretum 18. Aprilis de indiscendo libero Concilio in Germania.

LVTHERVS deponit cucullum Monasticum Dominica 20. post Trinitatis, die 9 Octobris.

ERASMVVS à Rege Angliæ & Thoma Volsio Cardinali

5494

1524

dinali Eboracensi persuasus stylum strinxit in Lutherum, edita Diatribe de libero Arbitrio, mens. Octob. Cui Lutherus an. 1526. mense Aprili opposuit scriptum de seruo arbitrio. Acta res est suspensis omnium eruditorum animis & oculis, exitum rei speculantibus, non aliter ac si duo magni montes iam concursuri & praeliaturi essent. Verum quomodo isti duo montes mixti sint, loquatur libri publicati. Ea de re vide Erasmi Epistolas lib. 19 Epist 1 2. 3 4. & antepenultimam.

HENRICVS Sudphaniensis Prior Augustinianorum Antuerpiæ, & Lutheri auditor, cum Euangelium Bremæ docuisset biennium, ab Officiali Bremensi interceptus, in Dietmarsia propter Lutheranam religionem flammis exustus est 11 (alij 10) Decembris.

BELLVM SACRAMENTARIVM inter Carlstadium & Lutherum exortum est. Lutherus & Carlstadius de bello inter se gerendo & euulgandis aduersarijs scriptis pacti sunt. Lutherus conditionem accipiens in testimonium initi pacti Carlstadio donat aureum nummum die Lunæ in Octaua Assumptionis Mariæ, 22. Augu. Ienæ in Thuringia. Carlstadius profert & publico scripto confirmat in verbis Cœnæ Domini suum *modum*. Ex eo tempore non solum hi duo, sed eorum quoque discipuli aut successores aduersis calamis acriter & perniciosè de Cœna Domini certarunt, & stylis mutuùm se confoderunt. Fecerunt hi duo viuendi finem; sed belli Sacramentarij hoc anno orti hodie nondum est finis. *Nullum bellum citius exardescit, nullum tardius deflagrat, quàm Theologicum.*

ZVINGLIVS scripsit Epistolam ad Matthæum Alberum Ecclesiasten Reutlingensem, in qua suam de Eucharistia sententiã explicat. In calce Epistolæ eum adiurat, ne cuiquam mortalium eam communice, præter quã ei, quem constat in fide IESV

fin-

sincerum esse. Data est hæc Epistola 16. Nouemb. exposuit autem verba Cœnæ per tiopum. Est, pro, significat, &c.

Ab hoc tempore incipit HISTORIA SACRAMENTARIA scripta à Ludouico Lauathero Tigurino, ad quem librum remittimus Lectorem, ne postea nobis opus sit, causa Sacramentaria historiam prolixè repetere aut recitare.

THOMAS Münzerus Stolbergensis, & Concionator Alstetensis, edidit scripta quædam aduersus Lutheranos, quibus meram effudit rabiem Liber aduersus Lutherum ab eo scriptus, dedicatus & nuncupatus est Christo, Principi, ut ipse loquitur, illustrissimo, &c. Item Lutherum flagellat, quod Enthusiastico spiritu careat, & nihil nisi carnalia sapiat. Idem ad Melanchthonem scribit Epistolam feria 5 post Annuntiationis, cui hæc verba inseruit: *Non in solo pane viuit homo: sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei Videte, de ore Dei, & non ex libro proficiscitur. Testimonium quidem verbi veri ex voluminibus est Nisi enim in corde oriatur, verbum hominis est, damnans scribas versipelles, qui furantur oracula sancta Ieremia 23. Nunquam eis Dominus locutus est, & ipsi vsurpant verba eius O carissimi, operam nauate vt propheteis, alioqui theologia vestra nõ valebit obulum. Considerate Deum vestrum è vicino & non à longe.* Idem hoc anno edidit protestationem suam vna cum Apologia de fide & baptismo, ex quibus apparet, eum fuisse hominem fanaticum, qui semina doctrinæ Enthusiastarum sparsit, & incautos homines prodigiosis *Kaiserspäuis* fascinauit & dementauit.

CASPAR Schvvenkfeldius Nobilis Silesius Cal. Ianuarij edidit librum inscriptum Iacobo Episcopo Wratislauensi, quem hortatur, vt puram Euangelij doctrinam amplectatur Sed eo tempore adhuc tenet cum Luthero.

Ossa BENNONIS Episcopi Misnensis more solenni Misna effossa

Purchase full membership to immediately unlock this page

DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'
Full Membership gives
access to 797,885 ancient
and modern, fiction and
non-fiction books.

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



OTOMANORVM familia apud Silesios oriundus, die 23. Augusti, Lutetiæ Parisiorum

III. IOHANNES BAPTISTA Hainzelius, Patrius & consil. vrbis Augustæ Vindelic. die 26. Iunii, quadrante horæ ante 4 matutinam. Eber.

IIII. VICTORINVS Strigelius Theologus doctissimus, C S E die 26 Decembris, in vrbe Sueviæ Rauffbühren.

V. ABDIAS GODESCALCVS Prætorius Theolog. & trium linguarum peritissimus, C S. E die 28. Martij, in oppido veteris Marchiæ Soltwedel.

VI. ADOLPHVS Occo Medicus Augustanus, eruditione solida, ac rerum medicarum vsu & experientia clarissimus, C. S. E. circa hunc annum natus est.

VII. PETRVS Canisius, Theologus & Societatis Iesuitarum princeps, Neomagi Geldriæ metropoli.

VIII. PETRVS Ronfardus Poeta Gallicus nobili familia natus in arce paterna Poissonnera ditionis Vindocinorum, die 11. Septembris Boiffardus in Iconib.

IX MARTINVS Thaburnus illustris Scholæ GOLDBERGENSIS Rector (vir natura & arte bonus) die 9. Nouembris, Glogouiz Hoc ipso anno VALENTINVS Fridlandt Trozendorffius præfectus est illustri Gymnasio Goltbergensi.

Obierunt:

I NICOLAVS Leonicerus Medicus Vincentinus, Illustrator Dioscoridis, qui Ferraria docuit amplius 60. ann. etat. 96. 8. Iun. Hic dixit, se viridi vegetaque senectate vti, qui castam iuuentutem etati virili tradidisset.

II THOMAS Lnacer Anglus, medicus excellens, & Henrici VIII Regis Angliæ Archiater, qui librum de lingua latina conscripsit, & multa Galeni opera singulari facundia in linguam latinam conuertit 20. Octob. Londini.

5494

III. IOANNES Staupizius Eques Misnicus, Theologus insignis, Lutheri patronus, Augustiniam ordinis per Germaniam provincialis; & tandem Salisburgi ad D. Petrum Abbas, C. S. E. 28. Decembris anno exeunte.

1527

IIII. PETRVS Mosellanus, patria Protegensis Treuorum C. S. E. Lipsia 19. Aprilis, aetatis 31.

V. GVILIELMVS Nesenus VViteberga perit in Albi media astate. Historiam obitus prolixè describit Camerarius in vita Philippi pag. 98. 99. &c. Fuit Vir doctissimus, ad quem Erasimus aliquot scripsit Epistolas quae extant. Et in Camerarij Epistolis fit mentio miserabilis exitus Nesei. Hic autem casus Melanchthonem in primis afflixit, & in summum maerorem coniecit. Lutherum quoque ita adfecit, ut cum corpus Nesei ex Albi extractum in litore iaceret, Lutherus adstans & in caelum cum lacrymis suspiciens diceret: O Nese, si mihi datum esset donum miraculosum excitandi mortuos; si vllum vnquam excitassem, te nunc excitarem! Hoc ego ex meo parente habeo; qui Lutherò platanitum astitit.

PUGNA AD FRANKEN-
HVSIVM.

5495

SEDITIONE Rusticorum per Sueniam atque vicinam Germaniam partem, quae est ad Danubium, primo vere exorta. In Thuringia quoque Thomas Munzerus concionator Alstetensis rusticos seditiosos ad arma aduersus Magistratum sumenda concitauit. Lantgrauus primum conflixit; cum rusticis 14. Maij Dominica Cantate, ad oppidum Thuringiae Franckenbusium. Die sequenti 15. Maij Munzerus ad pugnam milites rusticanos cohortans, ait: Se bombardarum globos omnes emissos manica tunicae suae excepturum & collecturum. In hoc itaque secundo conflictu Lantgrauij cum rusticis ceciderunt supra quinque millia agricolarum: alij 7423. agricolarum & ciuium Franckenbusiensium. Franckenbusii capti sunt ferme

1525

300. & capite multati. Hac fuit cruenta Catastrophe
 huius tumultus, in quo miserib; milites pro libertate sua
 armis resuperanda vitam amiserunt, & fidem fecerunt
 Adagio: Dulce bellum inexpertis quibus magis pro-
 fuisse domi in horreo multo cum sudore flagris ligneis
 frumentum excutere, aut fieri laborare, quam sub im-
 pio Marte iniqua stipendia, vulnera, neces & furcas
 mereri. Bene tamen in hoc pralio cum quibusdam a-
 ctum est, qui degustata belli suauitate pedibus pro ar-
 mis vsi, & depositis hastis domum ad beatos rastros,
 benedictum aratrum, sanctamque stimam reuertuntur.
 Munzerus Frankenburgii capitur, in lecto iacens, &
 morbum simulans, qui in carcere quastroni subiectus
 cum pra dolore exclamaret, affatus est eum Saxon a
 Dux Georgus. Tu nunc quidem cruciaris, inquit,
 Munzere: sed rursus cogna miserorum homi-
 num cladem, qui per te nefarie circumuenti ho-
 dierno die perierunt. Tum ille magno cum risu:
 Hoc voluerunt, ait. Ad supplicium ductus animo
 fuit consternato, atque deiecto, neque sua fidei rationem
 explicare poterat, & ipsius confirmandi causa Henricus
 Dux Brunsvicensis voce illi praebat. Mortuus autem a-
 gnoscebat delictum & errorem, idque palam profiteba-
 tur, & militum septem corona Principes hortabatur ad
 maiorem clementiam erga miseros homines: ita fore, vt
 nullum eiusmodi posthac sit ipsis extimescendum pericu-
 lum: simul monebat, vt libros Regum in S. Bibliis diligen-
 ter euoluerent. Eo confecto sermone gladio percutitur,
 & exempli causa caput eius affixum hasta medius in cam-
 pio collocatur. Sleid. Restincto nonnihil incendio Rusti-
 corum elapsus Carolostadius per sportam de muro Roten-
 burgensi (isthic enim per byemem totam latuerat) de-
 missus est. Ministri autem Ecclesiae Rotenburgij ad Tu-
 beram flumen securi percussi, & ingens ciuium nume-
 rus eratis luminibus ad calamitosissimam mendicitatem
 redactus est.

LUTHERVS & MELANCHTHON hoc anno scri-
 pta

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



superiore à Luthero & aliis compositus, prodit in lucem huius anni initio.

LUTHERVS scripsit librum, de abominatione Canonis Missæ, de quo id semel monēdus est Lector, Lutheri libris de abroganda Missa contradixisse (ut autor est Cochleus) plurimos ex Catholicis Theologis: in Anglia Iohannem Episcopum Rossensem: in Germania, Iohannem Episcopum Viennensem. in Gallia Clichtouzum: in Hispanis Quintanam: in Bauaria Eccium: in Marchia Mensingum. sermone Germanico Dietenbergium, Emserum, Cochleum, plurimosque alios.

LUTHERVS (etatis 42.) die Martis post festum Iohannis Baptiste (27. Iuny) duxit uxorem Catharinam à Bora, genere nobilem, qua monialis antea fuerat.

FRANCISCVS Rex Gallie à Ducibus **CAROLI V.** 24. Febr. (die Martie) in praelio ad Ticinum (amissis ultra 8000 militum & 20. proceribus Gallie cesis) captus, & apud Mantuam Carpetanorum in Hispania in custodiam datur, eò ex Italia triremibus transfuectus. Hic cum diuturnioris carceris impatiens eger esset, Cesar eum agrotantem inuisit, & familiaritate, dulcedineque colloquij sui Regem moribundum non solum confirmavit, sed etiam ad libertatis spem certam erexit. Hæc colloquij sui suauitatem postea rebus comprobavit, ac Regi in uxorem data **ELEONORA** sorore sua; **EMANVELIS** Lusitani Regis vidua, firmam cum eo, certis legibus latis, acceptisque, pacem corroboravit: septem diebus cum eo amicissimè consumptis, Regem iam ad suos in Galliam redeuntem honoris causa deduxit, concessio illi etiam inter equitandum latere dextro: De hac pugna ad Papiam, nobis inuenibus senes, quæ inter fuerant, multa narrarunt. Studiosi consulant Guiccardinum lib. 16. ubi exponuntur deliberationes sapientissimæ in senatu Cesaris instituta, de conditionibus Regi ferendis, &c.

ALBERTVS Marchio Brandeb. relicto Ordine creatur primus

5495

primus DVX Prussia à Sigismundo Rege Polonia, & Ducatum illum hereditarium accipit, qui antea ad fratres Ordinis Teutonici pertinebat: ita is qui antea erat Magister Ordinis, iam salutarur Dux Prussia. Func. Sleid.

1525

Obierunt:

I. FRIDERICVS Elector Saxonie 5. Maij, ætatis 63. Succesit in gubernatione IOHANNES frater eius.

II. ELISABETHA Coniunx Christierni Regis Daniæ, Caroli V. Imp. foror, Matrona ob pietatem in Deum aliasq, virtutes laudatissima die 19 Ianuarij, sepulta Gandau.

III. FERDINANDVS DAVALVS Marchio de Pescara, bellator virtutis & fortunæ admirandæ, & post Deum autor præcipuus victoriæ de Gallis ad Papiam partæ, hæctica febris extinctus circa initium Decemb. (alio mense Nouemb.) ætat. 35 Mediolani. Gucciard.

IIII. MARTINVS Dorpius, ad quem Erasmus plurimas scripsit Epistolas, in Anglia, 31 Maij Huc ait Erasmus non perinde vt alios detestatum esse, si quid Lutheri dogmatibus esset affine.

V. IACOBVS Ceporinus, cuius extat Græca Grammatica, ætatis 26. Tiguri.

Berlini Monachus, qui pro concione S. Paulum mædaci arguerat, subito in suggestu extinctus est apoplexia, die Stephani.

IACOB PAVANAS Boloniensis Gallus, Lutetiæ crudeliter vstulatus, protomartyris ibi nomen & palmam retulit. Beza in Icon.

Nati sunt:

I. IOHANNES GEORGIVS Ioachims II. filius, Elector Marchio Brandeb 11. Septembris, hora 1. ante meridiana.

II. IOANNES ALBERTVS Alberti fil. Dux Megapolitanus, Princeps pius & literatus, die 22. Decembris, h. 21. Suermi.

- 5495 III. CASPARVS Craciger Theologus, Caspari filius, C.S.E IO Marty 1525
- IIII. CASPARVS Peucerus Philosophus & Medicus excellentissimus, Melancthonis gener, C.S.E. 6. Ianuarij, hora 12. noctis precedentis festum diem Epiphaniarum, Budisina Lusatia superioris metropoli.
- V. IVSTVS Ionas, minor, Iuriconsul Iusti Iona Theologi filius, 3. Decembris.
- VI. GEORGIUS Cracovius IC 12. Aprilis, hora 7. matutina in Pomerania Eber.
- VII. CHRISTOPHORVS Szymmalius Theologus, editis scriptis clarus, Pastor & Superintendens Ecclesie Stettensis, &c 22. Octobris, Francofurti ad Viadrum.
- VIII. VICTORINVS Schönfeldt Mathematicus insignis, C.S.E.
- 5496 FRANCISCVS Rex Gallie ex custodia dimissus, cum Pontifice ac Venetis fœdus contra Casarem facit. 1526
- CAROLVS V Casar ut iniuriam sibi à Clemente Papa Romano illatam vlcisceretur, nominis Pontificij auctoritatem per omnem Hispaniam abolet exemplo ab Hispanis ipsis posteritati relicto, posse Ecclesiasticam disciplinam citra nominis Pontificij auctoritatem ad tempus conservari Thuanus.
- LVDOVICVS, Vladislai Jagelloni filius, Rex Vngariae & Bohemiae, copiosus ad oppidum Mohaczum medio loco positum inter Budam & Belgradam à SOLYMANI exercitu fuscis & caesis fuga salutem quaesivus, in vicina paludis lutulento gurgite depressus & suffocatus interit die decollationis Iohannis Baptistae, 29 Augusti atq; LVDOVICO successit FERDINANDVS Rex Vngariae. Et hoc anno SILESIA venit in potestatem Regis Ferdinandi. Leonclau. Backschius.
- IOHANNES de Zapolla, Vvainoda Transylvaniae & Comes terra Scepusiensis, post Ludovici Regis funestum occasum, à nonnullis regni proceribus Rex salutatur die Marti.

Purchase full membership to immediately unlock this page

DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'
Full Membership gives
access to 797,885 ancient
and modern, fiction and
non-fiction books.

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



Nati sunt:

I. **AVGVSTVS** Dux Saxoniz Elector, **HENRICI** Ducis filius, 31 Iulij, hora 5. ante merid. annis 1587. propè completus à natali Augusti Cæsaris.

II. **WOLFGANGVS**, Ludouici filius, Palatinus Rheni Comes Bignonius, Princeps sapiens & literatus, die 26 Septembris, paulò ante horam 2. vespertinam, Biponti.

III **ADOLPHVS**, Fridenci I. Daniæ Regis filius, hæres Norvegiæ & Dux Holsatiæ, 26. Ianuarij, Flensburgi.

IIII. **IOACHIMVS à BERGÈ**, genere, doctrina, sapientia & virtute vir nobilissimus, qui raræ magnificentiz & liberalitatis exemplo plurimos artium opt. & Theologiæ studiosos proprio sumptu in Scholis & Academicis per annos non paucos alit, eoq; nomine non tantùm opumè de Ecclesia & Repub. promeretur, verùm etiam perennem nominis sui memoriam ad omnem posteritatè transmittit, natus est prope Glogouiam Herndorfii in Silesia, die 23. Mar. sub exortum Solis. *Huius nobilissimi Viri subiectionibus historicis multam vfi, multumq; adiuti sumus in hoc opere: idque gratitudinis ergò profitemur,*

V. **HENRICVS RANZOVIVS**, Ioh. Equitis aurati filius, trium Daniæ Regum in Ducatib. Slesuicensi, Holsatiæ & Dithmarsiz vicarius & gubernator, Cimbricæ nobilitatis apex, heros omni doctrinarum genere perpolitus, & scriptorum plurimorum elucubratione clarus, die 11. Mar hora 10. min 31. post meridie, in arce Holsatiæ Steinborch.

VI **HYBERTVS GOLTZIVS** Venetianus, ob doctissima scripta de rebus Romanis edita lectus in ordinem Ciuium Romanorum, Antiquarius & historicus celeberrimus, Venloæ in ducatu Iuliacensi, die 30. Octobris.

5496 VII. CAROLVS Clusius Atrebas, Medicus & Scriptor historiarum simplicium peregrinorum clarissimus, die 19. Februarij, mane sub horam quintam; Atrebatum metropoli Comitatus Arthensium in Gallia Belgica. 1526

VIII. MARCVS ANTONIVS Muretus, eloquentiarum laude clarus mense Aprilis, Lemouicium Gallia.

IX. MARTINVS Crusius, Græcæ linguæ & Oratoriarum in Academia Tubingensi Professor celebris, & Annalium Suevicorum scriptor, C. S. E. 19. Septemb. media hora 4. pomeridiana, Bottensteini.

M. CHRISTIANVS Sagittarius Augusti Electoris Saxoniarum concionator.

ISMAEL SOPHI Rex Persarum primus à Sophis, obiit hoc anno, cui successit filius TECHMAS. Leonclan.

5497 Instituta est deliberatio de prima visitatione Ecclesiarum in Saxonia, de qua extat libellus latinus Philippi Melanchthonis, hoc anno editus. Ea tamen visitatio in sequentem annum dilata est. 1527

ROMA capta & direpta ab exercitu CAROLI V. cuius duces erant CAROLVS Borbonus & GEORGIVS Fronspurgius, 6. Maij, die Iohannis ante portam Latinam Anno Urbis condita 2278. postquam à Torila capta fuerat 980. id est, decies & quater 70. Pontifex sese dedit 6. Iunij, quo die etiam sua dignitati restitutus est. Vide Epistolam Erasmi lib. 22. Ep. 25. 26. ubi ait, Pontificem Clementem inclementissime tractatum esse.

LUTHERVS edidit librum, quo defendit iura verborum Cœnæ Domini aduersus Zuinglium & Oecolampadium, quorum vterque Luthero respondit.

Hoc anno prouolârunt in publicum multa scripta Anabaptistarum

CASPARI Suenkfeldius relicta Silesia contulit se

Argentinas, ibique doctrinam Martini Lutheri
impugnare cœpit scriptis publicis

TRAIECTINORVM ciuitas in Geldriorum potesta-
tem redacta est 6 Aug Chron. Traiect.

FERDINANDVS Praga coronatur in Regem Boemia,
die Matthe, 24 Februarij in Regem Vngarie apud Al-
bam Gracam 28. Octob Aly 3. Nouemb.

Torga celebrata sunt nuptie **IOHANNIS FRIDERI-
CI** Electoris Saxonie cum Sibylla filia Iohannis Ducis
Cleuensis, Dominica Exaudi, 2 Iunij.

Nati sunt

I. **Optimus IMP. MAXIMILIANVS II.** Ferdi-
nandi Imp primogenitus, 1. Augusti, inter 11. &
12 noctis, Viennæ.

II. **PHILIPPVS** Hispaniarum Rex **CAROLI V.**
Imperatoris filius, ex Isabella Emanuelis Portu-
gallie Regis filia, in Valle Doleti, 21. Maij, hora 4.
post merid.

III **VLRICVS**, Alberti fil. Dux Megapolitanus,
Princeps optimus, Ecclesiarum & Scholarum nu-
tritius liberalissimus, die 22. Aprilis, hora 2. minut.
35 post meridiem.

IIII. **BARBARA** filia **IOACHIMI II.** Electoris
Brandeb & coniux **GEORGII** Ducis Lignicen-
sis ac Brigenis, 10 Augusti

ABRAHAMVS ORTELIVS, Seculi nostri **P T O-
L E M Æ V S**, Philippi II Regis Hispaniarum Cos-
mographus, & immortalis illius operis Theatri
orbis terrarum auctor, vir doctissimus, humanissi-
mus, integerrimus, die 10. Aprilis, Antuerpiæ.

VI. **EBERHARDVS**, Ioach fil. Mollerus, Consul
Reip. Hamburgensis, die 23. Nouembris, hora 8.
matutina.

VII. **SIGEFRIDVS** Saccus Theologus Magde-
burg. die 12. Martij, hora 2 pomeridiana, Nor-
thusa vrbe Imperiali.

VIII. **IACOBVS** Rungius Theologus & Profes-
sor

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



IOHANNES Cuspinianus Samfurtonsis, Medicus, & Maximiliani Imp. Orator atque diligentissimus inquisitor antiquitatis, qui Imperatorum historias edidit, & Consulum Catalogum contexit, hoc anno descripsit Austriam.

Ne hic annus sine pugnis abiret, Erasmus 14 Febr. ludicrum bellum (ita enim interpretabor) movit Ciceronianis, in quos scripsit *Mirum ni Mars ruserit, cum hæc Mercurialia oratorum certamina otiosus spectaret.* In hoc libello Erasmus cæsuram suam exponit de Ciceronis, Melanchthonis & aliorum stylo. Ouidium ait Poëtarum Ciceronem videri posse. Suam quoque sententiã de imitatione & recta scribendi ratione addit. Ibidem de suo stylo sic loquitur: *Quid Erasmus Roterodamus? Abicit ac precipitat omnia, nec parit, sed abortit, interdum instum volumen scribit, stans pedem vno, nec unquam imperare potest animo suo, ut vel semel relegat quod scripsit, nec aliud, quàm scribit, cum post diuturnam lectionem demum ad calamum sit veniendum, idque raro*

BALTHASAR Hubmaier Doctor Anabaptisticus Vienna crematur.

Nati sunt:

I. ALBERTVS Dux Bauariæ, gener Ferdinand Imp. 29 Februarij.

II. IOANNES BASILIVS Magnus Dux Moscoviæ, die 25. Augusti, dodrante horæ post 7. vespertinam.

III. IVLIVS, Henrici Junioris fil. Dux Brunsvic. & Luneburgensis, die Petri & Pauli (29. Junij)

IIII. OTHO, Othopis filius, Dux Brunsvicensis & Luneburg in Harburg, die 25 Septemb.

V. CHRISTOPHORVS Ehemius IC Patricius Augustanus, mense Augusto, Augustæ Vindelicorum.

VI. IANVS IACOBVS Boissardus, vir doctissimus & Poëta elegantissimus, cuius inter alia erudit

5498

1528

diti extant Emblematum, Antiquitatum Romanarum & Iconum CL. Virorum libri, &c. circa hunc annum Vesontij natus est.

VII. PETRVS Lotichius Secundus, Poëta præstantissimus, die 2. Nouembriis, in Cœnobio Solitariae.

VIII. IACOBVS Andreæ Theolog. C.S.E. die 25 Martij, VVaiblingz. Crusius in Annal.

Obierunt:

I. GEORGIVS Fronsp̄ergius Eques auratus Germanus, dux milisia celeberrimus, Cesareus semper partibus additus, qui præcipuè fractis fœderatorum contra CAROLVM V. Imperatorem in Italia consilijs, Imperij decus sua virtute, Deo dante, tutatus est, quicq̄ multa potius egregia laudis, quam bellici quaestus decora domum retulit, apoplexia extinctus obiit 20. Augusti, ætat. 54. m. 10. d. 27. Mindelbæmi Sueuorum Hunc virum quindecies iusto praelio, extraordinaria verò acce supra vicies admirabili fortitudine dimicasse ferunt.

II. ODETTVS Foxius Lotrethus Gallus dux, qui ut olim Demetrius Macedo, Urbium expugnator dictus est, in castris ad Neapolim peste extinctus, die 15. Augusti Guicciardin.

III. Hippolytus de Marsilijs I.C. Bononiensis, qui eam iuris partem, quæ circa crimina versatur, tractauit, die 7. Februarij, ætat. 78. m. 2. d. 11. Bononiae. Schrad. Forst.

FOEDVS SMALCALDICVM.

5499

1529

Conuentus SPIRENSIS celebratur, in quo nata est appellatio PROTESTANTIVM, quæ Evangelicis tribuitur, eò, quòd ab illis in Cōuentu Spirensi, die 19. Aprilis, exhibita sit Protestatio in religionis negotio Mense Nouembri Protestantes SMALCALDIÆ Conuentum egerunt, vbi primum propolita & agitata est quaestio de mutuo fœdere

fœdere Principū Euangelicorū. & de defensione. aduersus suæ religionis hostes vim ipsis illaturos.

Pax inter Pontificem & Casarem Barcinona 26. Iunij facta.

Pax inter Casarem & Gallia Regem Cameraci inita 5. Augusti.

ERASMVVS Roterodamus mense Aprilis, Basilea relicta, Eriburgum, Brisgonæ oppidum, ditionis Ferdinandi, distans Basilea itinere dier, commigravit, propter mutatam religionem, & vitandæ suspicionis causa, ne videretur illa p̄bare, quæ tū tēporis Basileæ gerebantur, & quod in Heluetia omnia ab bellum intestinū spectare videbat. Nouembri mēse libellum hoc titulo edebat: Contra quosdam, qui se falsò iactant Euangelicos. Huic scripto deinde responderunt Theologi Argentineses, quoniā de ipsis potissimū & Basiliensib. ille tractauerat, imprimis autem de Bucero. Sleid. Lauater. Hoc scriptum Erasmi est in Euangelicos valdè cōtinuēliōsum, ex quo nos pauca de multis subiungemus, iudicium lectori candido & p̄iudicijs nō corrupto relinquentes. Ego tibi, inquit, ex Euangelicis multos ostendā, qui facti sunt seipsis deteriores. Excussæ sunt è templis statuae, sed quid refert, cum nihilò secius in animo colantur idola vitiorū? nec video, quo consilio quidam tanto studi demoliti sint imagines, nisi vt esset consp̄rationis symbolum. Interim obtenditur horrendū idololatriæ crimen. Sed quis nunc est tam lapsus, vt putet lapidibus ac lignis inesse sensum? & si qui tales sint, quantulum erat negocij docere populum, imagines ad hoc tantū repertas, vt imperitis memoriam adiuuent, &c. Hæc & alia multa Erasmus (nam atrociora præterij) qui an sibi ipsi per omnia perperuō constet & consentiat: an item vtrūq; satisfacit, Catholicis & Euangelicis, norunt qui scripta eius legerunt. Idem taxat mutationem religionis Basileæ factam lib. 19 ep. 32. & 39. vbi ait: *Se hoc anno Pascha*

Purchase full membership to immediately unlock this page

DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'
Full Membership gives
access to 797,885 ancient
and modern, fiction and
non-fiction books.

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



Finito colloquio Hoffmannus in exilium actus est, & Argentinz Dialogum de colloquio edidit.

LUTHERVS Minorem Catechesin mense Ianuario edidit, Maiorem mense Octobri, circiter.

Argentorati & Basilez Missa abrogatur, & statuz è templis eijciuntur. Sleid.

Nati sunt:

I. FERDINANDVS Archidux Austriaz, filius Ferdinandi Imp. 14. Iunij, post horam 2. pomeridianam, Lintzij.

II. IOHANNES FRIDERICVS II. Iohannis Friderici I. filius, Dux Saxoniz, 8. Ianuarij (alij 8) hora 7. vespertina.

III. CASPARVS Hoffmannus Medicinz Doctor, & Electoris Brandenburgici Leobergz, Cal. Octob. Hic vir est præcipuum amicorum meorum lumē, & optimus Isagoges nostræ patronus.

IIII. NICOLAUS Cisnerus IC. Mosbaci oppido Palatinus.

V. NICOLAUS Vigelius IC. qui scriptis suis ius Ciuile & Canonicum illustrauit, Treuz Hassorum oppido.

VI. HENRICVS Retelius, Cos. Saganensis, amicus meus optimus, atque historiarum studiosissimus, 18 Nouembris, Sagan.

VII ABRAHAMVS BUCHOLCERVS, qui hanc Sylulam Chronologicam primùm collegit, pridie Michaëlis, 28. Septembris, sub vespere, post horam 5. in ditione Electoris Saxonici in pago Schönau prope Damam, quæ 6. miliarium spacio Viteberga distat.

Obierunt:

I. IOHANNES Cuspinianus, Medicus Maximiliani Imp. Orator & Historicus clarissimus, C. S. E. hoc anno Viennæ obiit. Henr. Pant. al.

II. ADOLPHVS Clarenbach ob Lutheranismum Colonia exustus est 28. Septembris.

5499

III LUDOVICVS Berquinus Atrebas, ob religionem Lutetia combustus 22 Aprilis. Vide *Erasimum lib. 24. Epist. 4.* Beza in iconibus habet 11. Nouembri.

1529

IIII. PAVLVS Æmylius Veronensis, historicus Gallicus, s. Julij.

5500

IVBILÆVS MVNDI 1100. *Mosis 60. Christi predicationis 30.*

1530

Hic annus est medium sexti & ultimi millenarij Mundi, cuius altera pars annorum 500 si Elsa cuiusdam dicto credimus, non complebitur.

ARGENTINENSES, TIGVRINI, BERNATES, & BASILIENSES, die 5. Ianuarij fœdus inter se fecerunt, ad mutuam defensionem contra vim iniustam, quæ propter Euangelium inferretur.

CAROLVS V. Imp Bononia coronatur **REX LONGOBARDORVM**, 22 February Die verò suo natali, hoc est, 24 Febr. (quo Carolus complebat annum etatis 30.) coronatur Imperiali Corona, máximo cum apparatu & splendore, à Pontifici e Clemente VII cum iurasset, Pontificia dignitatis perpetuum se fore defensorem. Estque hic annus à Coronatione Caroli Magni 730. à priore Coronatione Caroli V. per Electores 10.

CAROLVS V. ingressus est Augustam 15. Iunij. Postridie, Corporis Christi festo, Missæ interfuerunt Cesar & alij Principes máximo numero, præter Saxonem, Lantgrausum, Luneburgicos fratres, Georgium Brandeburgicum & Anhaltinum His Cesar nuntiauerat, vt & interessent, & suos abrogarent Concionatores Illi autem non venerunt, & quia conuentus hic eò sit indictus, vt omnium audiantur sententia, dicebant se non posse suis imponere silentium, ante cognitionem causæ Biduo post fuit edictum, vt vtriusque partis Concionatores desistant, donec de religione decidatur. Cesar tamen aliquos constitueret, qui sine cuiusquam contumelia doceant. Fuit hoc voce præconis denuntiatum, constituta pœna. Die 20. Iunij factum est initium Comitiorum, & Archie-

*piscopus Moguntinus Missam de Spiritu sancto cantavit
cui etiam Elector Saxonie interfuit officij ratione ensem
Cæsaris preferens, cum antea, quid de Missa sentiret, re-
status fuisset.*

COMITIA AVGVSTANA CELEBERRIMA.

CONFESSIO AVGVSTANA, scripta à PHILIPPO Melanchthone exhibita est CAROLO V. Imp à Protestantibus, postridie Iohannis Baptistæ 25. Iunij: fuit dies Sabbati, præcedens Dominicam 2. Trinitatis Cōfessionis subscripserunt IOHANNES Elector Saxonie, GEORGIUS Marchio Brandeburgensis, IOHANNES FRIDERICVS Dux Saxonie, ERNESTVS Dux Brunsvicensis, PHILIPPVS Lantgravius Hassie, FRANCISCVS Dux Luneburgensis, WOLFGANGVS Princeps Anhaltinus, NORIBERGA & REVT-LINGA. Interfuerunt his Comitij multi Theologi. præcipui fuerunt ex Catholicis CAMPEGIVS Cardinalis Legatus Pontificis, ECCIVS, FABER, COCHLÆVS, &c. Ex Evangelicis. PHILIPPVS Melanchthon, IUSTVS Ionas, GEORGIUS Spalatinus, ANDREAS Osiander, IOHANNES Agricola Islebius, & alij. Hæc confessio publicè prælecta est, vt diximus, 25. Iunij à prandio, in Palatio Cæsaris, in loco (vt scripsit Iustus Ionas) qui capiebat circiter 200. homines. Confederant Cæsar & Electores, inquit, & absentium Electorum Legati utrinque. Deinde ex utroque latere alij Principes & Ordines Imperij. Recitabat Confessionem D. Christianus Beyer, articulatè, distinctè & clarè, vt ab omnibus exaudiretur Absoluit totam duabus horis. Satis attentus erat Cæsar, qui sibi curavit nostram Confessionem reddi Italica & Gallica lingua per Alphonsum Valdesium Hispanum, & Alexandrum Schuueis, &c.

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



Parisius, mense Septembris. Ebraicam linguam professus est FRANCISCVS Vatablas. Græcam PETRVS Danesius quibus duobus additus fuit IACOBVS Tusanus Græcarum literarum Doctor.

Hoc anno magna nominis celebritate in Italia floruit MARCVS HIERON. Vides Cremonensis Episcopus Alba, quem proximè ad Virgilianam excellentiam peruenisse multi eruditorum iudicant, cuius rei euidens testimoniũ præbet insignis illud opus Christiados & alia scripta, quæ hodie non sine auctoris admiratione & æterna laude ab omnibus leguntur Boissard. lib. 1. Iconum.

De Episcopo Eboracensi in Anglia hæc scribit Erasmus: Cardinalis Eboracensis, inquit, sic offendit animum regium, ut spoliatus bonis & omni dignitate, teneatur non in carcere, sed in quodam ipsius prædio, adhibitis triginta duntaxat seu famulis seu custodibus Profertur in illum querela innumera, ut vix existiment effugere posse capitis supplicium. Hic est fortuna ludus, ex ludi magistro subuectus ad regnum. Nam planè regnabat verius quàm ipse Rex, metuebatur ab omnibus, amabatur à paucis, ne dicam à nemine. Paucis autè diebus quàm caperetur, curauerat Richardum Paceum conuocandum in carcerem, ac minitabatur etiam meo Archiepiscopo Cantuariensi. Ante ruinam exaltatur Spiritus, ait Salomon. Archiepiscopus Cantuariensis vocatus imò reuocatus est ad Cancellarij munus, quo non aliud in Anglia maius: sed is excusauit aetatem, iam imparem tanto negotio. Itaque prouincia delegata est Thome Moro, magno omnium applausu, nec minore bonorum omnium lætitia subuectus, quàm deiectus Cardinalis.

De hoc Episcopo Eboracensi lege Guicciardinum, qui & de huius hominis superbia quadam refert, &c.

In Scotia solum cædè martyrum cæpit subigi, ut semen verbi diuini seri posset: Patritio Hamiltonæ martyrij coronâ nobilitato

ROMÆ die 8. Octobris, circa noctis horam vndecimam Tybe-

5500

Tyberis subita exundatione excurrentes, ingenti damno urbem adfecit.

1530

Hoc ipso anno Prouincia **CYLIACANA** in America, quæ nunc regni **NOVÆ GALICIÆ** pars est, Caroli V. auspicius inuenta: in cuius tractu vna tantum Colonia Hispanica, quæ **S Michaelis** nomen gerit, reperitur. Regio hæc vicunque rerum necessariorum fertilis est. Ex montibus argentum magna copia effoditur. Incolæ nudi incedunt, verendis tantum panniculo, ex gossipio conflato, coopertis. Bella & latrocinia exercent; qui maritima tenent, piscationibus vt plurimum operam nauant: qui interiora habitant, venationibus vitæ præsidia quærunt. gens alioqui est pauperrima. **Abrah. Ortelius** in **Theatr. O. b Ter.**

Nati sunt:

- I. **IOHANNES VVILHELMVS**, *filius Iohannis Frederici Elect. Saxonie, 11. Marty.*
- II. **FRIDERICVS** *Marchio Brandebur & Episcopus Magdebur, Ioach. II. Elect. Brandeb. filius, 12 Decembris Berlino.*
- III. **IOACHIMVS** *Comes de Ortenburg, ex illustri & antiqua Comitum Ortenburgicorum familia in Bawaria, die 6. Septembris.*
- IIII **SIGEFRIDVS** *Ribischius, Consiliarius aliquot Imp. vir sapientia, doctrina & virtute ornatissimus, Vratislauiæ, 13. Septemb. Hunc virum ego Bibliothecam meam historicam appellare soleo, cui acceptum refero quod Golzum & similes egregios Scriptores noui*
- V. **IOSIAS** *Simlerus Theo'og Tigurinus, C.S.E. 6. Nouembris*
- VI. **HENRICVS** *Mollerus, Ioach. fil. Theologus celebris, die 12 Aprilis, Hamburgi.*
- VII. **DAVID** *Chytraus, Theologus & Historicus, cuius inter alia scripta plurima eruditi extant Chronicon Sax. libri, 26. Februarij, Mentzingæ Sueniæ oppido.*

5500 **VIII. GVILIELMVS Xylander, vir doctiss. & clariss** 1530
Auguste Vindelicorum.

Obierunt:

I. **MARGARETHA** filia Maximiliani Imp. soror Philippi Regis Hispaniæ, Mechliniæ, mense Decembri, ætat. 51: cui in Belgici gubernatione successit soror **MARIA**, Ludouici Vngariæ Regis vidua.

II. **NICOLAVS II. Senior**, Salmæ Comes, heros & bellator fortissimus, postquã **FRIDERICO III. MAXIMILIANO I. CAROLO V. & FERDINANDO**, Romanis Imp. an. 46. fortem & strenuã operam domi militiæque nauasset, Anno Christi 1529. **SOLYMANO** Turcarum Imp. Viennam obsessã grauitèr oppugnante, dum muro pulueris subiecti vi labefactato & diruto, hostib. se inuictis animi robore opponit, saxo percussus, lethale vulnus accepit, ex quo demum hoc ipso anno, die 4. Maij, æt. 72. in Austriæ Castello Marcheck obiit.

III. **HIERONYMVS Mercurinus Cattinaria**, Caroli V. Imp. Procancellarius & consiliorum intimorum conscius, vir sapientissimus, & plerorumque, quæ postea acciderunt in Gubernatione, vates non falsus, die 4. Iunij.

III. **ACTIVS SINCERVS** Sannazarus Equestris ordinis Poëta Neapolitanus, ætat. 72. m. i. d. 29. Neapoli.

V. **FRANCISCVS** Lambertus Auenionensis Theolog eximius, die 18. Aprilis, Marpurgi.

VI. **THOMAS Volsæus** ex sacerdote Eborac. Episcopus, Cardinalis, ad omnes honorum gradus creatus, tandem fortunis omnibus spoliatus, Londinum versus in carcerem ducendus, ad oppidum Leicesterium exanimatus.

5501 **FERDINANDVS Archidux Austria, Vngaria & Boë-** 1531
mæ Rex, die 5. Ianij. Calonia renunciatur Rex Romanorum, & 11. Ianuarij coronatur Aquisgrani.

Purchase full membership to immediately unlock this page

DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'
Full Membership gives
access to 797,885 ancient
and modern, fiction and
non-fiction books.

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



I. IOHANNES Oecolampadius Theologus Basil,
anthrace correptus sancto obiit Basileæ æt. 49.
Calend. Decembris. De huius obitu vide præfatio-
nem Gryæi in Ezechielem Oecolamp. Ultima
morientis vox fuit. SALUA ME CHRISTE IESU.

II. IOHANNES Stoflerus Iustingensis Sueuus,
Mathematicus excellens & vir integerrimus,
C.S.E Tubingæ 16. Februarij, ætatis 79. alij 80.

III. BILIBALDVS Pirkhainerus Patricius No-
ribergensis, vir doctissimus, & editis scriptis cla-
riss. Noribergæ ætat 61. Huius Encomium habet
Erasmus in Epistolis, lib. 26 Epist. 33.

PRIMA PAX IN RELI- GIONE.

Pax inter Cæsarem & Protestantes facta, quam im-
petrârunt à Cæsare ALBERTVS Moguntinus,
& LVDOVICVS Palatinus. Huius pacificæ
transactionis verba edita sic habent. De gra-
tia nos Albertus Moguntinus, &c. Et Ludo-
uicus Palatinus, &c. impetrauimus, vt Cæsarea
Maestas clementer consenserit, vt communis
& publica pax constituatur, vsque ad generale,
liberum, Christianum Concilium, &c. Data No-
ribergæ, feria 3 post Mariæ Magdalenzæ, id est 23.
Iulij, 1532.

GVNSIVM Vnganz oppidum, defendente forti &
claro viro NICOLA O Iurizio cum ducentis ar-
matorum millibus SOLYMANVS terdecies op-
pugnauit, non captum tamen vi, sed deditio-
ne traditum. Solymanus Imp. audito Caroli Cæsaris ad-
uentu, qui octoginta peditum millia habuit, & tri-
ginta ferè galeatorum equitū ex Germanis, Italis,
Hispanis collectorū, exceptis Vngaricis equitibus,
nō expectandū sibi ratus, per Noricorū mōtana fu-
git, multa præda onustus domū rediēs. Drechsl.

IOHANNES Cadurcus Occitanus professor iuris

Tho-

Tholose, veritatem quam sanguine suo sanciebat, sic asseruit, ut non modo Tholosæ, sed propter celebrem illam Academiam, in vniuersa Gallia semen purum verbi Dei sparsisse meritò videatur. Beza in Iconib.

C A Z A N E S Michaloglius Vaiuoda, duodecim Turcarum millib. à Solymano Turcarum Imp. altera contra Germanos expeditione in Austriæ fines emissus, dum incendiis & rapinis omnia depopulatur, & incolas seruituti mancipatos abigit, opimâ potitus prædâ, in reditu in Christianorum copias incidit: à quibus, licet fortiter resisteret, **F R I D E R I C O** II. Principe Palatino Rheni exercitus Ordinum Rom. Imp contra Turcas Duce supremo, tandem ad internecionem vnâ cum suis copis cæsus occubuit, intra oppidum Altenmarckt & Neostadium Austriæ, mense Septembri. Leonclau. in Annal. Turc.

Eodem anno H A R I A D E N V S Mitylenæus Barbarossa ditus, Urbem **A L G I E R A M** in Africa occupauit. Leoncl.

Nati sunt:

I. **G V I L I E L M V S**, Philippi Lantgrauij Hassiæ primogenitus, 24 Iunii, hora 5 ante merid

II. **I O A C H I M V S** Curæus, artis Medicæ Doctor & Philosophus excellens, C S. E. 23 Octobris, Freistadij Silesiorum.

III **LE O N H A R T Y S** Kranzheim Theologus & Chronologus clarissimus, olim Superintendens Ecclesiarum Ducatus Lignicensis, cuius insigne opus Chronologicum extat: 16. Septembris, in Franconiæ oppido Iphofen.

IIII **I O A C H I M V S** Maisterus, Philosophus, Orator & Poëta præstantissimus, cuius poëinata anti- quam Poëtarum grauitatem ac sublimitatem spirant, Rector Aug istij gymnasiij Gorlicensis, 1. Nouembris, Gorlicij à nato Virgilio 1600.

V **F R I D E R I C V S** Widebramus, Theologus

& Poëta celebris, 4. Julij, Peſneccij Voigtlandiæ oppido.

VI. M. IOHANNES Roſa, Profeſſor Acad. Ieneniſis, vir pius & doctus, C. S. E die 13 Ianuarij. Eber.

VII. NICOLAUS Selneccerus Theologus Lipſeniſis, die 6. Decembris, hora 1. noctis, in oppido Herſpruck. Eber.

Obierunt:

I. IOHANNES Dux Saxoniae Elector, Friderici frater & ſucceſſor, in oppidulo Saxoniae Schuenevitz, 13. Auguſti, ætatis 63. Sepultus VViteberga in templo arcis: anno 30. à condita Academia VVitebergenſi.

II. GVILIELMVS VVaranus Episcopus Cantuarienſis in Anglia, cui ſucceſſit THOMAS Cranmerus. VVarani huius inſignia encomia lege apud Eraſmum in Adagys Chilia. 4. cent. 7. adagio 58. Item in Epistoſis lib 27. Ep. 7 17 ubi ait, in Comitatu Caſaru hoc anno obuſſe Vienna ALPHONSVM Valdeſium, iam magnum, ſed futurum, ſi vix ſſet, maximum Item in P'onia . CHRISTOPHORVM à Schidlouitz, eius regni ſupremum Cancellarium, cui Eraſmus de' auſt libellum, qui inſcribitur Lingua.

III. LAZARVS Spenglerus, vir pietate & vſu rerum clarus Republica Norica à Secretis, cuius extant Ode aliquot ſacra vernacula, calculo extinctus, 7 Septembris.

IV. GREGORIUS Haloander Zuccauieniſis Iuriſprudentiae illuſtrator, Venetijs.

Vitebergæ 18. Iunij promoti ſunt tres Doctores Theologiæ, præſente Elect. Saxoniæ Iohanne Friderico: CASPAR Cruciger Acad Rector IOHANNES Bugenhagenus Pomeranus, Vitebergenſis Eccleſiæ Paſtor. & IOHANNES Æpinus Paſtor Eccleſiæ Hamburgeniſis: Decano & promotore Iuſto Iona, cuius oratio extat in declamat. Melanchthonis, tomo 1.

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



ponu filium, & oppidum perdiderit, & mulierem, certum non audiu non est tamen veri d^{is} simile. Huius facti vicini tam constans est fama, ut fictum videri non queat.

HARIADENVVS M'tylenens Barbarossa à Solymano Turcarum Imp. Rex Aigiera factus, & Beglerbegus maris supremus constitutus, classe centum triremium armatus, **MOREAM**, anno precedenti ab Andrea Doria Hispanica classis prefecto occupatam, adiit, & Christianis regionem & arces desertas relinquentibus, **CORONAM** & alia loca recepit. Leonclau.

Hoc anno quidam ineptè vaticinatus est de extremi iudicii die, qui venturus esset mense Octobri, idque supputavit ex his verbis: **IESVS NAZARENVS REX IVDÆORVM** Item: **VIDEBUNT IN QVEM TRANSFIXERVNT**: quorum prius, si literas colligas, continet numerum anni 1532. posterius verò an 1533.

Historia IOHANNIS Auentini terminatur.

Nati sunt:

I. **ELIZABETHA** Regina Angliæ, filia Henrici VIII. ex Anna Bolenia, die 8. Septembris, circa vespeream, Gronouiciæ

II. **WILHELMVS**, Wilhelmi senioris filius, Comes Nassouicæ, Princeps Auraticus, Dillenbergæ, 14. April. manè paulò ante horam 3 Eber.

III. **STEPHANVS** Bathoreus, Stephani filius ex Bathoreorum de Somlio familia oriundus, Princeps Transyluanicæ, postea Rex Poloniarum, 27. Septembris, in Transyluania.

IIII. **HENRICVS**, Ernesti filius, Dux Lunenburg. in Tannenberg, die 5 Junij, manè hora 4 circa Solis exortum, Cellæ.

V. **IOHANNES** Maior Ioachimus, Theologus & Poëta excellens ac Virgilij felix imitator, cuius multa extant poëmata, die 1. Februarij, hora 23. scrup 14 post meridiem, in valle Ioachimica.

503

VI THOMAS Hubnerus, vir doctissimus & integerrimus, & amicus meus intimus, Cal. Maij, in oppido Bernavv. In hoc viro Ingenium pietas artemque modestia vincit.

1533

VII. THEODORVS Zuuingerus, Med. & Philosophus præstantissimus, C. S. E. diè 2. Augusti, Basileæ.

VIII. IOHANNES Caselius, vir in Græcis & Latinis literis doctissimus, nunc earundem Professor in inclyta Acad. Iulîa clarissimus, C. S. E. 18. Maij, Gottingæ.

Obierunt:

I. LVDOVICVS, Alexandri filius, Palatinus Rheni, Comes Veldentianus & Bipontinus, Princeps Martérogæque insignis.

II, LEONICVS Thomeus Venetus, Philosophus præstantissimus, qui libros Aristotelicos Græco sermone primus Patavij omnium mortalium publicè docuit, Platonis maiestatem propè abolitam restituit, & multa præterea scripsit, &c. Patavij, cum vixisset annos 75. m. 1. d. 27. Schraderus in monum. Ital.

5504

In ANGLIA facta est ingens rerum mutatio ob diuortium Regis Henrici, qui Catharina ante annū repudiata duxerat Annam Boleniam. Cū itaque 23 Martij CLEMENS Papa sententiam contra Regem tulisset, Rex continuo decretum fecit, quo se per Angliam Ecclesiæ Caput, proximum à Christo pronunciauit, & capitis pœnam constituit, si quis Episcopo Romano supremam potestatem ascriberet: tributum etiam annuum (Petri nummum vocarunt) Romanij Pontificis quæstori dari solitum, denegauit.

1534

ALEXANDER Canus Ebroicensis Lugduni ad pios aliquot fratres concionatur, & mox in vincula coniectus Lutetiamque abductus palmam martyri gloriosissimi tulit. Beza in Iconib.

HVLDERICVS Dux VVrtebergensis ditioni suæ 13. May restitutus est à **PHILIPPO** Langrauo Hassie, abolita veteri religione, & **Ferdinandi** Regis copis ad oppidum **Lauffam** profligatus.

Primum Bellum à SOLYMANO Turcarum Imp. contra **TECHMASEN** Ismaélis filium, Persarum Regem, insti:ctu & consilio **Vluma** Begi Regis sororio, qui ad **Solymanum** defectionem fecerat, falsa & diuersa religionis prætexituræ captum.

BIBLIA GERMANICA à **Luthero** translata, & in vnū corpus redacta, excudi cœperunt typis **Witebergæ**, quod docet priuilegium verus, ab **Electore** **Bibliopolis** datum **Torgæ**, 6. Augusti.

Inter Lutherum & Erasmus recruduerunt certamina publicis scriptis prodita sed duo illi minore hominum expectatione quàm ante decennium concurrerunt.

IOHANNES à **Leiden** Sartor, in vrbe **Monasterien-**si renouciatur **Rex Anabaptistarum**, 24. Iunii

HARIADENVS **Mitylenens** **Barbarossa** cum classe in **Africam** profectus, **TUNETVM** Urbem, quæ à **Mauris** incolebatur, occupauit, & **MVLEASSEM** regis **Mahometi** filium regno eiecit. **Leonclau.**

CATHARINA **Medica** **HENRICO II.** **Galliarum** Regi nupsit 20. Septembris.

Nati sunt:

I. **FRIDERICVS II.** **Rex Danie**, **Christiani III.** filius, **Friderici I.** nepos, 1. Iulij, **Haderslebij.**

II. **ZACHARIAS** **Vrsinus** **Theologus**, 29. Iunij, die **Petri & Pauli**, horis 8 post meridiem, **Vratislaue.**

III. **IOACHIMVS**, **Ioach.** filius, **Camerarius**, inclyta **Norimbergensium** **Reipublica** **Medicus**, vir doctissimus & scriptis editis clarissimus, die 6. **Novembris**, **Norimbergæ.**

IIII. **IOHANNES** **Ferriarius**, **Historiarum & Pœsesos** **Professor** in inclyta **Academia Marpurgenfi**, **Neosori Silesiorum** oppido, 24. Iulij, horis 5 post meridiem.

Obie-

Purchase full membership to immediately unlock this page

DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'
Full Membership gives
access to 797,885 ancient
and modern, fiction and
non-fiction books.

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



pristis tenebatur, vi capta est 24. Iuny, media nocte, & Anabaptiste trucidati

Mense Decembri Conuentui Schmalcaldensi interfuerunt legati Gallici & Britannici, qui cum Protestantib. egerunt de foedere cum illis iungendo, & moderandis controuersis religionis. Sleid.

Hoc anno BIBLIA GERMANICA Lutheri, & EBRAICA Sebastiani Munsteri, in publicum prodierunt.

LUTHERVS coepit enarrare GENESIN, quem laborem vnà cum vita finijt, exacto decennio.

GENEVA vrbs Sabaudiae ad Lacum Lemanum per celebris, relicta Pontificiorum doctrina, reformatam religionem amplexa, & pulsis fugatisque hostibus suis in libertatem hoc anno restituta est Nathan Chytr in delictis itiner.

IOHANNES Bugenhagius Ecclesias Pomeraniae ad normam Confessionis Augustanae reformauit, & edidit ordinationem Ceremoniarum in illis Ecclesiis, in quibus antiqua religio abrogata fuerat anno 1532.

CONFESSIO fratrum Bohemorum exhibita Ferdinando Imp. 14 Nouembr Vienna.

IESUITARVM Societas initium sumpsit, autore potissimum IGNATIO Laiola nobili Hispano. Hi praeterquam quòd in Ecclesiis docent pueros etiam in scholis gratis erudiunt, maximeque Romanae sedis auctoritatem suffulciunt. Multas terras Indorum ignotas peruaserunt, iisque Christum praedicarunt. Horum genium Canonici & Monachi quoque metuunt. quòd illos de ponte (quod prouerbio dicitur) deiciant: eorumque modis aut exuuis sese vestiant Eruditione superant & mirificè obscurarunt ordines Monachorum. Surius. Hec Societas approbata est à Paulo III PP anno 1540.

FRIDERICVS Staphylus venit VVitebergam, aetatis 21.

THOMAS Morus eruditione praestantissimus, autor

1505

1535

Vtorigæ, Regni Angliæ Cancellarius, Henrici VIII. iussu, ob improbarum eius diuortium, securi percussus est Londini, 2 Julij. De quò lege Erasmi Ep. lib. 27. ep. 8. 9. 10. 26

IOHANNES Fischerus Episcopus Roffensis Anglus, qui multis libris editis Lutherum impugnavit, post diuturnum carcerem, in quo à Pontifice Cardinalis creatus fuerat, iussu Henrici VIII. Regis capite mulctatur, 22. Julij (alii 17. Junij) quòd Catharinæ Reginæ repudium, & Annæ Boleniæ nuptias, Romanique Pontificis dignitatem abrogatam probare nollet.

IOHANNES Scheniz, strangulatur mandato Archiepiscopi Moguntini Alberti in Salinis, 21. Junij, qua de re postea Lutherus publicis scriptis exposulavit cum Moguntino.

Nati sunt:

I. **VVILHELMVS**, Ernesti filius, Dux Brunsvic. & Luneburg. 4. Julij, Cella.

II. **IOHANNES**, VVilhelmi Senioris filius, Comes Nassouæ & Cattimelibocorum, doctorum & Musarum Mecænas singularis, die 22. Nouembris.

III. **LAMBERTVS** Ludolphus Helmius Pitbopus, vir & Poeta doctissimus, C. S. E. die 21. Marty, hora 11. noctis, Dauentria.

Obierunt præterea:

I. **IOACHIMVS I** Elector Brandenburg 11 Julij, Berlino, ætat 51. Ei successit in gubernatione filius **IOACHIMVS II.** qui hoc ipso anno celebrauit nuptias in Polonia cum Hedvige Sigismundi Regis Poloniæ filia.

II. **FRANCISCVS** Sfortia Dux Mediolanensis, obut sine filiis, ideoque Cæsar Ducatum Mediolanensem occupavit.

III. **PHILIPPVS** Decius, patria Mediolanensis, IC. celebri fama notissimus, in vtroque iure tam Pontificio quàm civili exercitatiss. & excellentiss.

cuius extant consilia, die 12 Octobris, Senis: & Pisas mortuus ad suum monumentum translatus: cum professionem Iuris utriusque Pisis, Senis, Florentiæ, Patavij, Papiæ, & in Gallia ad annos 65. sustinisset. Forster. in hist. Iuris C. Rom.

III L. H V L D R I C H V S Zasius Constantiensis Iuriconsultus, vir priscorum morum (ut de eo loquitur Erasmus) & antiquæ virtutis exemplar, qui primas inter Iuriconsultos Germaniæ obtinuit, & ius civile commentarius doctissimis illustravit, Friburgi Brisgoiæ, 24. Nouembr. ætate 74.

V E V R I C I V S Cordus Medicus & Poeta, 24. Decemb. Bremæ.

F O R M V L A C O N C O R D I Æ inter Lutherum & Bucerum, aliosque Ecclesiarum quarundam Doctores de Cœna Domini conscripta à Philippo Melanchthone 29. Maij, die Lunæ post Exaudi, Witebergæ. Post hanc transactionem Bucerus quædam retractavit in sententia sua de Cœna Domini, in enarratione quatuor Evangelistarum: scripsitque, se non satis intellexisse sententiam Martini Lutheri, neque satis Lutheri auctoritatem suspexisse.

I O H A N N E S à Leiden Hollandus Rex Anabaptistarum, Knipperdollingus, & alij eius factionis principes candentibus forcipibus in foro Monasteriensi necantur 22. Ian. (anno 10 compl. à nece Thomæ Munzeri) Rex in locum editiorem productus alligatur palo aderant bim carnifices ac forcipes igniti: ad tres primos morsus conticuit: deinde misericordiam Dei implorans cum horam & amplius ad hunc modum laceratus esset, transacto demum perpetuo mucrone, decessit Idem supplicium & socios eius perculit. Extincti canes ferreis alligantur singuli, & ad summum turre in vrbe exponuntur pensiles, Rex quidem medius, & quanta est hominis statura sublimis illis.

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



IIII. CASPAR Oleusanus Theologus, die S. Laurentij,
Augusta Treuerorum.

V. LAVRENTIVS Ludovicus, Rector augusti Gorli-
censium Gymnasii, vir optimus & doctissimus in agro
Leobergensium Sibelonio, die 8. Augusti.

VI. MATTHÆVS Dresserus, Historiarum & Ora-
torie facultatis in Academ. Lipsensi professor, C. S. E.
die 24 Augusti, memoria S. Bartholomaei consecrato,
Erfordia.

Obierunt:

I. FRIDERICVS Marchio Brandeb. filius ALBER-
TI Achillis Germanici, Casimiri pater, ætat. 76.
die 2. Maij, Onolzbachij.

II. CAROLVS Dux Monsterberg. Olsnensis, &
Oppau. GEORGII Podiebracii Regis Bohemiarum
nepos, HENRICI filius, Princeps heroica animi
& corporis magnitudine præditus. Silesiæ ac Bo-
hemiarum salutaris gubernator, die 31. Maij, ætat. 60.

III. ERASMVS ROTERODAMVS ætate con-
fectus, cum mensem ferme integrum dysenteria
laborasset, vita defunctus est Basileæ apud Hiero-
nymum Frobenium, die 11. Iulij, anno ætat. ut pu-
tatur 70. Hic quantus vir fuerit, ingenii ipsius
monumenta testantur. de re literaria est optimè
meritus, quòd barbariem expugnauit, Sophisticas
ranas è scholis profligauit & linguarum studia atq;
ingenia scriptis suis excitauit ac illustrauit, etsi in
religionis negotio visus sit *ἀμφίβολος*, quòd se non
satis explicare voluerit. Admirandum omnino fuit
in eo ingenium, ideoq; de eo aliquando sic cecinim⁹.

*Quantus ERASMVS erat? taceo cum scripta lo-
quantur;*

Mente & dente potens aurea lingua fuit.

Barbariem contra felicia praelia mouit,

Perculit hanc tanti Musa diserta viri.

Illius est scriptis primùm via strata LVTHERO,

Traditur & lampas, doctæ PHILIPPE, tibi.

III.

5506

III. SANCTES PAGNINVS, cuius extat Lexicon Ebraicum æt. 70 Lugduni Fuit Theolog Ordinis Prædicatorum, & Latinè, Græcè, Ebraicè, Chaldaicè & Arabicè doctissimus, vt Testamenti vtriusque versio ex Græco & Ebræo abunde testatur Item eius Isagoge, ad mysticos scripturæ sensus. Grammatica item Ebraica & Græca. Alii eius obitum referunt ad an 41.

1536.

V. LVDOVICVS Gozadinus Bononiensis, insignis legum interpres, æt 57. Bononiæ Schrad.

VI. BERTHOLDVS Hallerus Theologus Ber-nensis, ætat. 44.

VII. IOANNES Manardus Ferrariensis, Medicus & Philosophus doctissimus, qui anno plus minus 60. medicinam tam dicendo quàm scribendo in antiquum statum ac nitorem restituit, die 8 Martij, æt 74. Ferrariæ, Schrader.

5507

Conuentus præcipuorum Theologorum Augustanæ Confessionis fuit SMALCALDIÆ mense Februario, vbi deliberatum est de Concilio Mantuæ indicto, & articuli Smalcaldici futuro Concilio exhibendi, cõditi & comprobati sunt. Ibidem scriptum quoddam composuerunt Theologi, quo dogmata Suuenckfeldii & Sebastiani Francken improbârunt.

1537

NYGNAS Acugnanus Orientalis Indiæ prorex, quem prouincis illis IOHANNES III Rex Lusitanæ præfecerat, urbem DIUM ad fl. Indi ostium sitam, metropolim ac præcipuam munitionem regni Zambri (q̃ Cambaiam nostri vocant) expugnauit, & in suam potestatem redegit Leon Iouius.

Copia FERDINANDI Regis Vngariæ & Bohemiæ, perfidia, vel certè incuria IOANNIS Catzianeri summi earundem Ducis & Imperatoris, die 10 Octobris in Sauria prope EZEKHM ad Drauum magna clade affecte & prostigatae sunt. Catzianerus cum suis turpiter profugit. Ex Christianis præsertim Germanis, fu-

5507

ga quidem turpitudinem detestantibus, & hostibus fortiter resistentibus, sed multitudine superatis, aliquot milia occubuerunt, multi è ducibus capti, & Constantinopolim in tristissimam seruitutem abducti sunt. Sleidan. Drechsler.

IOHANNES Bugenhagenus Pomeranus, Ecclesias in Dania ad normam Augustanz Confessionis reformauit.

Die 18. Decembr. Lutherus disputare cœpit contra Antinomos, qui negabant Legem esse docendā.

FRIDERICVS III. Elector Palatinus Rheni nuptias primas celebrauit cum Maria Casimiri Marchionis Brandenburgici filia, die 12. Iunij.

Nati sunt:

I. **EDVARDVS VI.** Angliæ Rex, **HENRICI VIII.** ex Ioanna Semeria Anglicana filius *variegatus*, 12. Octobris, Londini

II. **IOHANNES III.** Gustavi filius, Suecorum & Gothorum Rex, Steckburgi apud Ostrogothos, die 20. Decembris, hora 9 post meridiem.

III. **LVDOVICVS**, Philippi fil. Hassiæ Landgrauus, die 27 Iunij.

IIII. **LVDOVICVS**, Wilhelmi Senioris fil. Comes Nassouæ, vir Mauortius, bellisq; in Belgico gestis clarus, die 22. Ianuar. minutis 40. post primam pomerid. Dillenbergz.

V. **IOHANNES** Posthius, Medicus & Poëta clariss. Electoris Palatini Archiater, die 15. Octobris, Germershemij.

VI. **PHILIPPVS** Ioach. filius, Camerarius, IC. & iaclytz Norimb Reipub Consiliarius, C.S.E. ferius secundis Pentecostes, Tubingæ.

VII. **HENRICVS** Smetius, Med. Doctor & Professor in Acad. Heydelberg ordinarius, cuius iucundissima extant Poëmata, nobili familia natus est Alosti in Flandria, die 29. Iunij.

VIII. **GREGORIUS** Bersmanus vir & Poëta doctiss.

Purchase full membership to immediately unlock this page

DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'
Full Membership gives
access to 797,885 ancient
and modern, fiction and
non-fiction books.

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



III. FRANCISCVS Virlingus, vir opt & Theologus sincerè probus, Minister Ecclesie Vratislau. ad D. Mariam Magdal. die 2. Maij, Nissæ Silesiorum.

1538

Obierunt:

I. IOHANNES Mezlerus I. V D & Senator in Repub. Vratislau. primarius, sic amans scholæ, vt non raro etiam lectiones in ea habere solitus fuerit die 2. Octob Vratislauiæ.

II. IOHANNES Carion Mathematicus, C. S. E. etat. 39. Berlm in Marchia. Pantal.

ZEBETHVM Arabia Felix oppidum in littore sinus Arabici situm, à Turcis in reditu expeditionis Indicæ expugnatum. Leonclau.

1539

Academia Hafniensis in Dania, à Iohanne III. Rege Daniæ aperta & constituta.

MARTINVS Lutherus edidit librum de Concilio & Ecclesia, quæ & vbi sit.

Nati sunt:

I. LVDOVICVS, Friderici III. Elect. filius, Elector Palat. Rheni, die 4. Iulij.

II. CHRISTOPHORVS Pezelius Theologus, C. S. E. die 5 Martij, Plautæ in Nariscis.

III. PAVLVS Melissus Schedius, Francus, Germanus, Comes Palatinus & Eques, Poëta Laureatus, Cuius Romanus, Melrichstau, quæ est Alphipolis ad Stræona fluum in Ducatu Franciæ Orientalis, die 20 Dec sesquithorâ ante merid. sub elevatione poli 50 graduum.

IIII. SAMVEL Gynæus, Simon. fil IC Collegii Iurisc. in Acad Basil. antecessor ac p̄fessor & Reipubl ibid Syndicus, frequentissimis Doctorum in utroque Iute promotionibus clarus, die 7. Iunij, intra h. 4. & 5. matutinam Basileæ.

Obierunt:

I GEORGIVS Dux Saxonie, 17 April cui successit in gubernatione Dux HENRICVS pater Maurij & Augu-

CHRONOLOG.

5599

Augusti, ac in Misnia facta est tanta religionis mutatio, ut cum Lipsia in festo Paschalis docuissent Catholici, Pentecostes ibidem in suggestis starent ac docerent Lutherus etat. 56 & eius discipuli.

IN MARCHIA ETIAM BRANDEBURGENSI hoc & superiori anno instituta fuit religionis reformatio & prima visitatio Ecclesiarum, mandato **IOACHIMI II.** Electoris, per Iacobum Stratnerum, quem Georgius Marchio Onolzbacensis Berlinum ad docendum Euangelium miserat. Eodem anno Matthias Episcopus Brandeburgensis primus administravit Coenam Domini sub utraque specie Berlini in templo Cathedrali.

II. ISABELLA vxor Caroli V. extincta in partu, 1. Maij, et. 40.

5519

DE CONVENTU FRANCOFVRTENSI & HAGANOENSI: Item de colloquio **VVORMATIENSI** vide Sleidanum.

1540

ROBERTVS Barnus, Londini propter religionem Lutheranam combustus est, 30 Iulij Sleid.

Magna fuit siccitas, & nata sunt vina generosissima, quorum usu immodico multi extincti sunt.

Hoc anno vagati sunt qui incendia excitarunt, ex quibus multi comprehensi fumo suffocabantur & lento igni torrebantur.

Nati sunt:

I. CAROLVS Archidux Austriae, **FERDINANDI** Imp. filius, 3. Iulij, hora sesquiquinta matutina, Viennae.

II. IOANNES, Iohannis Vatuodae filius, 7 Iulij, Budae.

III. ADOLPHVS, **WILHELMI** senioris filius, Comes Nassouiae, die 15. Iulij, quadrante horae ante tertiam matutinam, Dillenbergae.

IIII. IOSEPHVS, Iulij Caes. filius, **SCALIGER**, vir summè admirabilium eruditione, tum iudicio praeditus, & magni illius de temporum emendatione

5 0 datione Operis autor, die 4. Augusti, horis 14. post meridiem, Aginni Nitobrigum. 1540

V. BARTHOLOMÆVS SCVLTVS. Mathematicus celebris, C. S. E. die 13. Maij, 12. horis, 41. minutis post meridiem, Gorlicij.

VI. IOHANNES IACOBVS Gynæus, primarius Basiliensium Theologus, C. S. E. Calend. Augusti, Bernæ Auendicorum, patre Thoma, Simonis Grynæi (amicissimi Erasmo Roterodamo & Philippo Mel.) ex fratre nepote.

VII. SIMON Stenius, Græcæ linguæ & historiarum in Academia Heydelbergensi Professor C. S. E. Lomaci in Misnia.

Obierunt:

I. ERICVS Dux Brunsvicensis & Lunenburgensis, ætate 70. relicto herede ERICO Iunioro.

II. IOHANNES Vasvoda in Vngaria extinctus, cum accepisset nuntium de nato sibi filio, æt. 50.

III. GVLLIELMVS Budæus Parisiensis IC. vir in Græco Latinoq; sermone cum veteribus Græcis Latinisq; conferendus, cuius inter alia scripta extant Commentarij ad Pandoctas & liber de Assè, extinctus febr. die 4. Augusti: alij 20. Augusti: Beza in Iconibus habet 22. Augusti, æt. 73 Lutetia.

IIII. FRANCISCVS Guicciardinus sapiens historicus, Florentia.

V. HELIVS EOBANVS Hessus Poeta, 4. (alij 5) Octobris, æt. 53 Marpurgi.

5511 ECCIVS & MELANCHTHON, alijq; Theologi Wormatiæ per triduum mense Ianuario colloquuntur de peccato Originis post Baptismum remanente, sed colloquium illud interrumpitur mandato Cæsaris, & Ratisboham reuocatur. 1541

CONVENTVS RATESBONENSIS, in quo Eccius & Melanchthon continuauerunt colloquium de religione. Consule acta ea de re edita.

BVDA vnà cum PESTO occupatur à SOLTMA-
NO

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



5511

II. IOHANNES Faber Leukirchenſis Algouius, Epifcopus Viennenſis, die 21. Maij, æt. 63. Viennæ.

1541

III. VRBANVS Rhegius, Cellæ Saxonum, 23. Maij.

III. WOLFGANGVS Frabricius Capito, Theologus & Eccleſiaſtes Argentinenſis, correptus peſte, Argentinz, ætat 60.

V. SIMON Grynæus Calen. Auguſti extinctus peſte Baſileæ ætat 48. Fuit hic vir Latine & Græcè excellenter doctus, in Philoſophia & Mathematicis diſciplinis diligenter verſatus, nullo ſupercilio, pudore penè immodico, & prouehendus liberalib. ſtudijs natus, magni illius Eraſmi Roterbdami teſtimonijs.

VI. PHILIPPVS THEOPHRASTVS Paracellus Hohenheimenſis, nouæ Medicorum Scholæ autor, 24. Septemb ætat 47. Salisburgi.

5512

Expediſio in Vngariam hoc anno ad recuperandam BV-DAM, anno ſuperiore à Turcis captam, Duce ſupremo IOACHIMO II. Elect. Brandeb. exercitu circiter 62000. equitum & peditum inſtructo ſuſcepta PE-STVM irritò conatu oppugnatum eſt, & plures milites contagione quàm armis ſublatis perière. In hac expeditione MAVRITII Saxonie Ducis virtus & animi magnitudo potiffimum enituit Sleid.

1542

Tumultus MISNICVS ortus eſt, cum propter VVurzenam oppidum arma ſumerent Iohan. Fridericus & Dux Mauritiuſ, in ipſis ferijs Paſchalis. Mauritiuſ conſilia pacis, ſuadente ſocero Lantgrauiò, libenter admifit.

Arx LYCAONIA (Wolffenbüttel) dedita eſt Duci Saxon Electori 12. Auguſti.

Circa finem menſis Auguſti magna agmina locuſtarum in SILESIAM inuolarunt, quæ vagata ſunt in non numero, vt cœli conſpectum hominibus adimerent, & res terra natas depaſcerent.

NICOLAVS Ambsdorſius ordinatur Epifcopus Naumburgenſis, repudiato Iulio Pflugk; Luthe-

rus

rus eum de mandato Electoris Saxonici, in Episcopalem sedem introduxit, 20. Ianuarij. Ea res moribus alijs occasionem præbuit, præsertim bello Saxonico, vt nonnulli putant.

FRANCISCVS Rex Gallie **CAROLO** Cesari bellum denunciat, *Sunt & in medio libelli editi, criminationum pleni, quibus potentissimi illi principes inter se decertarunt.*

Nati sunt:

I. IOHANNES FRIDERICVS, Philippi fil Dux Pomeraniz, 26. Nouembris.

II. IOHANNES GVILIELMVS Stuckius, nobil. Theologus Tigurinus, & ibidem diuinarum literarum professor: cuius doctissima extant scripta, die 21. Maij (qui fuit dies Solis) circa merid. Tiguri.

III. WOLFGANGVS Amlingus, Theologus, Ecclesiarum Anhaltinæ ditionis inspector & gubernator, & Seruestanz Ecclesiæ Pastor, C. S. E. Munerstadij oppido Franciæ Orientalis, sub ditione Episcopi Wirzeburgici peruetusto, 7. Martij, h. 4. ante meridiem.

III. SEBASTIANVS Gerstmannus I. V. D. Academiæ Francofordianæ professor Cæli & Brandenburgicus Consiliarius, Boleslauæ Silesiorum.

V. IOHANNES NICOLAVS Stupanus Doctor Medic & professor Med. Theoricæ clariss. in inclyta Basil. Acad. apud Rhætos ad S. Thomæ natus est.

VI. M. PETRVS Titus Theolog. doctissimus, & autoris Indicis huius amicus intimus, die 21. Februarij hora 2 post meridiem, Freistadij Silesiorum.

VII. IOHANNES à Corenput Tribunus & architectus nobilissimus in Belgio, Bredæ 15 Aprilis.

Obierunt:

I. HIERONYMVS Aleander Mottensis, Cardinalis Brundusinus, vir doctissimus & plurimarum linguarum peritia clarissimus, diuersis legationibus pro summis

Pon-

*Pontificibus ad Principes Christianos perfunctus, tunc
extinctus, erat. 62. Romæ. Schrad.*

II. LEO Iude, Ecclesia Tigurina Pastor, Tiguri, die 19, Jun.
etate 60. Huius opera Tigurinorum Bibliorum bona
pars ex Ebraico in Latinum sermonem translata est.

III. PETRVS Cholmus *κιντάγλωττ* Patricius Tugi-
ensis, & bonarum literarum in Ecclesia Tigurina Pro-
fessor, qui libros quos vocant Apocryphos, ex Græco ser-
mone in Latinum summa fide transtulit, die 2. Decemb
Tiguri.

IIII. GERARDVS Nouiomagus Theolog. Marpurg. die
10 Ianuarij, Marpurgi.

V. IOHANNES Zwickius Ecclesia Constantiensis Do-
ctor.

HERMANNVS Archiepiscopus Colonienfis mo-
litur reformationem religionis, ad quam adhibet
Bucerum & Melanchthonem: sed Clerus illam
mutationem non admisit.

PETRVS Lotichius Abbas Solitariensis religionem
Pontificiam mutat in Lutheranam, seque com-
mendat patrocinio Comitis Hanouiae.

TIGVRINA versio Bibliorum Latinè edita opera
Leonis Iudæ, Pellicani, Biblianchi: Hæc Robertus
Stephanus biennio post in sua editione ad veterè
adhæcit, suppressa eorum, qui in illa laborarunt,
mentionem: & Hispani Theologi diu post recogni-
tam denuo Lugduni excudendam curauerunt:
insigne certè documentum, quid utilitatis ex ad-
uersariorum libris, semotis odijs & induta carita-
te, capi possit. Thuanus.

PHILIPPVS Caroli V. filius à patre adhuc viuo REX
HISPANIÆ designatur 17 May.

CAROLVS V. ex Hispania reuersus gessit bellū Geldricū
Oppidum Cluue DVRA die Bartholomæi, obsidionis die
3. ab exercitu CAROLI expugnatur & direptum
incenditur, trucidatis militibus præfidiarijs ac multis
ciuibus. Gabeimus Geldria Dux Carolo supplex factus,
Princi-

Purchase full membership to immediately unlock this page

DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'
Full Membership gives
access to 797,885 ancient
and modern, fiction and
non-fiction books.

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



cuius inter alia potissimum de diuturnitate belli Eucharistici & de fructu mortis Dominicz extant scripta, die 25 Nouembris, sub vesperam, Scaphusij in Heluetia.

VI NATHAN Chytræus vir doctissimus, & Poëta elegantissimus, die 15. Martij, mane inter horam 5. & 6. Mencingæ.

Obierunt:

I. GEORGIVS Marchio Brandenburgensis, **FRIDERICI** filius, Alberti Achilli nepos, Casimiri frater & successor, Onolsbachij, 27 Decembru, ætatis 59. Hic post Saxonie Electorem primus subscripsit Augustanae Confessionii.

II. CASPAR Contarenius Cardinal. Patricij Ordinis Venetus, Orator & historicus, nondum sexagenarius.

III. IOHANNES Eccius, Theologiae Doctor, & acutissimi vir ingenij, Ingolstadij, 10, Februarij, ætatis 57.

III. ALBERTVS Pignus, qui contra Melanchthonem scripsit.

V. MATTHÆVS Aurogallus, Ebraice lingua peritia clarus die Martini, Vitebergæ.

VI. NICOLAVS Copernicus, Mathematicorum nostro seculo Præceptor: ætatis 70.

VII. IOHANNES LVDOVICVS Viues Hispanus, vir longè eruditissimus, C. S. E. Brugæ Flandrorum.

VIII. ANDREAS Caroloftadius, 24 Decembru, Basilea De huius viri obitu cum varia in vulgus sparsa sint, libet ascribere, quæ sanctus vir Iohannes Iacob. Gryneus, Ecclesie Basiliensis Antistes ad Bartholomeum Pitscum aule Electoralis Palatinae Concionatorem Anno 1601 18. Martij scripsit Sic autem ille. De Caroloftadiano processu, an ex Lutheri præiudicio boni sit aliquid statuendum, non est obscurum illud significare visum est, postquam à Luthero, quem natu maior, & dignitate superior doctorem crearat, è Saxoniam pulsus esset,

5513

esset, per annos decem, Ecclesia Petrina, (quæ apud nos inter quatuor à primariâ parœciâ secundas obtinet) fideliter profusse: Rectoris in Academiâ nostrâ munere functum cum laude: in iustis & disciplina amantem fuisse: inculpate vixisse: obdormivisse pie, eò ipso tempore quo D. Petrus Boquinus Basilea vixit. Monstruosum mendacium de Diabolico spectro, quo ante obitum turbatus sit, auctori Satanae relinquimus. Qualis vir visus sit Carolostadius Oecolampadius, in huius dialogo videre est, &c.

1543

IX. IOHANNES Cesarius Medic. Doctor & Professor in Acad. Colon. C.S.E. etas. 83. Colonia. Henric. Pantal.

5514

In conuentu SPIRENSI Ordines imperii auxilia Cæsari decernunt aduersus Gallum, & Ferdinando aduersus Turcam.

1544

Cæsar in Galliam bellum & arma importat, nullog, resistente ferme Latetiam vsque progreditur: Gallo pacem dat 24. Septembris.

ALBERTVS Dux Prussiz Academiam REGIOMONTANAM instituit, quæ ritu solenni introducta est 17. Augusti, primo Rectore Georgio Sabino.

LUTHERVS primam partem suorum Commentariorum in Genesin, & mense Septembri breuem ultimamq; suam Confessionem de Cœna Domini edidit, vbi disertè exponit, quid à dignis & indignis in Cœna sumatur, tum per fidem, tum præter fidem. De quo scripto Tigurini Theologi sub anni sequentis initium suam sententiam publicarunt. fuitque hic annus 20. à primo Tigurinorum cum Luthero certamine.

Nati sunt:

I. FRANCISCVS II. Henrici II. filius primogenitus, Rex Galliz, 19 Febr. Aquis Bellis.

II BVGISLAVS Philippi III. Dux Pomeraniz, die 9 Augusti.

III IOHANNES Reymanus Senior IC. & Orator, olim Episcop. Vratis. postea verò Illustrissimi

Na

Princi-

5514

Principis IOACHIMI FRIDERICI Ducis
Lignic & Breg. Cancellarius, die Cathanz (25.
Nouembris) inter hor. 17. & 18. Leobergæ Si-
lesiorum.

1544

III. SIMEON THEOPHILVS Matthiæ filius,
Turnouius, Ecclesiarum Euangelicarum Con-
fessionis Bohemicæ in Maiori Polonia Superat-
tendens & Præpositus Ostrorogensis, nobili stē-
mate natus est, die 15 Septembris, hora 4. post oc-
casum Solis, Horoscopante vltima facie Geminō-
rum, Turnouiz Bohemorum.

Obierunt:

I. LVDOVICVS cognom. pacificus, Philippi fil. Elector
Palatinus Rheni, die 15 Martij, etat. 66. sine liberis
decessit.

II. IOHANNES ANTONIVS Rabeni Patricius
Alexandrinus, supremi Senatus Sabaud. Senator, Eques
Comesq, Cesar. IC. opt. & Professor Patav. C. S. E. die 17.
Martij, et. 55 m. 3. die 16 Patavij Schrader.

III. VALERIVS Cordus Sinesufius, Euricy Medici &
Poeta fil. Medicus insignis, & solertissimus herbarum
his regionibus ignotarum indagator, cuius in Dioscori-
dem eruditissima extant annotationes, febris extinctus
Roma, die 25 Septembris, hora noctis 5. et. 29. Schrad.

5515

FRANCISCVS Rex Gallie duce Iohanne Mureto Se-
natus Aquensis praside, VV ALDENSES Christia-
nos in aliquot Gallie Narbonensis, prouinciaq, vicis &
oppidis, quod reformatam potius quam Pontificiam re-
ligionem amplecterentur, mense Aprilis bello petus, &
cum oppidorum ac vicorum vastatione, magnam eorun-
dem multitudinem, nulla sexus aut etatis ratione habi-
ta, trucidari iussit.

1545

HENRICVS Dux Brunsvicensis collecto firmissimo e-
quatu, vt amissam ditionem suam recuperaret, PHI-
LIPPO Lantgrauio Hassie cum exercitu confædera-
torum Smalcaldensium ei occurrenti, sese dedidit 21. O-
ctob. Eber.

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



VI. **NICOLAUS** Reusnerus IC. Comes Palatinus Cæsareus, Consiliarius Ducum Saxoniz, Orator, Philosophus & Poëta præstantissimus, & in Acad. Ibenensi Professor, C.S.E. die 2. Februarii, Leobergæ Silesiorum.

VII. **MELCHIOR** Iunius Witebergensis, Eloquentiæ in Acad. Argentinenfi professor celebris, qui scriptis suis discentium studia 'vt plurimum' promouit, die 27. Octob. Witebergæ.

VIII. **CHRISTOPHORVS** Winerus, vir doctissimus & Poëta optimus, C.S.E. die 20. Aprilis Megaloapnicij in Tyrigetis, sub præfectura municipi Iennacensis.

Obierunt:

I. **ALBERTVS** Cardinalis Archiepiscopus Moguntinus Elector, 24 Septembris, ætatis 56. sepultus Moguntia.

II **GEORGIVS** Spalatinus Theologus, 16. Ianuarij, ætatis 63. Aldenburgi.

CONCILIUM TRIDENTINVM inchoatur, cuius prima sessio in 7. Ianuar. incidit.

COLLOQVIUM Ratisbonæ institutū inter Theolog. Petrum Maluendam, & Georgium Maiorem atque Bucerum. Abruptum est mense Martio. Lector consulat Acta edita.

FRIDERICVS II. Palatinus in sua ditione religionem mutauit ad normam Cōfessionis Augustanæ.

BELLVM SMALCALDICVM sive Saxonicum Primum.

Hoc anno cœpit bellum inter **CAROLVM** Imp. & **GERMANIÆ** Principes, fœderis **SMALCALDICI** socios. Cæsar Saxonem & Lantgrauum 20. die Iulij publicè proscripsit. Saxo & Lantgrauus eorumq, socii Cæsari bellum denunciant II. Augusti Quæ deinceps ad **INGOLSTADIUM** gesta sint, vsq, ad huius anni finem, lector petat ex **Stedano**

dano & Ludouico ab Aula, qui huius belli historiam peculiariter libro complexus est. Propter bellum ingruens dimissa ac dissipata est Schola Wittebergensis 6. Nouembris.

MECHLINIA, pulueris tormentary in porta quadam magna copia asservati & fulmine tacti flammis & fragoribus tota ferme vna cum ingenti incolarum adium ruina oppressorum numero, nocte ea qua antecessit diem 7. Augusti, destructa, perit.

Nati sunt;

I. **Illustrissimus Princeps IOACHIMVS FRIDERICVS** Marchio Brandeb. IOH. GEORGII Electoris Brandeb. filius primogenitus, olim Administrator Episcopatus Magdeburgensis, nunc temporis **ELECTOR BRANDEB** die 27. Ian. hora 5 pomeridiana, Berlina. Eius mater **SOPHIA** filia **Friderici II. Ducis Lignicensis**, obiit die 9 post partum,

II. **IOHANNES WOLFGANGVS FREYMONIVS** ab Oberhausen, vir nobilissimus & IC clarissimus, **SACRÆ CÆS. MAIEST. CON-** siliarius intimus, & Rom. Imperii **PROCANCELLARIVS**, cuius doctissima extant scripta, **Dominica Inuocauit** (die 14. Martij) circiter horam 6. matutinam, Ingolstadij.

III. **IANVS DOVSA**, Nordouici Dominus, supremi **HOLLANDIÆ** Consistorii Senator grauissimus, genere, ingenio & literis vir verè nobilis in profesto **Nicolai**, die 5 Decembris, in Belgio.

III. **NICOLAVS à ROTENBURGK**, Eques Silesius, genere, animo, doctrina & virtute nobilissimus, & patronus meus obseruandus, die 5. Febr. in Netka prope Croina. Hunc virum magnis Principibus alioqui commendatissimum, non est quòd nostra prolixius commendet oratio.

V. **TYCHO BRAHE**, Eques Danus, Mathematicus nobilissimus, Astronomiæ solertissimus in

staurator & seculi nostri Atlas, C. S. E. die 14. Decemb. h. 10. cum quinq, 6. ante meridiem, Knudstorpis prope Lundum in Scania.

VI IACOBVS MONAVVS Vratislaviensis, vir apud multarum gentium homines eruditos magni & celeberrimi nominis, & nullorum odio dignus, nisi eorum, qui omnium odio sunt dignissimi, die 6. Decembris, Vratislaviae. Huius Viri erga literatos vere benefici, beneficio & opera, operum Indicis nostri plurimum sunt auctae & illustratae.

VII. PETRVS Wefenbecius I. C. & in inclita Acad. Altorfiana Noricorum Iuris professor primarius, eruditionis, pietatis & humanitatis laude clarus, die 5. Maij, circiter noctis horam II. Antuerpiae.

VIII. IOHANNES Pifcator, Scholae Sigenensis Nassouorum professor Theologicus, cuius super Nouum Testamentum methodici extant Commentarii, die 27. Martij, circa horam secundam pomeridianam, Argentinae.

IX. IOHANNES Pistorius Nidanus, Theologus, cuius plurima aduersus Euangelicos scripta edita extant, die 4. Febr. Nidae Hassorum.

Obierunt:

I. ERNESTVS, Henrici Iunioris filii Dux Luneburgensis, II. Ianuar. aet. 48.

II. MARTINVS LVTHERVS Theologiae Doctor, obiit Islebia in patria, 18. Februario, die Iouis mane hora 3. a morte Husi 131 die Concordiae, aetate 63. Vixit in Academia VVitebergensi annos 38. De hoc viro, ut ante Lectorem sum pollicitus, in neutram partem quidquam dicturus sum, sed tamen id citra inuidiam credo me dicturum: Fuit omnino vir magnanimus, qui talia ausus est, quae totus miratur orbis, & qui tot gentibus aduersus ipsum conspirantibus vnum se opposuit. Magnam item est, quod quidam hostes etiam rediuium expeperunt. quemadmodum & MELANCHTHONEM

Purchase full membership to immediately unlock this page

DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'
Full Membership gives
access to 797,885 ancient
and modern, fiction and
non-fiction books.

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



5517

Albim transtulit, & Misoz pontem sublicium incendit, ne Hispani transeuntes ipsum assequerentur. In itinere cum Mulbergo relicto Vitebergam contenderet, Caesarianis vadum in Albi flumine monstratur, per quod equitatus transit: pedestres vero copiae ponte ex nauibus constructo transportantur. Caesar in Saxonem incidit ad Syluam Lochanam, tribus trans Albim miliaribus. ibique praelium fit initium, in quo ELECTOR pulso equitatu & peditatu dum acriter pro salute sua pugnat, & per sinistram maxillam aduersum vulnus accipit, capitur (aetatis 44.) die Dominico Misericordiae Domini, 24. April. Non vero ulli Hispanorum aut Hussarorum se dedere voluit: sed Germano homini, Tiloni à Trot. Ad Albanum adductus antequam Caesari sisteretur, inter eundem oculis in caelum sublatis, & ex imo corde ductis suspiris voce miserabili sic Deum alloquitur; *Miserere mei Domine, Nos sumus iam hic.* Postea cum in Caesaris apertum venisset, *Elementissime Caesar,* inquit, *me tibi captiuum statuo, & supplex oro, vt Cas. V. Maestas me dignetur custodia digna Principe.* Respondit Caesar: *Tractaberis pro merito: scio quid me debeat.* Deinde Albano redditus, frequenti custodia in castra ducitur. Captus cum eo fuit ERNESTVS Dux Brunsvicensis, Dynasta Grubenhagenensis, Philippi filius. Ante hunc conflictum diebus aliquot Solis aspectus valde tristis fuit, quod radios quasi sanguinolentos spargeret, & magni aliquid portendere iudicaretur. Caesar nunciata primum hac victoria dixisse fertur: *Domine Deus, quam mirabiliter hac gubernasti.*

CAROLVS Vitebergam obsedit 5. Maij, positis castris suis in pago Academiae Vitebergensis Bistricia, vbi commoratus est vsq; ad 7 Iunij, diebus 34. Elector captiuus, vt vitam redimeret, Electoratu se abdicauit, 18 Maij.

LVCAS Cranach pictor celebris, & vrbis Witebergensis

gensis Senator, vocatus in castra Cæsaris, & iussus petere aliquid à Cæsare propter artem, tantum intercessit pro suo Principe captiuo.

ERICVS Iunior Dux Brunsvic. & Luneburg ad Dracenu arcem ab Hamburgensibus & Bremensibus die 22. Maij, acerrimo pralio victus, ac in Visurgim flumen compulsus, & tormentis omnibus, multiq; suorum amissis, ipse vix incolumis evasit.

Die 23. Maij VITEBERGA, voluntate & iussu Ducis Iohannis Friderici Electoris captivi Carolo V. Cæsari se dedidit, eductoq; præsidio receptæ sunt intra urbem tres cohortes militum Cæsareanorum.

Die 25. Maij CAROLVS Imp. Vitebergam ingressus est cum paucis Comitibus, cumque eam perlustrasset, eodem die regressus est in castra.

Die 7. Iunij CAROLVS Imp incensis castris ex Bistricia pago transfert exercitum versus Salinas. Civics verò Vitebergenses Duci MAVRITIO, cui Electoratus dignitas & ditio à Cæsare tradita fuerat, homagium iuramento confirmant.

Die 19. Iunij PHILIPPVS Langrauius Hassiæ Carolo Imp. supplex factus Halæ Saxonum, detinetur in custodia præter opinionem.

Die 16 Octobris restituta est Academia WITEBERGENSIS, idq; publico programme (vt vocant) significatum est, quod extat.

Die 27. Aprilis Basilica MISNÆ de cælo tacta hora quinta pomeridiana, & turres tres, tectum, campana, organum, consumpta incendio cum eodem die mane circa 7. essent acta gratia de capto Iohanne Friderico. Nullum aliud fulmen aut præcessit antea, aut secutum est postea. Fabric.

HERMANNVS Archiepiscopus Colonensis Elector, 25. Ianuarij loco movetur, iussu Pontificis & Caroli. Surrogatur ei ADOLPHVS Comes Schauenburgensis, quem coadiutorem Her-

VII. **CONRADVS** Peutingerus IC. Patricius Augustanus, Maximilianj I. & Caroli V. Impp. Consiliarius, 28 Decembris, at. 82. completo.

VIII. **FERDINANDVS** Cortesius, Noue Hispanie fundator, die 2. Decembris, atatus 63 Castilia de Costa.

IX. **BEATVS** Rhenanus Selestadensis, qui bonos auctores Commentarijs utilissimis illustrauit, eoque de bonis literis benè meritus est, die 20. Maij, atatis 62. mens. 4. Argentina, dum rediret ex Ibernis Martijs.

X. **IOHANNES** Hessus, Theologiae Doctor & Pastor Ecclesie Vratislaviensis, 6. Ianuarij, atatis 60.

XI. **VENCESLAVS** Link, Pastor Ecclesie Noribergensis, 11. Martij.

XII. **FRANCISCVS** Vatablus, trium linguarum peritissimus, & regius Professor linguae Ebraeae in Academia Parisiensi, 16. Martij.

XIII. **IACOBVS** Tuffanus Gallus, publicus Graecae linguae in Acad. Parisiensi Professor, eodem cum Vatablo die obiit.

XIIII. **IOHANNES** Schonerus Mathematicus, C.S.E. 16 Ianuarij (aly postridie) at. 70 Norimberga.

Dignitas **ELECTORIS SAXONICI** publico & solenni ritu collata est Duci Saxoniae **MAVRITIO** à Carolo V. Imp. 24 Februar. die Martiae, cum Carolus eo die inchoaret animum at. 49. Mauritius vero mense sequenti at. 28.

Liber **INTERIM** sive Formula religionis vsque ad Concilij finem seruanda, nascitur Augustae in Comitibus, & promulgatur 15. Maij (A prima mutatione doctrinae per Lutherum 31. à Confessione Augustana exhibita 18) Eius sententiam refutarunt scriptis publicis Philippus Melanchthon, & Doctores Ecclesiarum Saxoniae inferioris ac maritimae, multique alij

Bellum **ADIAPHORISTICVM** inter Theologos
natum

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



Academia IHNENSIS initium sumpsit 25. Ianuarij.

AGRIAM Vngaria arcem fortissimam FERDINANDVS Rex Vngaria, Caroli V. Imperat. frater, sui iuris fecit.

SEBASTIANVS Vogelsperger Capitaneus celebris, iussu Caroli V. Imp. die 7. Februarij Augusta Vindel. capite truncatus est. Eber.

AVGVSTVS Elector Saxoniz (ætat. 23) nuptias Torgz celebrat, cum ANNA CHRISTIANI III. Daniæ Regis filia, 14. Octob.

Eodem mense IOANNA, HENRICI Albretani Nauarræ Regis & MARGARETHÆ Valesiæ filia, & reliquiarum regni hæres vnica, ANTONIO Caroli filio, Borbonio, in matrimonium collocatur, ex qua postea HENRICVS III. Naugarrogalliz Rex natus est.

Nati sunt:

I. AMVRATÉS III. Selymi filius, Turcarum Imp. hoc anno natus est Hieron Hentinges in opere Genealogico.

II GUILIÉLMVS, Alberti filius, Dux Bauariz, 29 Septembris.

III. DAVID Pareus, Theologus Heydelbergenfis, C. S. E. 30 Decembris, Francostenij Silesiorum.

IIII. IOHANNES LVDOVICVS Hauenrehterus Medicus & Philosophus ingenio & arte clarissimus, C. S. E. die 21 Augusti, Argentorati.

Obierunt:

I. SIGISMVNDVS Rex Polonia, 1. Aprilis ipso die Paschatis, ætatis 81 regni 42.

II. PHILIPPVS Ruperti fil. Othonis Henrici Electi frater, Comes Palatinus Rheni, Princeps bellicosus, qui VIENNAM à Turcis obsessam fortiter & strenuè defenderat, die 4. Iulij, ætat. 44. sine liberis decessit Heydelberga.

5518 III. CASPAR Cruciger Theologus, 16. Nouembrii, et a- 1548
 tu 45. VViteberge.

IIII. HIERONIMVS Fracastorius Veronensis, Me-
 dicus & Philosophus insignis, Patavij.

V. IOHANNES Langus, Theologiae Doctor, Erfurta.

VI. HERMANNVS Bonus, primarius Ecclesia Lubecen-
 sis Superintendens, 12. Februarij, etatis 44. Lu-
 beca.

VII. MATTHIAS Zellius Theologus Argentinenfis,
 cum ibidem docuisset Euangelium an. 26. etatis
 71.

VIII. IOHANNES ANTONIVS Blancus, IC. Patav-
 inus, cuius extant Criminalia. die 8. Octobris, et. 50.
 Patavij. Forsterus.

5519 PETRVS Martyr Oxoniae in Anglia disputat de 1548
 Coena Domini, Mense Maio.

MARTINVS Bucerus & PAVLVS Fagius Ar-
 gentorato discedunt Cal. Aprilis, & in Angliam
 proficiscuntur, vt ibi doctrinae suae sementem fa-
 ciant.

CONSENSIO mutua Doctorum Ecclesiae TIEV-
 RINAE & GENEVENSIS in re Sacramentaria
 constituta mense Augusto.

MAGDEBURGENSES proscribuntur à Carolo V.
 Imp.

MATTHIAS Flacius Illyricus mense Aprili Wite-
 teberga discedens se recepit Magdeburgum, vbi
 multa in VVitebergenses scribere coepit. Hæc
 fuit prima inclinatio aciei Euangelicæ, & ianua
 patefacta est malis multis, quorum hodie non-
 dum finem cernimus.

PHILIPPVS Caroli V. filius, Rex Hispania, ingressus est
 urbem Brabantia, Bruxellam, 1. Aprilis, à Casare parente
 euocatus ex Hispanijs, in cuius fidem adiguntur ditiones
 Germania inferioris.

FERDINANDVS Rex Vngaria, duce supremo NI-
 COLAO III. Comite à Salms, summa in vtraque sorte
 pra-

*præstantia conspicua viro, Zabragium, Lenam, Zythnam
& Muranum expugnauit. Leonclau. Backschius.*

Nati sunt:

I. BARNIMVS, Phil. fil. Dux Pomeraniz, 15. Februarij.

II. DIONYSIVS Gothofredus IC. celeberrimus, & in inclyta Argentinensium Acad. Professor ordinarius, C. S. E. die 17. mensis Octob. hora 4. post meridiem, Parisijs.

III. ABRAHAMVS Colbingerus, FRIDERICO IIII. Electori Palatino à Secretis, Philologus & Polyhistor, C. S. E. Augustæ Viadelicorum, die Iohanni Baptistæ sacro.

IIII. HENRICVS Strobandus, Burggrabijs, Consul & Scholarcha Torontensis, literarū & literatorum Meccenas egregius, cuius etiam impensis res Tomi de literata institutione editi sunt, 14. Nouemb. hor. 4. matur. Torunij, Borussiae.

Obierunt:

I. PAVLVS III. PP. IO. Nouembrii, ætate 82. successio IVLIVS III. Sedis annis 5. mense vno, diebus 16.

II OTHO Dux Luneburg in Harburg. die 11. Augusti, ætate 54.

III. FRANCISCVS Dux Luneburg. qui vnà cum anticulo IOHANNB Saxone & Orbone ac Bruesto fratribus. Confessione fidei Augustanae anno 1530. subscripserat, 23. Nouemb. et. 29.

IIII. MARGARETA Valensia, NAVARRÆORVM Regina, Francisci I. Gallie Regis soror, pietate heroina, virtute & literis laudatissima, 21. Decembrii, in Gallia. Hac est illa Regina, qua Iacobum Fabrum Scapulensem Gallum, Sorbonicum Theologum, novi testamenti vulgatae versionis emendationem & purioris religionis instaurationem fortiter aggressum, exsulem tutata est. De quo Fabio memorabilis h. storia apud Hubertum Thomam Loquium extat Quadam die misit ad eum Regina &

Purchase full membership to immediately unlock this page

DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'
Full Membership gives
access to 797,885 ancient
and modern, fiction and
non-fiction books.

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



ribus relinquo, cetera Deo commendo. Ad qua subridens Regina, Iacobe, inquit, quid ad me de tua hereditate redibit? Negotium, inquit, distribuendi bona inter pauperes. Esto, inquit illa, iuro, hanc hereditatem mihi gratiorem fore quam si frater Francorum Rex me suam heredem nominasset. Letior deinde visus Iacobus ait Opus habeo, ô Regina, aliquâ quiete. Estote leti interim & valete, Declinauitque in proximum lectum. Et cum putarent illum dormire, obdormierat in Domino, nullis signis malæ valetudinis editis, quod volentes ipsum excitare, vehementer admirati, iam tum exspirasse. Hunc exitum habuisse sanctum procul dubio virum recitabat Regina, quem honorificè tumulari fecit, & marmore, quod pro se excindi fecerat, contegi voluit.

V. **MAXIMILIANVS** Egmondanus Bura Comes ex angina parato prius amicus conuiuio Bruxellis mense Decembri.

VI. **VITVS** Theodorus, Pastor Ecclesie Noribergensis, 25. Marij.

VII. **IACOBVS** Ziglerus, qui terra sancta descriptionem edidit, in Bauaria.

MAGDEBURGÆ vrbs obsidio capta 4. Octob que durauit anno vno, mense vno. Historia petatur ex libello edito

Bellum OSIANDRICVM in Prussia ortum autore **ANDREA** Oliandro, qui propter librum **INTERIM** Noriberga excedens, isthuc venerat, & de iustificatione moto certamine assuecrabat, hominem iustum esse iustitia essentiali, quæ est ipse Deus, &c quod dogma multorum scriptis improbatum est Vir ille fuit *avto didaktos*, nulliusque Academiz discipulus.

AFRICAM vel **APHRODISIVM** Africa urbem Mauru Mahadian dictam, quam **DRAGVTES** Raifus celebris pirata Turcicus anno precedenti die 30. Ianuarij occupauerat, **ANDREAS** Doria, Caroli V Imp clasfis prefectus, coniunctus cum Ferdinando Gonzaga Prorege

rege Sicilia cōpis, obsedit: plurimisque barbarorum caesis & captis, die 10. Septembr. expugnauit & funditus euer- tit Leonclau. in Annalib. Turcicis.

IAPONIA, amplissima **ORIENTIS** Insula, longè ultra Indiam & Sinarum regiones sita (quam olim Zipangri appellarunt) hoc anno inuenta est: in qua postea Anno 1552. **IESUITÆ** plurimos ad religionem Christianam adduxerunt: & inter alios etiam tres Reges, qui filios & cognatos suos in eunte Anno 1582. ad **GREGORIUM XIII.** Pontificem Rom. amandarunt, & anno 87. rursus in Indiam reuersi sunt. Osor. lib. 1.

AVGVSTINVS Berous Bononiensis, Iuris Pontificij (quod in patria dum vixit professus est) nostra aetate peritissimus, C. S. E. hoc anno floruit.

WILHELMVS Princeps Auaricus & Comes Nal- souiæ, conjugem primam duxit **ANNA M.** Ma- ximiliani Egmondani Comitis Burani filiam vni- cam, 8. Iunij.

Nati sunt:

I. CAROLVS IX. Henrici I. filius, Rex Galliarum die 27. Iunij.

II. Reuerendis Illustris. ac laudatis Princeps ac Dn. **Dn. IOACHIMVS FRIDERICVS**, Dux **SIL- SIAE, LIGNIC. & BREGENSIS**, ac Præpositus **MAGDEBURGENSIS**, Princeps pius, sapiens & literatus, & magnus Indicis huius Chronologi- cipationus, patre **GEORGIO** Duce Lignic. & Breg. matre verò **BARBARA** Marchonissa Brandeb. **IOACHIMI II.** Elect. Brandeb. filia, ipso die Michaëlis, bono publico natus est.

III. CAROLVS, Gustavi, Sueciæ Regis fil. Iohan. frater, regnorum Sueciæ & Gothiæ hæres, Dux Finlandiæ & Sudermaniæ, die 4. Octob.

IIII. IOHANNES, Wolfgangi filius, Comes Pala- tius Rheni Bipontinus, pietatis & eruditionis laude clarus, die 18. Maii

V. FERDINANDVS, Alberti fil. Dux Bauariae, 30. Ianuarij.

VI. FABIANVS Burggrauus & Baro DONA, Illustris Elect. Palat. FRIDERICO III. à Consilijs secretioribus, heros & bellator insignis, feria secunda Pentecostes (die 26. Maij) in Borussia.

VII MELCHIOR à Rechenberg, RVDOLPHO II. Imp. Augusti à Consilijs, & hoc tempore Praefectus Comitatus Glacensis, stirpe auita, prudentia laudata & virtute literata vir nobilissimus, die 8 Maij, in Grossen Borau, prope Freistadium Silesiorum.

IX. ÆMILIVS Portus, Francisci Porti Creten filius, Græcæ linguæ in Acad. Heydelberg. Professor, die 13. Augusti, circa primam noctis horam, in Gallia.

Obierunt:

I. NICOLAVS PERENOTVS Granuellanus Vesuntinus, CAROLI V. Imp. Consiliarius intimus, die 28. Mensis Augusti, Augusta Vind. quo tempore Carolus ibi Comitia celebrabat. In cuius locum successit ANTONIVS PERENOTVS Granuellanus filius, Episcopus Atrebatensis.

II. NICOLAVS III. Salma & Neoburgi Comes, NICOLAS II. Senioris filius, bellis aduersus Turcas celebris, die 17. Augusti, Agris.

III. ANDREAS Alciatus Mediolanensis, Iurisconsultus & Eques Cas. Ducalisque Senator, solus inter Iuris interpretes doctissimus, & inter doctissimos Iurisconsultissimus, qui LL. studia antiquo deceri restituit, die 12. Ianuarij, cum vixisset an. 58. m. 8. d. 4. Pavia in Italia. Forster. Schrad.

IIII. EGVINARIVS Baro Leonensis, ex Britannia Gallia, IC. clarissimus, Doctor Iuris Civilis in schola Biturigum, & Iurisprudentia veteris instaurator, die 22. Augusti, aet. 55. Biturigib. Forster.

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



V. FERDINANDVS, Alberti fil. Dux Bavariz, 30. Ianuarij.

VI. FABIANVS Burggravius & Baro DONA, Illustris Elect. Palat. FRIDERICO IIII. à Consilijs secretioribus, heros & bellator insignis, feria secunda Pentecostes (die 26. Maij) in Borussia.

VII MELCHIOR à Rechenberg, RVDOLPHO II Imp. August. à Consilijs, & hoc tempore Præfectus Comitatus Glacensis, stirpe auita, prudentia laudata & virtute literata vir nobilissimus, die 8 Maij, in Grossen Borau, prope Freistadium Silesiorum.

IX. ÆMILIVS Portus, Francisci Porti Creten filius, Græcæ linguæ in Acad. Heydelberg. Professor, die 13. Augusti, circa primam noctis horam, in Gallia.

Obierunt:

I. NICOLAVS PERENOTVS Granuellanus Vesuntinus, CAROLI V. Imp. Consiliarius intimus, die 28. Mensis Augusti, Augusta Vind. quo tempore Carolus ibi Comitia celebrabat. In cuius locum successus est ANTONIVS PERENOTVS Granuellanus filius, Episcopus Atrebatensis.

II. NICOLAVS III. Salma & Neoburgi Comes, Nicolas II. Senatoris filius, bellis aduersus Turcas celebris, die 17. Augusti, Agris.

III. ANDREAS Alciatus Mediolanensis, Iurisconsultus & Eques Cas. Ducalisque Senator, solus inter Iuris interpretes doctissimus, & inter doctissimos Iurisconsultissimus, qui LL. studia antiquo decori restituit, die 12. Ianuarij, cum vixisset an. 58. m. 8. d. 4. Papiæ in Italia. Forster. Schrad.

IIII. EGVINARIVS Baro Leonensis, ex Britannia Gallia, IC. clarissimus, Doctor Iuris Ciuilis in schola Biturigum, & Iurisprudentiæ veteris instantator, die 22. Augusti, ætat. 55. Biturigib. Forster.

5520

V. PAVLVS Fagius, de literis Ebraicis præclarè meritis, die 13. Nouembris, etæt. 45. Londini in Anglia.

VI. IOHANNES Spangenbergius Northufianus, Theologus, die 13. Iunij, Islebiæ.

5521

CONFESSIO Saxonicarum Ecclesiarum scripta à Philippo Melanchthone, vt offerretur Synodo TRIDENTINÆ, cui multorum Principum & urbium Theologi subscripserunt, Dux quoque Wirtebergicus peculiarem Confessionem scribi iussit, quã per Brentium Concilio Tridentino exhibuit.

BELLVM THEOLOGICVM, de necessitate bonorum operum ad salutem, cœpit: quam propositionem Georgius Maior defendendam susceperat. Ambsdorfius ad contrariam delapsus partem scripsit, bona opera esse ad salutem noxia & pernicio-
sa. Quæ propositio explosa est à quibusdam Evangelicis, vt scandalorum & Epicureismi mater: eò quòd abusus doctrinæ de bonis operibus noxius esset salutì hominum, non per se (vt Dialectici loquuntur) sed per accidens. Vt si dicam: Vinum est noxium febricitanti; Ergo est malum.

BELLVM THEOLOGICVM à Francisco Stan-
caro Mantuano motum, qui contendebat, Christum esse Mediatorem tantum secundum naturam humanam, de quo extant eruditæ Melanchthonis responsiones.

MAGDEBURGÆ obsidio soluta est 7. Nouembri, cum Mauritius occultè bellum coqueret contra Casarem.

*Recruduit bellum inter Carolum V. & Regem Gal-
liæ.*

TRIPOLIS Africae arx & oppidum ditionis Equitum Melitensium, à DRAGVTE Raiso occupatum 15. Augusti.
Leonclæ.

CAZANVM regni CaZanenſis metropolis, à IOHANNE BASILIO magno Moscorum Duce septem annorum intervallo, bello acerrimo, vario tamen Marte

pressa, tandem ab eodem tormentorum bellicorum vi, & obstinato militum suorum impetu unà cum arce expugnatur, & magna Tatarorum CaZanensium multitudine I. Basily Principis impulsu baptisata, totum illud regnum eidem subigitur. Gagum. Chron Moscou.

Nati sunt

I. WENCESLAUS à Credlitz in Eicholtz, Ducatus Lignicensis præfectus, 16 Junij.

II. IOANNES Reupricht à Bùdingen, Eques Francus, aulæ Pal Elect Mareschallus: genere, pietate, literis, virtute nobilis 11 Junij.

III. DIONYSIVS Lebeus Batilius, præses Regius apud Mediomatricos, Iuriconsultus & Poëta doctissimus, cuius extat elegantissimus Emblematum liber, die 27 Nouemb. ex nobili familia, Tricassibus, Vrbe Campaniæ, Boissardus lib. 7 Iconum.

IIII. SEBASTIANVS Hoffman in Hennersdorff, genere, eruditione, sapientia, auctoritate, & rerum politicarum usu vir verè nobilis, die 14. Octobris, 3 horis cum dimid. post merid. Gorlicij *Huius optimi viri cum plurima eaq; insignia in me meosque semper extiterint beneficia testimonio hoc publico id ipsum declarare & grato animo predicare volui.*

V. GEORGIUS Sohnus Theologus celebris, 31. Decembris, Marpurgi Hassorum.

VI. IACOBVS Fabricius, Theologus Dantiscanus, 27 Iulij, Dantisci.

Obierunt;

I. IOHANNES, Ernesti filius, Princeps Anhaltinus, 4. Februarij, ætatis 46. completo, Seruesta.

II. MARTINVS Bucerus Theologus, 27. Februarij, ætatis 61. Cantabrigiæ in Anglia.

III. IOACHIMVS Vadianus Helvetius, Consul Sangallensis, Medicus, Poëta & Geographus celebris, qui scriptis suis doctissimis vtilem Republicæ literaria ope-

Purchase full membership to immediately unlock this page

DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'
Full Membership gives
access to 797,885 ancient
and modern, fiction and
non-fiction books.

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



SECUNDA PAX IN RELIGIONE.

In transactione **PASSAVIENSI** promittitur pax amplectentibus. Confessionem Augustanam, 2 Augusti, atque ita liber **INTERIM** exacto 4. annorum spacio expiravit. Atque hæc est secunda pax in religione, anno 20. à priori pace.

Zolnockum, Seczienum, Dregella & Giarmatum, aliaque circumiecta propugnacula, Regis Ferdinandi exercitu ad Palastum miserè caso, ab ALE Bassa Budensi Ungaris ineunte mense Septembri adempta; Agria verò ab eodem & ACHMETE Romania Beglerbegi numerosissimo exercitu undique circumfessa, & magno impetu frustra oppugnata, Turcu, STEPHANI Dobonis, Praefecti, aliorumque procerum industria & vigilantia, ac presidiariorum virtute & armis, acerrimus aliquot praelys (Deo iuvante) magna clade affectus, & die 13. Octobris cum dedecore pulsus, feliciter & gloriose defensa est. Sambucus in Appendice Decad. Bonfinij Leonclay. Backschius.

NORIBERGA obsidetur ab Alberto Marchione 12. Maij.

Vrbs METENSIS auspicijs Henrici II. Regis Galliarum ab Anna Mommorencio, regni Gallie Conestabili, capta, eripitur Imperio, 10. April.

Hoc anno multa scripta prodierunt in causa Oslandri, Stancari & Maioris. Causa etiam Sacramentaria ventilari coepit.

Pestis multis in locis grassata est.

Nati sunt;

I. **RV DOLPHVS II.** Imp. Archidux Austria, **MAXIMILIANI II.** Imp. filius Vienna 18. Iulij, primo quadrante ante 7 post merid'em: à nato Iulio Cas. 1650 id est, 33 annus Iubilæus. ab imperio **RV DOLPHI I.** Imp. (incluso 1273) anno 280. quater 70.

II. HEN-

5522

II HENRICVS III. *Valesius*, Henrici II filius, Dux Andegauensis, postea Rex Gallia, 19 Septembris, hora 5. post meridiem

III FRIDERICVS IIII Friderici III. filius, Dux Silesia, Lignicensis & Bregensis, die 20 Aprilis.

IIII. CHRISTIANVS Distelmeyer, Lamperti Cancellary Elect. Brandeb filius, IC. post Patrem Iohan. Georgy Electoris Brandenburgici Cancellarius Berlin, 23. Maij.

V. IVLIVS Pacius à Beriga, IC. clarissimus, C S. E. 9. Aprilis, circiter horam 8. matutinam, Vicentia.

VI. ANTONIVS Fayus Dunensis, Theologus Geneuensis die 16 Ianuarij, in Gallia.

VII. LAVRENTIVS Scholzius Vratislauenfis, Philosophia & Medicina Doctor eximus, die 20. Septembris, intra 10. & 11. pomeridianam, Vratislause.

VIII. IOANNES Salmuth Theologia Licentiatus & Ecclesie Ambergensis pastor nascitur Lipsia 29 Iulij, quadrante post 3. matutinam.

Obierunt;

I. HERMANNVS Comes Widenfis, Archiepiscopus Colonienfis, 15. Augusti, ætat 80. Biuerni ditionis suæ oppido.

II. HENRICVS Dux Megapolitanus, 6. Februarij, ætatis 73. Suerini.

III. FRIDERICVS Archiepiscopus Magdeburg. Marchio Brandenburgensis, 3 Octob æt 22.

IIII. GEORGIVS Dux Megapolitanus, Francofurtum ad Moenum obsidens, globo tormentario ictus 13. Iulij, ætat 23

V. ERNESTVS OBERNBURGERVS intimus Consiliarius Caroli V. ex lapsu, Villaci.

VI. PAVLVS Iouius Nouocomensis, Episcopus Nucerinus, historiarum scriptor celeberrimus, 11. Decemb ætat 68 m. 7 d 23. Florentiæ

VII. FRIDERICVS Nausea Theolog C. S. E.

VIII. IOHANNES Cochleus, qui plurima scripsit

SECUNDA PAX IN RELIGIONE.

In transactione **PASSAVIENSI** promittitur pax amplectentib. Confessionem Augustanam, 2 Augusti, atque ita liber **INTERIM** exacto 4. annorum spacio expiravit. Atque hæc est secunda pax in religione, anno 20. à priori pace,

Zolnoekum. Seczienum, Dregella & Giarmatum, aliaque circumiecta propugnacula, Regis Ferdinandi exercitu ad Palastum miserè caso, ab ALE Bassa Budensi Vngaru ineunte mense Septembri adempta, Agria verò ab eodem & ACHMETE Romania Beglerbegi numerosissimo exercitu undique circumfessa, & magno impetu frustra oppugnata, Turcu, STEPHANI Dobonus, Præfæti, aliorumque procerum industria & vigilantia, ac presidiariorum virtute & armu, acerrimu aliquot prælijs (Deo iuvante) magna clade affectis, & die 13. Octobris cum dedecore pulsus, feliciter & gloriose defensus est. Sambucus in Appendice Decad. Bonfinij Leonclay Backschius.

NORIBERGA obsidetur ab Alberto Marchione 12. Maij.

Vrbs METENSIS auspicijs Henrici II. Regis Galliarum ab Anna Mommorencio, regni Gallie Conestabili, capta, eripitur Imperio, 10. April.

Hoc anno multa scripta prodierunt in causa Oslandri, Stancari & Maioris. Causa etiam Sacramentaria ventilari cœpit.

Pestis multis in locis grassata est.

Nati sunt;

I. **RVDOLPHVS II.** Imp. Archidux Austria, **MAXIMILIANI II.** Imp filius Vienna 18. Iuly, primo quadrante ante 7 post meridiem: nato Iulio Cæs. 1650 id est, 33 annis iubilæis ab imperio **RVDOLPHI I.** Imp. (incluso 1273) anno 280 quater 70.

II. **HEN-**

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



- psit contra Lutherum, 10. Ian. æt. 73. Vratislavia.
- IX. AMBROSIVS** Catharinus, Lutheri Antagonista.
- X. SEBASTIANVS** Munsterus Ingelheimensis, Theologus & Cosmographus præstantissimus, & Ebraicæ linguæ in Acad Basil. Professor, ex peste, die 23. Maij, ætatis 63. Basileæ.
- XI. BERNHARDVS** Ziglerus Theologus nobilis & Ebraicæ linguæ peritissimus, 2. Ianuarij, ætatis 56 climacterico, Lipsiæ
- XII OSVALDVS** Myconius Lucernas, Theologus Basiliensis, die 15 Octobris, ætat. 64. Successit Simon Sulcerus Lutheranus.
- XIII. ANDREAS** Osiander, 17. Octob. æt 54. Regiomonti.
- XIIII. CASPAR** Hedio Theologus & Chronographus 17. Octobris, cùm Ecclesiam Argentinensem gubernasset & docuisset. an 23. Huic in docendi munere successit **HIERONYMVS** Zanchius Italus, Theologiæ professor in Gymnasio Argentinensi
- XV. IODOCVS** Willichus Philosophus & Medicus præstantissimus, 12. Nouembris, ætat 51. Libusii ad Viadrum prope Francofurtum.
- XVI FRANCISCVS** Dryander Hispanus, 21 Decembris, Argentinæ.
- XVII. IOHANNES** Marcellus, Professor artium in Academia Witebergensi, die natali Domini inchoante annum 1552.
- XVIII. PETRVS** Apianus Beneuizius Leisnicensis, Astronomus & Cosmographus celeberrimus, C. S. E. 21. Aprilis, Ingolstadij nephritide extinctus, magno rei literariæ dispendio.
- XIX LAZARVS** Bonamicus Bassanensis, Philologus doctissimus, 11 Februarij, ætat. 73 cùm in Academia Patavina magna cum admiratione docuisset an 21.
- XX. IOHANNES** Sichardus I. C. & Professor in Acad

3522

Acad. Tubingensi, die 9. Septembris, Tubingæ Forsterus.

XXI. LILIVS | Gregorius Giraldu, Ferrariæ, ætatis 74. podagricus & chiragricus.

XXII. FERDINANDVS Nonius Salmanticæ, Complutensis editionis librorum socius, cœlebs & abstemius, octogenario maior: cuius tumulo ipsius iussu hæc inscripta verba: Maximum vitæ bonum MORS. Thuanus.

XXIII. OTTO Werdmüller Theologus & Philosophus 25. Martij.

3523

MAVRITIVS Elect Sax. & ALBERTVS Marchio Brandeb. in mutua odia incensi belligerantur. Die 9. Julij pugnatum est in Saxonia, non procul ab vrbe Brunsviga, ad pagum Peina, in qua pugna etsi victor fuit Mauritius, tamen præter Electorem ipsam occubuerunt Carolus Victor & Philippus Magnus, Duces Brunsvicenses, & Fridericus Princeps Luneburgensis, multique Comites. MAVRITIVS Elector accepto vulnere obiit 11. Julij, ætat. 32. mens 3 d. 21. In gubernatione successit AVGVSTVS Elector.

Estque hic annus à bello civili Julij & Pompeij 1600. à tertio bello Punico 1700. à capta Constantino-poli 100.

Die 9. Ianuarij exorto seuissimo vento, à statua lapidea Ducis Maurity in arce Berlimensi, violentia turbine caput deiectum est, illafis Imperatoru & reliquorum Electorum status. Sexto deinde mense post Mauritius Dux interijt. Paulo ante mortem Maurity tentorium, in quo cibum capere solebat, & alterum apparatus culinae, in urbe diuulsum fuit, illabefactis cateru vniuersis.

EDVARDVS VI. Rex Angliæ 6. Julij, ætat 16. regni 7. non absque veneni suspitione obiit MARIA salutatur Regina Angliæ à populo 19 Julij, per quã reducta est in Angliam vetus religio, & mota atrox persecutio in Euangêlicos.

Habi-

Habita est etiam Londini disputatio de religione inter Catholicos & Evangelicos 18 Octob. qua in superiorem persecutionem exiit Ecclesia peregrinorum ex Anglia fugiens venit in Daniam, & inde in Germaniam.

MVSTAPHA filius maior Solyman Imp. Turcici, cum fractu Persarum opibus ad patrem redisset, magno exercitus favore & clamore exceptus est, quare offensus pater filium strangulatum in cubiculo, mox in exercitus conspectum proijci, & per praconem hoc proclamari iubet. Unus est Deus in coelo, vnum etiam Solymanum in terris Imperatorem esse oportet: quo audito exercitus attonitus conticuit. Iunior natu biduo post veneno sublatus est, quod de fratris interitu ingemisset. Tertius metu patris ad Regem Persarum confugerat, ut statim per legatos reuocatus, securi percussus est. Restabat Selymus, cui pater manus intentabat, nisi solus restaret. Alij a3 preced. 1552.

De obsidione & deditione **PLASSENBURGI**, totoque bello vide Sleidanum.

MICHAEL Seruetus Arago Hispanus, qui Arris dogmata ab inferis reuocauit, crematur Geneuae in Sabaudia, 27. Octobris.

FRIDERICVS Staphylus ad Pontificios defecit.

SIGISMUNDVS Augustus Rex Poloniae nuptias celebrauit cum Catharina, filia Ferdinandi Imp. 5 Iulij

Nati sunt:

I. **HENRICVS III.** Borbonius, Antonij Borbonij Regis Navarrae filius, nunc temporis Rex **NAVARROGALLIAE**, in amplissima & munitissima Bearniae regionis arce Pauu, die 13. Iulij. Alij 12. Decembris.

II. **ERNESTVS** Archidux Austriae, Maximil Imp. filius, 15. Iunij, primo quadrante post 2. pomeridianam, Vienna

III. **ALBERTVS FRIDERICVS** Dux Prussiae, Alberti filius, 29 April

IV. HIE-

Purchase full membership to immediately unlock this page

DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'
Full Membership gives
access to 797,885 ancient
and modern, fiction and
non-fiction books.

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



IOANNA Graia, Henrici Ducis Suffolciae filia, annorum 17. adolescentula, Latina & Graeco literis egregie exculta, ob non repudiatos Angliae regni honores, vna cum marito Gilberto Dudleio, Iohan. Ducis Northumbr superioris anni men Augusto decollati, filio, die 12 Febr & Henricus Ioanna pater, die 21. eiusdem mensis, iussu **MARIÆ** Reginae Angliae, Londini capite truncati sunt.

Bassa Budensis Capos, Vhinarum, & Babotkam arcus Vngariae circa autumnum occupavit Leonc.

ASTRAGANVM regni Astracangensis urbem opulentissimam, in qua celebre est emporium, ad ostia fluy Volgae, vbi in mare Caspianum exoneratur, sitam **IOHANNES** Basilius Moscorum Princeps bello petitam, hoc anno potestati suae subiecit, & regnum illud Tattarorum Astracanenſium totum occupavit Gaguin Chron. Moscou.

PHILIPPVS Hispaniae Rex Caroli V filius ingressus urbem Angliae Vintoniam, **MARIAM** filiam Henrici VIII Regis in uxorem ducit die Iacobi, & regno Angliae potitur Sororque Reginae **ELISABETHA** in custodiam datur.

Nati sunt:

I ERNESTVS, Alberti filius, Dux Bauariae, Archiepiscopus Coloniensis, Episcopus Leod. Hildes. & Frising 17. Decembris.

II. CAROLVS Francisci fil. Henrici frater, Dux Maynae, vir Mauortius, bellus in Gallia contra Henricum III. Navarrogalliae Regem gestus notissimus, die 24. May.

III. GEORGIVS à Dyhern, Eques Silesius genere, eruditione, autoritate & virtutum optimarum laude vir nobilissimus, & Auctoris Indici huius amicus praecipuus, die 11. Aprilis, in Silesia.

IV. IACOBVS Bongarsius literis & legationibus obitus clarus in Gallia, 16 Nouembr.

V. IACOBVS Christmannus, Professor Philosophicus in Acad. Heydelbergensi, plurimarum linguarum

5524

cognitione instructissimus, C. S. E. mense Nouembri, Ioan-
nisberga.

1554

Obierunt:

I. IOHANNES FRIDERICVS Elector Saxoniae,
3. Martij, ætat 51. Hic cum captiuus esset, & ei (an
1548.) offerretur restitutio dignitatis amissæ, si af-
fentiretur doctrinæ Interimisticæ, spreta condi-
tione, suam religionem abicere noluit. Ob hanc
constantissimam recusationem inter suos CON-
STANTIS nomen ac laudem meruit.

II. SIBYLLA, Coniunx Iohannis Friderici Electro-
ris, 21 Febru diebus 11. ante mortem mariti.

III. IOHANNES Ferus, aliàs *Wisd* / Franciscanus
& Concionator Ecclesiæ Metropolitanæ Mogun-
tinsis, die Natiuitatis Mariæ, 8. Septembris. Fuit
vir doctissimus, eiusque scripta non solum apud
Catholicos, sed etiam apud Euangelicos quosdam
in summo habentur precio.

IIII AMBROSIVS Moibanus Theologiæ Doctor,
& Pastor Ecclesiæ Vratislauensis, 16 Ianuarij.

V. HIERONYMVS Schurff, Iuriconsul celeberrimus,
6 Iunij, ætatis 74. Francofurti ad Viadrum.

VI. SIGISMVNDVS Gelenius Boëmus, Basileæ, æ-
tatis 57. Hic vir egregia ingenij sui documenta de-
dit, vertendis in linguam Latinam Scriptoribus
Græcis, Iosepho, Iustino Martyre, Dionysio Hali-
carnassensi, Philone & Appiano Alexandrino. De
hoc Eras lib. 27. Epist 39 ita Gelenius pro sua do-
ctrina non vulgari, proque morum sinceritate, di-
gnus est lautiore fortuna, diuitias vix ausim illi o-
ptare. Henr. Pantal. refert ad annum sequentem

VII PAVLVS Speratus à Rutilis, Theolog cele-
bris, Pomezaniensis in Borussia Episcopus, 17 Se-
ptemb ætat 70.

VIII. XYSTVS Betuleus, Scholæ Augustanæ Re-
ctor, vir in vtraque lingua doctissimus, 19. Iunij,
ætati

5524

ætat. 53. m. 3. die 26. cum Gymnasio præfuisset an
16. Augustæ Vindellicorum.

1554

IX. Simo Portius Neapolitanus:

**X. Angelus Caninius Anglarensis, Andreæ Dudithij
præceptor.**

5525

CONUENTUS AVGVSTANVS initio anni incoatus
duravit vsque ad Septemb. in quo tandem decre-
tum factum est, ne vlli Principi, Comiti, aut Ci-
uitati Imperiali bellum inferretur, propter doctri-
nam religionis. Est que hic annus 35. ab anno 1521.
quo primum edictum à Carolo V. editum fuit
contra doctrinam Lutheri, mense Maio.

1555

**SOLYMANVS Turcarum Imp Zigetum per Alan Bas-
sam trium mensium spacio, Christianis vim hostilem, ma-
gna cum Turcarum strage, intrepidè repellentibus, fru-
strà oppugnauit, & obsidionem soluit, sub finem mensis
Iulij. Leonclau. Backshius.**

IOHANNES Masso Gallus Andegauensis, primus
Ecclesiæ reformatæ Parisiensis pãstor creatur. Huic
eidem Andegauenses & Trecentes constabilitum
apud se Christi regnum debent. Interfectus est in
hortulo suo obambulans 1572. mense Septemb.
ætatis 39.

In **ANGLIA** his duobus annis propter religionem
supra 800. hominum capita interierunt variis sup-
pliciorum generibus. Sunt qui referunt, de fuisse
carceres tot hominum capaces, & templa captius
inclusis fuisse pro carceribus. Exusti sunt multi
Theologi, inter quos præcipuè fuerunt **NICO-
LAVS** Ridleus Episcopus Londinensis & **HVG O**
Latimerus, octuagenarius, Episcopus Wolcestrê-
sis 16. Octobris. **IOHANNES** Hopperus Episco-
pus Glocestrensis, 14 Februarij. & **ROBERTVS**
Ferrorus S. Dauidis apud Vuallos Episcopus,
26. Februarij, Cormardis Diocesis suæ ciuitate
Item **MARTINVS** Buccrus & **PAVLVS** Fa-
gius ante quadriennium mortui effodiuntur, &

com-

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



Maieft. Confiliarius, & Superioris Lufatia prefectus provincialis, eruditus, pius & fapiens, die 19. Septemb. hora 5. matutina, in pradio Baudifin prope Badifinam.

V. N I C O L A V S Rhedigerus in Strifa & Sponsberg, Nicolas Fil: Nicolas nepos, vir ingenio, literis, pietate & virtute vera nobiliffimus, die 14. Iulii, Augusta Vindelico- rum.

VI. H E R M A N N V S Vultemus I C. ceisber. Haffia Principum Confiliarius, & Academiae Marpurgenfis antecessor primarius, C. S. E die 16. Decemb. mane infra 7. & 8. horam, VVetteris oppido Hafforum.

VII. I O A N N E S Gieddam I C. de Hiffum, & Professor Acad. Marpurg. C. S. E. die 8. Decembri, Suerta oppido VVestphalia

VIII. E L I A S, Nicolas I C frater, Reufnerus, Medicinae Licentiatus, Historiarum & Poeseos in Academia Ibonensi Professor, cuius insigne opus Genealogicū extat, die 8. Septemb Leoberga Silesiorum.

IX. H E N R I C V S Meibomius, Historicus Academiae Iulise, 4. decemb. Lemgouia.

Obierunt.

I. I V L I V S III. P P. 23. Martii Successit M A R C E L L V S II. qui mox obiit, Huic successit P A V L V S IV. creatus P P. 23. Iulii, Sedit an. 4. mens. 2. dies 27.

II. H E N R I C V S Labretanus Navarrae Rex, Po- du in agro Bearnensi, relicta filia vnica Ioanna.

III. E L I S A B E T H A mater Ioachimi II Electoris Brandenburgici 10. Iunii, aetat. 72. Berliui.

IV. V V O L F G A N G V S Lazius, rerum Romanarum & Germanicarum scriptor sceleberr. & totius antiquitatis indagator fideliffimus, Viennae Austriae, anno aetat. 50.

V. R V A R D V S Tapper, Theologus & Inquisitor haereticae prauitatis, Louani, aetatis 80.

- 3525 VI. IUSTVS Jonas Senior, Theologus, C.S.E. 9. 1555
 Octob. post Lutherum 10. aetat. 63.
- VII. GEORGIUS Agricola, excellens Philosophus
 & Med. cuius eruditissima de rebus metallicis
 extant scripta, 21. Nouemb. aetat 61. Chem-
 niti.
- VIII. OLYMPIA Fulvia Morata, Fuluii Morati
 Ferrariensis Philosophi filia, Andreæ Grunthle-
 ri Medici Sutfordienfis coniunx, Graecarum &
 Latinarum literarum cognitione egregie exulta,
 cuius extant Carminum & Epistolarum libelli,
 die 26. Octob. aetatis 28. Heidelbergæ
- IV. GEMMA Frisius, Louani ex calculo, aetatis 47.
 8. Kalend. Iunias.
- X. EDVARDVS Vottonus Medicus clarus, C.S.
 E. Londini, 3. Non. Octob.
- XI. ISIDORVS Clarius Professor Benedictinus,
 doctus & pius, aetatis 60 febre, Fulgini, 5. Kalen.
 Iunii.
- VII. M. ANTONIVS Maioragius, Ciceronis & A-
 ristotelis illustrator, Mediolani, pridie Non. A-
 pril.
- XII. ORONTIVS Fincus Mathematicus, Lute-
 tiae, pridie Non Octob. aetatis 60.
- XIV. PETRVS Gillius Albiensis, Romæ.
- 3526 CAROLVS V. cum imperasset annis 36 (scilicet à 1556
 coronatione) valedicens Germaniæ die 15. Se-
 ptembris nauigat in Hispaniam, commendata
 gubernatione Imperii FERDINANDO fratri.
 In Hispania in monasterio D. Iusti se continuit,
 Deo vacaturus.
- TPGII Helueticorum S. Bibliorum exemplaria publicè cõ-
 busta sunt ex S. C. operâ carnisficij Lucernani.*
- OTHO HENRICVS Palatinus elector, & CA-
 ROLVS Marchio Badensis, Confessionem Au-
 gustanam in suis ditionibus propagari curarunt,
 veteri religione prostrigata.

Controversia super Cane Domini BRBMAE inter Albertum Haydenbergium & Iacobum Probstum orda Philippi Melanchthoni & ceteris Theologis à Senatu Bremensi diiudicanda proponitur. Vitebergenses ambigue respondent. Hinc malum non curatum, sed exulceratum fuit.

Cometa apparuit sub initium Martii.

Nati sunt.

I. OTHO HENRICVS, VVolfgangi filius, Comes Palatinus Rheni, Sultzbacensis 21. Iulii, Amberge.

II. IOANNES Mylnerus à Mylhausen, Sac. Cas. & Reg. Maiest. Consiliarius, & supremus in regno Bohemiae Secretarius, eruditione, sapientia, & politicarum rerum usu vir perè magnus & nobilis, Dominica Inuocavit, die 23. Febr. mane circa dilucium, Praga.

III. HEINRICVS Forsius I. C. Sac. Cas. Maiest. à Secretis in Consilio Camerae aulicae, Vir & Poeta doctiss. die 23. Augusti, Friedberga Veterauiorum.

IV. DAVID HÆSCHELIUS Augustanus, C. S. E. 14. April.

Obierunt:

I. ADOLPHVS Comes Schauenburgensis, Archiepiscopus & Elector Colonienfis, die 20. Septemb.

II. IOANNES Comes Isenburgius, Archiepiscopus & Elector Treuirensis, mense Februario.

III. FRIDERICVS II. Philippi filius Elector Palatinus Rheni, qui in Palatinatu religionem mutauit, 26. Februarii, ætatis 74. Alzeæ, nullis post se relictis liberis. Successit OTHO HENRICVS Ruperti filius.

IV. FRIDERICVS, Christiani III. Regis Danie frater, Coadiutor Bremensis, Episcopus Hildeshemensis & Schlesuicensis, die 27. Octobris.

V. HERMANNVS LVDOVICVS, Friderici III. Electoris Palatini filius, qui cum præceptore suo Ni-

Purchase full membership to immediately unlock this page

DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'
Full Membership gives
access to 797,885 ancient
and modern, fiction and
non-fiction books.

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



ad eū adoleſcencſcētia ex Sileſia, Polonia, Pāno-
nia, Moravia, multiſq; aliis locis, ac rari fuerunt
docti homines in Sileſia, qui nō ipſo Præceptore
vſi eſſent Trozēdorfio deſuncto, in gubernatio-
ne ſcholæſtica **MARTINVS** Taburnus Glogo-
viensis Sileſius, ſucceſſit, & Rectoris munere fun-
ctus eſt.

XL FRANCISCVS Xaverius Cantaber, Ignatii
Laiolæ focus, qui in penitiſſimas Iaponiorum
terras Verbi Dei lumen, primus intuliſſe dicitur,
in ipſo Sinarum aditu diſceſſit.

XII. IGNATIVS Laiola, nobilis Hiſpanus, Prin-
ceps & autor Societatis Jeſu, die 31. Iulii, ætat 65.
ab inſtituta Societate an. 21.

XIII. MARIANVS Socinus Junior I C. clariffi.
qui multa in iure edidit ſcripta, die 19. Auguſti. æ-
tat 74. m 4 d 25. Bononiæ. Schraderus.

XIV. HVGO Babelus Hyppolitanus, Philoſo-
phus, & linguarum olim in Collegio trilingui
Buſlidiano Louani Profefſor, Cal. Septemb. æ-
tat 92. m 3 d. 5 Louani. Boiffardus in Iconibus.

XV. DAVID Georgius perit Baſileæ, 23. Auguſti.
qui ſe immortalē eſſe mentitus fuerat, ſpē mo-
ribundus fecit, reuicturum poſt triennium.

VIFORMATIÆ inchoatum eſt colloquium inter Theo-
logos menſe Septembri de cōtrouerſis Eccleſiaſticis, fact-
que Præſes **IVLIVS** Pflug Epifcopus Naumburgenſis, cui
adduci erant aſſeſſores partim Pontificii, partim amplexi
Confefſionem Auguſtana. Collocutores erant Pontifi-
ci **MICHAEL** Epifcopus Merſpurgenſis, **DELPHIVS**
Suffraganeus Argēmenſis, **CANISIVS**, **STAPHIL-
VVS**, & duo Theologi Louanienſes. Reſponſuri de con-
fefſione Auguſtana illi oppoſiti fuerūt: **PHILIPPVS**
Melanchthon, **ERHARVS** Shepſius lector Ibenenſis, **IO-
NES** Brennus Sturgardianus, **IACOBVS** Rangius
Paſtor Gripswaldenſis, **GEORGIVS** Carginus Paſtor
Onolſbacenſis, & **IOANNES** Piſtorius Nidanus. No-
tarii ex Evangelicis fuerunt: **PAVLVS** Eberus & **IA**

1557

V. **GEORGIUS** Michael Lingelsheimius, Consiliaribus Palat. Elect. vir literatissimus. Argentinae 9. Decembris.

1557

Obierunt.

I. **IOANNES II.** Emanuelis filius, Rex Portugaliae, aetate 51. regni sui 36 Rex declaratus est nepos eius Sebastianus, cum esset trium annorum.

II. **ALBERTVS** Marchio Brandeb. Casimiri filius, exul, in oppido Marchionum Badensium, quod dicitur porta Hercinia, 8 Ianuar. post Mauritium Electorem Sax. an. 3 m. 6 aetate 35.

III. **IOANNES II.** Ioannis I. filius, Palatinus Rheni, Comes Simerius & Spanh. princeps literatorum patronus, Imperiali Camerae an aliquot summa cum laude Iudex praefuit. die 18 Maii. aetate 71.

IV. **GREGORIUS** Pontanus Iurisco. consultus, 20 Feb. cum vixisset ultra 70 annos, Ihenae.

V. **VITVS** Amerbachius VVemdingensis. Philosophus, C. S. E. primum Lutheri & Melancthonis auditor, postea Pontificius & Professor Ingolstadii, aetate 70.

1558

FERDINANDI CAES. IMPERIIUM.

1558

CAROLVS V. Imp. Francofurti ad Moerum per Legatos resignavit imperium in manus Electorum 24. Febr. ita translatum est in **FERDINANDVM**, qui creatus est Imperator 18. Martii.

HENRICVS II Rex Galliae consilio Petri Strozae, & virtute ac felicitate Francisci Ducis Guisii Legati sui, **CALERTVM** Picardiae Urbem & portum celeberrimum ac munitissimum, die 8. Ianuarii expugnauit & recuperauit.

MOSCOVIÆ Liouonia ingressi occuparunt Neruam & Derbatum Hoc fuit initium irruptionum Moscovitarum in Liouoniam; quae demum post annos 22 tristi seruitute Moscovitica & liberata Regi Poloniae restituta est.

NI-

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



consuetudine: In Eremitio Iusti CAROLVS, ita se contineret, ut diuina cogitationibus in solitudine optime vacaret: magna continentia vita, magna morum temperantia, magna cibi viniq; abstinentia. duodecim tantum homines intra domesticos parietes habebat: equum unum, ad colloquium admittebat ferè nullos. Ipse non aliter se quam Carolum appellabat, non Imperatorem. Dicebat se inutilem mundo, inutilem Deo esse in hac vita: itaq; rogare & optare se, ut in vita aeterna Dei laudibus inservire possit. Sape pro concordia Ecclesie Deum rogebatur: In manus tuas Domine, inquit, tradidi Ecclesiam tuam. Sape errores suos publicè ingemiscens lamentabatur: ac ex tot anni, quos vixisset, nunquam unum diem DEO (prout decebat) seruisse. Crucifixi Christi aeternam imaginem per multos dies vultu, oculo, oreq; complexus: septimo post translationem imperii mense, presente Archiepiscopo Toletano, omnibus sacris charismatibus & Sacramentis Ecclesie imbutus, maximam lacrimarum vim effundens, expiravit, ac ad caelites (unde illam sui venisse dicebant) animam remisit, mense Septemb hoc est, imperii sui anno 40. ac quadragesimo anni die, postquam suscepit imperium, quadragesimo. vite autem suae 58. Antequam autem expiraret post sacram unctionem, etsi antea corpus Domini acceperat, iterum illud gustare voluit, inquit: In me manes, Ego in te maneam. Idem Zenocarus hæc eius apophthegmata recitat:

- I. Quemadmodum Saturnus, qui ex septem Planetis altissimum insedit culmen, tardissime circumducitur. Ita Monarchas Austriacos, qui summa apud mortaliū genus functione utuntur, quam minime precipites esse oportet.
- II. Ut Sol non aliis est inopi aliis locupletis, sed omnibus aequus & communis: ita Reges personam spectare haud debent, sed rem: Iustitiaq; & benivolentia eorum omnibus civibus suis patere debet.
- III. Sicut Soli defectio magnorum motuum plerumq; argumentum trahit: ita Regum errores etiam mediocres, magnam rebus humani perturbationem afferunt.
- IV. Et ut idem Sol ce-

5528

1558

ram liquefacit, & lutum indurat: ita eadem Regū liberalitas alios reddit meliores, alios ingratiōes & nequiores. V. Quemadmodum Luna, quo propior est Soli, hoc minus habet luminis, minusq; irradiatur: ita quidam quo propius sunt ad latū Regum, minus irradiantur, minusq; discescunt & manentur. VI. Et ut Luna præcipue mouet inferiora, non quod efficacior, sed quod vicinior: ita multum habet momenti ad motus belli pacisq; sedandos vicinitas Regū. VII. Ac velut quadam fulmina ac ferrum liquefaciunt, ne cera quidem confusa: ita diuina vs ac regia potestas in obfistentes seuit, mollibus parci & cedentibus.

II. **ELBONORA** Regina Galliæ, Caroli V. soror, die 1. Februarii, in Hispania, ante fratrem.

III. **MARIA** Regina Vngariæ, Caroli V. soror, die 18. Octobr. in Hispania, post fratrem. Em. Mote rānus.

IV. **MARIA** Regina Angliæ, 17. Nouemb. & post illam horis 16. **REGINALDVS** Polus Cardina lis, ætat 59. Mariz successit **ELISABETHA**, filia Henrici VIII. Virgo 25. annorum, literis politioribus exculta, & exoticarum aliquot linguarum apprime docta, quæ 26. Nouembris, sapienter & feliciter regnare cœpit.

V. **ANTONIVS** Comes Schauenburgensis Archiepiscopus & Elector Colonienfis, die 18. Iunij.

VI. **GEORGIVS** Comes VVirtembergensis & Mompelgardensis, Biponti 19 Iunij.

VII. **IVLIVS CÆSAR SCALIGER**, Eques Auratus, Criticus Grammaticus acerrimus, Poeta excellens, Philosophus eruditissimus, & alter in medicina Aesculapius, cuius nomen scripta ab eodem edita ad omnem posteritatem immortale reddiderunt, 21. Octobr. æt. 74. m. 6. d. 26. Aginni Nitobrigum. Huic vito non Aginni modo ciuitas, sed Aquitania penè ipsa (pius ipsius domo

tan.

tanquam hospitio utantibus) vere pietatis in-
 staurationem magna ex parte debent. Beza in I-
 conibus. 1558

VIII. **AVGVSTINVS** Gacalla Hispanus, Theolo-
 gus & Caroli V. Concionator anticus, ab Inquisi-
 tione Hispanica propter veritatis agnitionem da-
 mnatus, & combustus est die 21. Maii, Valledole-
 ri in Hispania.

IX. **IOANNES** Bugenhagenius Pomeranus, Pastor
 Ecclesie Wittebergensis, 20. Aprilis, etate 73. gu-
 bernavit Ecclesiam VVittebergensem an. 36. Suc-
 cessit Paulus Eberus.

X. **IOANNES** Fernelius Ambianus, Medicus ex-
 cellens, C.S.E. 26. Aprilis, etate 52. Lutetia Pari-
 siorum.

XI. **IUSTVS** Menius Theologus, 2. Augusti, Li-
 psiz.

XII. **IACOBVS** Micyllus, Græcæ Lingue in Acad.
 Heidelberg. Professor, C.S.E. 28. Ianuarii, etate 55.
 Heidelbergæ.

XIII. **ERARDVS** Snerpius Hailbrunnensis, Acad.
 Ithenensis Professor, die 1. Nouemb. etate 63.
 Ihenæ.

XIV. **IANVS** Cornarius, Med. & Philosophus, qui
 scriptis suis optimè de studio Medico est prome-
 ritus, die 16. Martii, an. etate 58. Ihenæ.

XV. **ANDREAS** Aurifaber Vratislaviensis, Medi-
 cus Ducum Borussiae, die 12. Decemb. et. 46. Re-
 giononti Borussiae.

XVI. **IOANNES** Ferrarius Montanus IC. cuius in
 feuda eruditi extant Commentarii, 25. Iunii, Mar-
 purgi.

XVII. **IOACHIMVS** Mollerus Senior, Senator
 Hamburgensis, & nomine Reipub. Præfectus ar-
 cis Ritzebuttel, doctorum virorum, dum vixit, a-
 mantissimus, & Religionis promotor apud suos
 siq-

Purchase full membership to immediately unlock this page

DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'
Full Membership gives
access to 797,885 ancient
and modern, fiction and
non-fiction books.

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



1529 Nati sunt:

1550

- I. **ALBERTVS** Archidux Austria, **MAXIMIL. II.** filius, 13. Nouemb. inter 9. & 10. antimeridianam, Neostadii Austria.
- II. **ANDREAS** Leszinsky de Leszno, Palatinus Brez-
tensis & Cuiusensis, vir illustris, litterarum & literato-
rum patronus, fautor & promotor egregius, in vigilia D.
Andree, sine 29. Nouemb hora 9. min. 54. post meridiem,
Astronomico more: seu iuxta maius horologium Polon.
hora 6 min. 5. noctu sequenti d. 29. Nouemb. in Polonia.
- III. **ISAACVS** Casaubonus Græcæ & Latinæ lin-
guæ felix propagator, 8. Febr.
- IV. **IOANNES GEORGIVS** Goldmannus IC. &
Confiliarius Elect. Saxe qui de *Laminis* eruditè scripsit, die
12. Martii, Tubingæ in agro Wirtembergico. Crufius.
- V. **ARNOLDVS** de Reyger IC. C. S. E. die 17. Ianuarii,
in Belgico.
- VI. **HVLDERICVS** Schobermus, Poeta elegans, cuius e-
ruditi & iucundi editi extant *Poematum libelli*, 4. No-
uembris, Lubena Silesiorum.

Obierunt:

- I. **PAVLVS** IV. PP. 18. Augusti, ætat. 84. successit
PIVS IV. qui sedit an. 3. m. 11. d. 14.
- II. **CHRISTIANVS** Rex Daniæ, 1. Ianuarii, ætat.
56.
- III. **CHRISTIERNVS** Rex Daniæ, qui expulsus
regno decem annos exul vagatus fuerat, & postea
an. 27. in custodia habitus, 25. Ian. æt. 78. dieb 24.
post obitum Christiani Regis.
- IV. **HENRICVS** II. Rex Galliarum nuptus filiarum à
Mongomenio ad hastiludium prouocato vulne-
ratus, obiit 10. Iulii, an. ætat. 41. regni 13. successit
FRANCISCVS II. æt. 16.
- V. **OTHO HENRICVS**, Elector Palatinus Rhe-
ni, 12. Febr. æt. 56. Heidelbergæ sine liberis. Vnde
dignitatem & ornamenta Elect. Palat. ad Rhenum
Frideric. III hereditaria successione adeptus est.

VI.

- 1559
 1559 VI. FRANCISCVS OTHO Dux Luneburgen-
 sis, Ioachimi II. Elect. Brandeb. gener, nondum
 completo 3. mense post nuptias Berlini celebra-
 tas: 29. Aprilis, æt. 29.
- VII. LAURENTIVS Priolus Dux Venetorum, 17.
 Augusti.
- VIII. HERCVLIS Arestinus Ferrarius Dux, æt. 51.
 5. Non. Q. & Ob.
- IX. IOANNES Gropperus Cardinalis, C. S. E. 13.
 Martii, æt. 58. d. 18. Romæ. Schrad.
- X. ALOYSIVS Lippomanus Venetus, Episcopus
 Metonæ & Veronæ.
- XI. IOACHIMVS Perionius.
- XII. IOANNES Baptista Folengius, ætat. 60. Man-
 tuæ.
- XIII. ANNA S Burgius Gallus IC. & supremæ Cu-
 riæ Parisiensis Confiliarius, propter religionem
 Lutetiæ primum strangulatus, & postea crematus
 est, 21. Decemb. æt. 37. Beza in Iconibus.
- XIV. FRANCISCVS Duarenus IC. clarissimus,
 qui præterquam quod eloquentia, dicendique
 genere suavi & facili omnes sui temporis IC. su-
 peravit, docendi ratione maxime antecessit. Pri-
 mus enim methodicam docendi rationem non
 observatam iterum reuocavit & restituit, C. S. E.
 Burigibus Auaricum, ætat. 50 Forsterus in hist.
 Iuris C. Rom.
- XV. GEORGIVS Rekröd, bellator strenuus, & fe-
 lix, die 28. Nouemb. Herleshusi arce sua prope
 Isenacum.
- XVI. IACOBVS Milichius Medicinæ Doctor, 10.
 Nouemb. ætat. 59. V Vitebergæ, apoplexia ta-
 ctus.
- XVII. ERASMVVS Sarcenius Theologus, C. S. E. 28.
 Nouemb. æt. 59.
- XVIII. LVCAS Caucius Geophonenfis, Episco-
 pus Ciuitatensis, diuinationibus Astrologicis cele-
 bris,

1559

brua, 6. Martij, cum vixisset ann. 82. mens. 11. d. 22. 1559
Romæ Schrad. in monum. Italiae. Boullardus in I-
conibus refert ad annum præcedentem.

XIX. **ROBERTVS** Stephanus, Henrici Stephani
V. CL. pater, Parisiensis, Typographus Regius,
27. Septemb. æt. 56. Beza in Iconibus.

XX. **CASPARR** Bruschnus Egranus, Poeta Laur. vir
doctus. & antiquitatis eruendæ studiosissimus, C.
S. E. interit traiectus sclopo, insidus quorundam
in Silva Schlingenbacensi inter Rotenburgum
& VVinsheimium, æt. 41. Crisus.

Hoc anno in Hispania de Satapa & morte gloriosissime
trumpserunt. **AVGVSTINVS** GACALLA, quem
in Germania Carolus V. Concionatorem habuerat. **IO-**
HANNES Egidius post mortem crematus. **VAR-**
QVIAS in ipso Inquisitorum certamine mortuus.
CONSTANTINVS PONTIVS, triam linguarum
egregie peritus, Confessor Caroli V.

Hoc eodem anno in vrbe Valdois, mense Maio, Christi no-
mine, cremati: **FRANCISCVS** BIVERVS, doctor
Casalla frater, antea sacrificus. **ANTONIVS** PE-
RESIVS, itidem antea sacrificus Valencie. **CHRI-**
STOPHORVS DELGAMPIVS, Zamorencus.
CHRISTOPHORVS PADILLA, Zamorencus.
ANTONIVS HESVELLVS, Torencus. **LEO-**
NORÆ BIVERÆ, piensissima mulier, Casalla
& Francisci Biverorum matris, cadaver. **CONSTAN-**
TIA & **LEONORA** Bivera, earundem sorores.
CATHARINA ROMANA: **ISABELLA** à
STRADA: **IOHANNA** VELASQVA, Repro-
zenses. **CATHARINA** ORTEGNA, Valdois-
densis.

Similia hoc ipso anno 14. die Septemb, cremati: **IOHAN-**
NES PONTIVS, ex nobilissima Comitum Baslen-
sium familia. **IOANNES** CONSALVVS, Suis-
liensis Concionator. **FERDINANDVS** SANTIVA-
NVS, Ludsmagister. **MORZILIVS**: S. Isidori Mo-
nachus.

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



5530 **IOACHIMVS ERNESTVS** Princeps Anhaltinus 1560
cum **AGNETE** *V*Wolfgangi Comitis Barbiensis
filia nuptias celebravit.

IULIVS Dux Brunluic. & Luneburg. mati monum
inuit cum **HEDWIGE** Marchionissa Brandeb. Io-
achimi *I*L. Elect. filia, die 25. Febr. Berliai.

Nati sunt:

I. CHRISTIANVS Dux Saxonie Elector, Augusti
Electoris Sax. filius, Princeps omnibus animi, corporis &
fortune bonis ornatissimus, die 28. Octobr. hora 4. ante
merid. Dresda.

II. CAROLVS, *V*Wolfgangi filius, Comes Palat. Rheni,
Birckenfeldensis, 4. Septemb.

III. ERNESTVS FRIDERICVS, Caroli filius, Mar-
chis Badensis & Hochbergensis, Princeps Pius & pacifi-
cus, die 17. Octobr. Mulberga.

IV. VVILHELMVS LVDOVICVS, Iohannis filius.
Comes Nassonia, Gubernator Friſie, die 13. Martii

V. VOLRADVS à Plessen Eques Megapolensis,
Electoralis Palatinatus Consil. litens, virtute &
multis legationib. clarus, 29. Iunij

VI. CASPARVS Baubinus Med. D. Rei Anatom. & Herba-
ria in Acad. Basiliensi Professor hoc tempore clarus & di-
ligentiss. ac Illustriss. Ducis *V*Wirttembergici Medicus, cuius
in Anatomicis & Botanicis eruditissima extant scripta,
die 17. Ian. hora 7. vespertina, Basilea.

VII. IANVS Gruterus, Philologus & Historicus, & Bi-
bliothecarius Archipalatinus, 4. Decemb. Antuerpia.

VIII. CONRADVS Rittershusius *I*. C. Philologus, Pro-
fessor Altorfinus, Brunsvici 24. Septemb.

Obierunt:

I. FRANCISCVS II. Rex Gallia, 5. Decemb. ex a-
postemate cerebri: à morte avi sui Francisci *I*. an.
14. æt. 17. regni an. *I*. m. 4.

II. GOSTAVVS Sueciae Rex sapiens, fortis ac felix.
die S. Michaelis. æt. 70. cum regnum Sueciae in
pristinam libertatem vindicasset, & legib. iudiciis,

præfidiis & armis munitum, an. 38. sapienter & fo- 1560
liciter rexisset. Huic successit filius Ericus.

III. MARIA Regina Scotiæ, dum à Galliarum Rege
contra non ita dudum de religione excitatos
motus suppeditas opperitur.

IV. PHILIPPVS Dux Pomeraniæ, Princeps pietatis,
iustitiæ & pacis amator. 14. Febr. hora 8. ma-
turina, æt. 45.

V. ANDREAS DORIA Genuensis, peritia rei na-
ualis omnibus suæ ætatis ducibus antecellens,
rebus maximis bello ac pace gestis, & libertate
firma patriæ ante annos 32. restituta, mense No-
uembri, æt. 93.

VI FRANCISCVS Oliuarius, Henr. II. & Francisci
II. Galliarum Regum Cancellarius, merore animi
extinctus, Mense Martio. Ei successit Michael
Hospitalius.

VII. IOANNES à Lasco Polonus, C. S. E. 8. Ian. æt. 61.

VIII. FRANCISCVS Burchardus Vinaricus, Cæ-
cellarius Ducum Saxoniarum, 15. Ianuar. æt. 56. dieb.
64. ante obitum Philippi Melanchthonis Præce-
ptoris & amici sui.

IX. PHILIPPVS MELANCHTHON cum die 7.
Aprilis sub noctem Dominica Palmarum febre
correptus fuisset, eaq; tandem vires in eo languē-
tes extingueret, die Veneris post Pascha V Vite-
bergæ moritur, 19. Aprilis, paulò ante horam 7.
vespertinam, cum vixisset an. 63. d. 63. Estq; annus
hic ab eius in Academiam V Vitebergensem ad-
uentu 42. à Confessione Augustana, quam ille
scripsit 30. à morte Lutheri 14. Natalis Lutheri &
Philippi distant ann. 14. Vtriusque etiam obitus
totidem annis distat. Et sicut ab initio disputa-
tionum Lutheri contra Scholasticos vsq; ad obi-
tum eius intercesserunt an. 30. ita ab anno 1530.
(quo Philippus scripsit Augustanam Confessio-
nem) ad obitum Philippi, sunt anni 30

Historiam vitæ eius ad posteritatem transmisit
IOACHIMVS Cameracensis pædicatori libro, in quo
 eum describit ut virum afflictum, qui tamen bo-
 nis studiis multum profuerit. Habeo autem viri
 nobilem, qui affirmant, sapientem Imp.
FERDINANDVM, audita morte Melanctho-
 nis, dixisse: *Huius viri consilia semper fuerunt modera-
 ta.* **ERASMVS** ei præter insignem eruditionem
 & raram eloquentiam tribuit gratiam quædam
 fatalem, quam genio suo debeat potius, quam in-
 genio, & cum esset omnib. candidis gratissimus,
 ne apud hostes quidem haberet quenquam, cui
 esset admodum exosus. Ipse quidem Melanch-
 thon sæpe repetere solitus est querelam apertam:
Agnoscamus in nostris vulneribus nostras pennas. Et alius
 quidam de eo iocatus dixit: *Musa Melanchth. ge-
 nuit discipulos, & filii denotarunt matrem.* Fuit etiam
 qui hoc protulit: *Philippus Melanchth. donec vixit fuit in
 purgatorio post mortem dicitur esse in inferno: in visa
 autem venturi seculi erit cum Deo in aeterna beatitudine.*

X. **GEORGIVS** Sabinus, Poeta clarissimus, & Me-
 lancthonis gener, i. Decemb. æt. 53. mens. 7. d. 10.
 Francofurti ad Viadrum.

XI. **PETRVS** Lotichius Secundus, Poeta celeberrimus,
 Medicus & Professor in Academia Heidelbergen-
 si, extinctus febris acuta Calendis No-
 uemb. æt. 32. Heidelbergæ.

XII. **ALEXANDER** Monsignanus IC. ac legum in-
 terpres clariss. die 14. Septemb. æt. 58. m. 4. d. 4.
 Forolivi Schrad.

XIII. **NICOLAVS** Gerbelius Phorcensis IC. & Pro-
 fessor Argentinen- sis, eruditionis laude clarus, C.
 S. E die 20. Januarii, Argentinæ.

XIV. **LEONHARTVS** Stöckel. 49. die post Phi-
 lippi obitum, & sicut Philippus obiit die Venens
 post Pascha ita Leonhartus die Venens post pen-
 tecosten, 7. Iulii.

Purchase full membership to immediately unlock this page

DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'
Full Membership gives
access to 797,885 ancient
and modern, fiction and
non-fiction books.

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



to in potestatem eorundem redacta cum propter plurimarum civitatum, artium & propugnaculorum amissionem, bonorum direptionem, & quotidianas incursiones viribusque propriis statum suum defendere, sequi à servitute & crudelitate hostili diutius tueri non posset: publico & unanimo ordinum consensu clientela & potestati Sigismundi Regis Poloniae se subiecit, & eundem diebus ad iuncta est mense Novembri atque ita ordo militum Tentorum in Livonia, cum sterneret annos 357 abrogatus defuit.

ALBERTVS à Lasco IACOBVM Heraclidem Sami Despotam in Moldaviam introducit, Alexandrum eius loci Principem crudelem una cum numerofo exercitu exigua manu 18. Novemb fundit & profligat, & Iacobum Despotam in regnum amplius & locupletius. usque ad ultimos suos terminos victrici fortitudine adeptum, reponit. Backschium Leonclau.

VILHELMVS Princeps Aurais secundas nuptias celebravit cum **ANNA**, Mauriti Electi Sax. relicta filia unica, Lipsiae, die 25. Augusti.

VILHELMVS Dux Brunsvic & Lunenburgensis matrimonium inivit cum Dorothea, Christiani III. Daniae Regis filia, nuptiis 12. Octobr. peractis.

SOPHIA filia Ioachimi II. Electi Brand. nupsit **Vilhelmo** Vrino de Rosis, Gubernatori domus Rosenbergiae, die 14. Decembris.

Nati sunt;

I. **VENCESLAVS** Archidux Austria, **MAXIMILIANI** II. Imp. filius, 9 Martii, Neofadi Austria primo quadrante post horam 10 ante meridiana.

II. **CAROLVS EMANVEL**, Emanuel Philiberti filius, Dux Sabaudiae

III. **ABRAHAMVS** Burggrafius à Dona, L. Ratis VVartemburg & Brelyn, &c. Sac. Caf. Maest. à Consilio, & Marchionatus Lusacia superioris Praes, horis cum sapientia & eruditionis laude, cum bellica virtute decoratus, insignis, 11 Decemb. h. 7. vespert. in Silafia.

IV. **RIPPOLTVS** à Cellibus IC. Electi. Palat. à Consilio,

✠ *Dicafterii Heidelberg. Praefes, C. S. E. die 20. Febr. in Helvetia.*

V. **A M A N D V S** Polonus à Polansdorff, S. Th Doctor & Professor in Acad Basiliensi, D. Ioannis Iacobi Grynaei gener, C. S. E. die 16. Dec. Oppavia Silesiorum.

VI. **B A R T H O L O M A E V S** Pitiscus Grunebergenfis Silesius, Theologus & Friderici IV. Elect. Palat. ad Rhenum in aula Heidelbergensi Concionator, in agro Grunebergico Schlauna, die Bartholomaei.

VII. **G E O R G I V S R E M V S I C** Philologus, Resp. Noricae Confiliarius, Augusta Vindelicorum, pridie non. Ian.

Obierunt:

I. **I O A C H I M V S**, Ernesti fil Princeps Anhaltinus, 6. Dec. aet. 52. Dessauae.

II. **C A R O L V S**, Iohannis filius, Princeps Anhaltinus, 4. Martii, aet. 27.

III. **C A T H A R I N A**, Mauriti & Augusti Electorum Saxoniae mater, 6 Ianii, aet. 84. Torgae.

IV. **I O A N N E S** Comes Tarnouius, Castellanus Cracouensis, summus exercituum regni Poloniae Dux, literis & armis clarissimus, 16. Maii, aet. 73. in curia sua Viecoionensi.

V. **M I C H A E L** Sidonius Episc. Merseburgensis, aet. 55.

VI. **G A B R I E L** Mudzus Brechtanus IC. exquisitae doctrinae, acrisq; iudicii, primarius olim Louanienfis Professor, C. S. E. in Gallia. Forsterus.

VII. **C O N R A D V S** Lycosthenes Rubeacensis (cuius insignem eruditionem & industriam lucubrationes testantur) apoplexia tactus, 25. Martii, aet. 42. m. 7. d. 7. Basileae.

VIII. **C A S P A R** Schwencckfeldius, nobilis Silesius, 10. Decemb. aet. 71. in Sueuia. Eius Symbolum fuit: Nil Christo triste recepto.

IX. **P E T R V S** Viretus Sabaudus, Lausannensis primum, & deinde Lugdunensis Ecclesiae in Gallia Pastor, in saltib Pyrenaeis, aet. 60. Beza in Iconibus.

X. **M A I O R** Volmarus Rotuillensis Germanus, Caluini

553 & Beza Praeceptor, at. 54. Mort. Bena in Iconibus 1561

5532 **MAXIMILIANVS** renunciatur Rex Romanus 24. Novemb. Francofurti, coronatur 30. Novemb. Coronatur regni **BOHEMIAE** imposta est ei Pragae 30. Septemb. 1562

ANTONIVS Borbonius Rex Navarrai ad Pontificios à reformatis defectionem facit: & primus exercitum Regis contra fratrem **LVDovicum** Borbon. Principem Condrem, & alios reformationis religionis ipsi adhaerentes educit. Verum demum Rotomagum urbem oblectam graviter oppugnat, globo tormentario ictus occumbit, die 17. Nouemb. aetat. 45.

Primum bellum GALLICVM ob religionem gestum.

FRANCISCVS Dux Guisus, Claudii Lotharingae & Gusiæ Ducis filius, à parte Pontificiorum, **LVDovicus** vero Borbonius Princeps Condens, Caroli filius, Antonii Borbonii Regis Navarrai frater, Dux reformatorum, & **CASPAR** Colignius Amiralus, die 19 Decemb. proelio ad Dreuidum Urbem in Normandia dimicantes equo ferè Marte confixerunt: in quo utriusque exercitus ouem millia cæsi: Conestabilis primus à Condens captus, & Marscalcus Santandreae captus est, & tandem ipse quoque Condens equo lapsus in Guisianorum potestatem peruenit.

Nati sunt:

I. **FRIDERICVS VVILHELMVS** Dux Saxonie, Iohannis VVilhelmi Ducis Sax filius, Electoratus Sax. Tutor & Administrator, die 25. Aprilis paulò ante horam 11. antemeridianam, Vinaris.

II. **IOANNES VVILHELMVS** Dux Iohannensis, VVilhelmus filius, die 28. Maii.

III. **NICOLAVS** à Burghaus Consiliarius Caesaris, Francofurti Silesiorum, die 12. Nouemb.

IV. **IOANNES** à Nostitz & Notz in Strate, Marchionis Friderici Ducis Breg. & Lignicensis Consiliarius, & Ducatus VValauiensis ac ditionis Hernstadana, Cr. Praefectus

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



4. Decemb. à prima sessione ad viciniam sunt anni 18. *Pannini* scripsit durasse omnino an. 5. Dues sub Paulo III. unum sub Iulio III. biennium sub Pio IV.

Diē natali Virginis Mariæ 8. Septemb. **MAXIMILIANO II.** Imp. imponitur corona regni Vngariæ, Poloniarum.

IOANNES BASILIVS Moscovitarum Princeps **POLOTAM** Urbem & Ducatum Lithuaniam occupavit, 15. Febr.

FRANCISCVS Dux Guisus, Henrici pater, copiarum Gallicarum doctor, dum Aurelias obsidet, à nobili quodam Iohanne Poltrocio Metzco, patriæ Engolismensi, tribus scilopet glandibus à tergo traiectus 18. Febr. paucis post diebus 24. Febr. inter magnos cruciatus expiravit. De autore comprehenso supplicium sumptum est Parisiis 18. Martii, quatuor equis corpus eius distrahentibus ac discerpentibus.

Bellum inter FRIDERICVM DANIA, & ERICVM XIV. Suecia Reges, inchoatum, quod an. 8. duravit.

IACOBVS HERALIDES, natione Græcus, Despotæ Sami, qui Valachiam ante biennium, pulso Alexandro auxilium Alberti à Lascæ occupatæ, à suis Valachis dolo circumventus 5. Novembri, trucidatur: & sequenti anno **ALEXANDER** Tyrannus iterum in Valachiam Turcicis auxiliis restituitur. Backschius.

LVDOVICVS Hassiæ Landgravius nuptias primas celebravit cum **HEDVIGÆ**, Christophori Ducis VVirttembergici filia, die 11. Martii.

GEORGIO IOANNI Comiti Palat. Rheni Veldentiano, Anna Maria, Gostavi Suecorum Regis filia, elocata est.

Nati sunt:

I. **HENRICVS**, Caroli filius, Dux Lotharingæ, Marchio Pontinensis, die 8. Novembri, circa meridiem, Nanciis.

II. IOHANNES ALBERTVS, *Comiti filius, Comes Solmenfis, magni aula Electoralis Palatin. Magister, 5. Martii.* 1561

III. PHILIPPVS, Baro V Vinnebergicus, Dominus Beilsteine, Burggravius Alzeanus.

IV. SCIPIO Gentilis I C. prope Asculum C.S.E. Obierunt.

I. VVOLFGANVS Musculus Dufantis, Theologus Bernensis, C.S.E. 30. Aug. paulò post horà 10 antemeridianam, æt. 66. Bernæ Heluetiorum.

II. HENRICVS Glareanus, Poeta Laureatus, C.S.E. 28. Martii, æt. 75. Friburgi Brisgoiæ.

III SEBASTIANVS Castalio Allobrox, Græcorum literarum in Acad Basiliensi Professor celebris, 29. Decemb. æt. 48 Basileæ.

IV. HIERONYMVVS Frobenius, Typographus Basiliensis, edendis eleganter & emendate optimis autoribus bene de repub. literaria meritis, 13 Martii, æt. 62.

V. AVGVSTINVS Mainardus, qui primus Clavennas apud Rheros collegit Ecclesiam, & adversus turbatores annos 21. defendit, C.S.E. Iulii, æt. 81. H. Zanchius præfat. Misceel.

5534 STNAXIS *sacra in utraq. specie etiam Laicis secundum Christi institutionem concessa ab Imp. FERDINANDO, die 18. Iunii 1564 per Urbanum Episcopum Garçensem in templo S. Stephani publicatur & administratur.* 1564

MICHAEL Lopezius Legatus auspiciis Philippi II. Regis Hispaniæ novas Insulas ultra 40. versus Septentrionem reperit, easque subactas de nomine Regis sui Philippinas appellavit.

GALLI Duce Renato Laudonniere classis Præfecto, in FLORIDAM Americæ provinciam navigationem secundam die 22. Aprilis susceperunt.

QUIRO Truchsesius Cardinalis & Episcopus An-

gustavus DILLINGA in Suevia Academia magnis sumptibus hoc anno crexit.

Colloquium MAVLBRUNNAB inter Theologos Archiepiscopales & VVirttembergicos de Vbiquitate & Canonici habitum mense Aprili, praesentibus Principibus FRIDERICO Electore Palatino & CHRISTOPHORO Duce VVirttembergensi: exit in nouas Theologorum diuisiones.

MARIA Scotiae regina, Francisci II. Gallorum Regis vidua, HENRICO Suardo Anglo nupsit 29. Iulii.

Nati sunt:

I. GEORGIVS GOSTAVVS, Gregorii Iohannis filius, Comes Palatinus Rheni Videntianus.

II. HENRICVS SILIVS, Iulii filius primogenitus, Dux Brunsvicensis & Lunenburg. Episcopus Halberstadenfis, bergs Graecis Latinisque literis excellentiss. Octobris hora 5. matutina, in arce Hessen-Buntingensis Chronolog.

III. ERNESTVS, VVilhelmi filius primogenitus, Dux Brunsvicensis & Lunenburg. die 31. Decemb.

IV. VVILHELMVS, Duci Osbonis filius, Dux Brunsvicensis & Lunenburg. 14. Martii.

Obierunt:

I. FERDINANDVS Castellae, Princeps miris, affabilis, temperans & pacificus, ab his caeteris consumtus obiit paulo ante septimam vespertinam, Vitisana, die Iacobi Maioris, 25. Iulii. Vixit huiusmodi 64. annis. 4. d. 14. hor. 20. Impetravit ad haec.

II. FRIDERICVS Staphylus Theologus Pontificis, 5. Martii, etas 81. Ingolstadtii.

III. IOANNES Caluinus Theologus & Pastor Ecclesiae Geneuensis, C. S. B. die 27. Maii, etas 54. annis. 10. d. 17. ex phthisi, vigiliis & ieiuniis immodicis contracta, cum Ecclesiam Geneuensem in haereticis

Purchase full membership to immediately unlock this page

DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'
Full Membership gives
access to 797,885 ancient
and modern, fiction and
non-fiction books.

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



*ad diem 22. Septemb. basissent, loci nimirum commo-
ditatem, terra fertilitatem, & incolarum barbarorum mo-
res, ritus religionem, aliq. cognitari, & postea oram il-
lam ut vacuam, & nullis adhuc Hispanorum Colonis
inseffam occupari, ab Hispana classe communicato cū
barbaris loci istius consilio, fedissimè cedantur paucis su-
gaelapsis & in Galliam reuersis. Urban. Celsio in de-
script. exped. Florid.*

MELITAM Inluam Turcz Mense Iunio obsidere
ceperunt. Verum cum eandem 4. mensium spa-
cio acerrimè quidem, sed irritò exitu oppugnas-
sent: amittis 23 000. militum discesserunt. Ex
Melitensibus 240. equites, 3000. milites, &
bello paucis turbe capita 1700. caesa perierunt.
Leonclavius.

*Dec. 7. Iulii commissum est atrox praelium inter FRID-
RICUM Danic & ERICUM XIV. Suecia Regis, in
quo circiter 7000. milium utriusq. desiderata, & pro-
toriana Danica (qua nullo & centum milibus clas-
sariis, 22. maioribus tormentis, ingentiq. apparatu bel-
lico instructa erat) cum biduum à sex Suecicis undique
cincta sese acerrimè defendisset, tandem classiarum casis
vel vulnerata, unà cum Amiralio Oitone Rud à Suecia
capta est: quanquam & Suecorum naues aliquot perie-
runt.*

Illustre Gymnasiū **NEVHVSIANVM** propè Wor-
matiam, à Friderico III. cognomento Pio, Ele-
ctore Palatino, Deo & Musis consecratum est,
primo Pectore **LEVINO** Clave Iuliacensi. & c.
Augusta SCHOLA Monasterii **GORLICENSIS**
in Lusaria superiori, aperta est, primo Rectore
PETRO Vincentio Vratislaviensi, qui hoc an-
no, 9. Iulii introductus est. Post Vincentium
gubernarunt Scholam **IOACHIMVS** Maiste-
rus, **LAVRENTIVS** Ludouicus, & **MAR-
TINVS** Mylius, spectatae eruditionis & sapien-
tiae viri.

1555

1565

L A Z A R U S S V V E N D I V S Nobilis Sueus, consilio, vigilantia, fortitudine, celebritate & disciplina militari inclitus, arcus & dominia amplissima, videlicet, Tockanum, Zachmarum, Zeren-
cium, Erdeudam, Kauaram, Bathor, Vuirbaniam, & Sendereuim, aliisque insignia loca, prospero victoriae cursu expugnauit, & Maximiliano II. Imp. Rom. subiecit.

A L E X A N D E R Fascius, Octauii filius, Parmæ & Placentiæ Dux nuptias Bruxellis celebravit cum **M A R I A**, filia Eduardi Principis Lusitaniæ, mense Nouembri.

Nati sunt:

I. **I A C O B U S VI.** Henrici Stuardi Scotia Regis filius, die 19. Iunii, paulo post horam 9. æquinoctialem, in arce Edimburgensi. G. Buchananus in sua Scotia.

II. **E D V A R D V S F O R T V N A T U S**, Christophori filius, Marchio Badensis, in Anglia.

III. **H I E R O N Y M V S** Treutlerus I. C. Consiliarius Cæsarem, Vir doctissimus. cuius disputationes ad ius Civile Iustinianicum Pandectis comprehensum, eruditissima methode conscriptæ extant, quique configurationibus suis historicis liberaliter nobiscum communicatis (quod gratitudo fateri nos iubet) secundam Editionem huius editionem plurimum adiuuit, die 14. Februarii, Suisiæ in Silisiorum.

IV. **M A Q V A R D V S** Freherus I. C. Consiliarius Frid. IV. Elect. Palatini, & primarius eius Professor in Academ Heidelbergensi, C. S. E. die 26. Iulii, Augusta Vindelicorum.

Obierunt,

I. **P I V S IV.** P. P. 9. Decemb. ætat. 67. Successit **P I V S V.** qui sedit an. 6.

II. **I O A N N E S F R I D E R I C V S III.** Dux Saxonæ, Iohannis Frideri I. filius, 31. Octob. Ihenæ, ætat. 28. Huius Principis mortem consecutum est bellum Gothanum.

I N D E X

thannum: quod ipso superstitio haud dubie fuisset
impeditum.

III. JOHANNES Caroli filius, Dux Silesiae Ol-
nensis & Münsterbergensis, die 28. Februar. æ-
tat. 56.

IV. NICOLOVA Radzivilus Dux Olon & Ni-
schultsi, Palatinus Vindobonensis, ingenio, virtute &
autoritate excellens, primus religionis & doctri-
næ reformatæ in Lithuania instaurator &
propagator, quique Biblia, ex Ebraicis & Græ-
cibus fontibus in linguam Poloniam magnis sum-
ptibus verba, primus Sarmatis dedit, 28. Maii.

V. IOACHIMVS de Noua Domo, Equus aurei
velleris, Regni Bohemæ Castellanus, Vienna
rupo pontis iugo cum curru & Equis in Danu-
bio perit, 12. Decemb.

VI. IOANNES Vngar. L. Baro in Sonnegk, in
V. Wirtembergia exul, qui Biblia sacra in linguam
Turcicam & Croaticam curauit verti.

VII. IOANNES Ranzonius, Eques auratus Hol-
satus, militari laude & virtute celebris, Henrici
Ranzoni Eq. & Protegis Cymbrii, literatorum
nobilissimi, & nobilium literatissimi parens, 12.
Decemb. ætat. 73. mens. 1.

VIII. GREGORIUS SIGISMUNDVS Seldius Au-
gustanus, Iuriconsultus peritissimus, Consilia-
rius & Procancellarius trium Imperatorum, CA-
ROLI V. FERDINANDI & MAXIMILIA-
NI II. cum die 26. Maii Vienna à Cæsare, qui in
venatione erat, euocatus esset, & vesperi do-
mum properaret, incitatis cursu equis è curru
desiliens, lapsu tam grauius latus est, ut eadem
hora expiraret.

IX. ALEXANDER Alesius Scotus, Theologiæ
professor in Academia Lipsica, 17. Martii, ætat.
75 Lipsiæ.

X. PAVLVS PAVLVS Vergerius, olim Episco-
pus

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



- 5535 pub. Vra tislauensis, Vir doctus & Poeta bonus, 1565
19. Septe mbris.
- 5536 *Prima Comitia MAXIMIL. II. Imp. Augusta celebra-* 1566
uit, in quibus ad bellum Turcicum gerendum ab Ord-
nibus Imperii auxilia vel summi decreti sunt. Hoc itaq,
anno suscepta est expeditio in Vngariam.
In his Comitibus FRIDERICVS III. Pius Elector Pala-
tinus, inter infestos proceres veritatis testimonium perbi-
buit, Duce IOANNE CASIMIRO Filio Codicem
Biblicum in Senatum portante. Nemo Principum au-
sus fuit cum Friderico συμφιλολογειν de controuersa
cena, de qua accusabatur.
CHIVS Ægæmatis Insula à Christianis, partim I-
talis, partim Græcis inhabitata, sub iugum Tur-
cicum missa est à PIALI Bassa, ipsis feriis Pa-
schalibus, nempe 14. 15. 16. Aprilis. Leoncla-
uius.
Viti nobiles in Belgicò amplius 400. die 6. Aprilis
supplicarunt MARGARETHÆ Austriacæ Ca-
roli V. filiz, Belgicarum prouinciarum guber-
natrici, ne Hispanicam inquisitionem inuehi
permitteret, sed libertatem in religione conce-
deret.
AVGVSTVS Elector Saxoniz vsitata ceremonia
accepit Feuda ab imperatore MAXIMILIA-
NO Augustæ, 23. Aprilis.
ECCIVS Salmæ & Neoburgi Comes, Vesprimium
celeritate memorabili 29. Iunii expugnauit, &
Tattam ac Gestes Vngaricæ arces, cæsis præfi-
diariis, mense Iulio à Turcis feliciter recupera-
uit.
Zabaticam, Pelfozium, Gombazzecum, Craina-
hurgam & Gadigen, Vngariæ castella, SVVEN-
DIVS occupauit. Leonclaius.
Antwerpia è templis statua eiecta sunt die 20. Augusti, idq,
utrumq; alius locu factum est.
GYVLA atq; in Transyluaniz finibus munitissima,
sc-

scelerata **LADISLAI** Kerezini Praefecti prodicione **PERTAVO** Bassi Veziri post 2. mensium obsidionem dedita & capta est 2. Septemb. Milites praesidarii perfide & crudeliter trucidati: Kerezinus vero paulò post atrocissimo à Turcis supplicio affectus, poenas prodicionis persolvit.

SOLYMANVS Turc. Imp. **ZIGETVM** die 6. Augusti obsidere coepit: quod licet acerrimè defenderetur à **NICOLAO** Comite Serinio, heroe fortissimo, praesidii praefecto: tandem tamen die 7. Sept. decima quarta oppugnatione expugnatum est, ipso Comite Serinio in ponte arcis cum insigni nobilium Vngarorum, strenuorumq; militum numero à Turcis interempto. Hostes triginta suorum millia desiderarunt. Comiti Serinio caput à Turcis amputatū, missum est ad **Maximilianum II.** Imp. ad cuius patrem **Ferdinandū** ante an. 30. idem Comes Serinensis attulerat ferrico involutū caput **Carzianeri** à se obruncati.

VILHELMVS Hassiae Landgravius matrimonium inuit cum **SABINA**, **Christophori Ducis** **Virtembergici** filia, die 11. Febr.

Nati sunt:

I. **SIGISMUNDVS III.** *Iohannis Regis Suecorum filius, Rex Suaeiae & Polonia, 20. Iunij.*

II. **ISABELLA CLARA EUGENIA**, *Philippi II. Hispaniarum & Indiarum Regni filia, Alberti Archiducis Austriae coniunx, nata die Clara.*

III. **CHRISTIANVS**, *Vilhelmi filius, Dux Brunsvicensis & Luneburg die 18. Nouembri.*

IV. **ABRAHAMVS** *Sculctetus Silesius, Theolog & Senator Ecclési. Archipalatinus, C.S.E. die Barthol. Grunebergae.*

Obierunt,

I. **SOLYMANVS II.** *Turcarum Rex duodecimus & Quartus Imp. Orientis, obiit in castris ad Zigetum in Vngaria, die 4. Septemb. aetat. 76. cū impetasset an. 46. Huic die 23. Septemb. successit*

3536

- filius **S E L I M V S II.** Turcarum Rex decimus tertius, & **Q V I N T V S** Imp. Orientis, ætat. 42.
II. V V O L F G A N O V S, VVoldemar filius, Princeps Anhaltinus, 23. Martii, ætat. 74.
III. S I G I S M V N D V S Archiepiscopus Magdeburgensis & Marchio Brandeb. Halæ Saxonum, 12 Septemb. ætat. 28. Episcopatus sui an 14.
IV. M A T T H I A S Cittardus, Concionator aulicus Maximiliani II. Imp. Vir doctrina & eloquentia præstantissimus, die 19. Octob. Eberus.
V. C A R O L V S Molinæus Parisiens. Franciæ & Germaniæ Iureconsultus clarissimus, mense Decembri, Lutetiæ. Forsterus.
VI. I O A N N E S Agricola Islebius, Theologus, C. S. E. 22. Septemb. ætat. 74. Berolini.
VII. A D A M V S Curzus Freystadiensis, Ioachimi Frater, Pastor Ecclesiæ Vratislaviensis, 27. Octobris, ætat. 40.
VIII. I O A N N E S Funccius, qui de publicis studiis propter supputationes Chronologicas præclarissimè est meritus, cum alius duobus Consultatus Illustris. Alberti Ducis Borussia, March. Brandenburg. Horstio & Schnellio accusatus ab Ordinibus Borussia capite truncatur Regiomonti, die 28 Octob. ætat. 40. Hic ante necem pronunciasse dicitur hoc distichon.
*Disce meo exemplo mandato munere fungi,
 Et fuge ceu pestem τὴν πολυπραγμοσύνην.*
IX. L E O N H A R D V S Fuchius, Medicus & Professor Tubingensis, qui scriptis suis eruditis medicinam illustravit, 10. Maii, intra 7. & 8. horam antemerid. ætat. 65. Tubingæ.
X. A R N O L D V S Burenus, Professor artis Oratoricæ in Academia Rostochiana, 16. Augusti, ætat. 81.
XI. I O A N N E S Draconites Carolostadius, Theologus πολύγλωττος, 18. Aprilis, VViteb.

Purchase full membership to immediately unlock this page

DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'
Full Membership gives
access to 797,885 ancient
and modern, fiction and
non-fiction books.

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



gestum: quod duravit à mense Octobri vsque ad Martium anni sequentis 68.

LUDOVICVS Condans reformatatarum in Gallia Ecclesiarum Dux precipuus, dum Lutetiam Parisiorum obsidet, **ANNAM** Mommorenciam Gallie Conestabilem ex vrbe erumpentem prope Sandionysium cum suis prostrigauit. Ipse Conestabilis senex octogenarius à Stuardo Scoto globo tormentario traiectus occubuit die 2. Nouemb. Vnde exercitus imperium ad **HENRICVM** Valefium Ducem Andegauenfem, Caroli Regis fratrem, delatum est. Commentarius rerum Gallicarum.

GOVRGESIVS Capitaneus ac Nobilis Burdegalensis, iniuriæ atq; ignominie, genti suæ ab Hispanis illatæ, viciscendæ cupiditate impulsus, quartam nauigationem in FLORIDAM instituit.

FERDINANDVS Aluares de Toledo, Dux Albe, Gubernator Belgici à Philippo II. Hispaniæ Rege constitutus, cum exercitu venit in Belgicum.

Nati sunt:

I. **IOANNES GEORGIVS**, Ioachimi Ernesti filius, Princeps Anhaltinus, pius & literatus, die 9. Maii, hora 10. antemerid. Hatzkeroda.

II. **MAVRITIVS**, Valbelmi Principis Aurais filius, Comes Nassonia, gloria militari per orbem teterrum clarus, 14. Nouemb. Dillenberga.

III. **CAROLVS**, Caroli filius, Cardinalis Lotharingie, Episcopus Metensis & electus Argentiniensis, die 1. Iulii, hora 7. matutina, Nancei.

IV. **MAHV METES III.** Amuratus III. Turc. Imp. fil. hoc anno Constantinopoli. Hieronymus Henninges in opere Genealogico. Alii ad an. 64. referunt.

Obierunt:

I. **HENRICVS STVARDVS** Rex Scotia, Iacobi VI. pater, fraude & latrocinio Mariæ Reginae uxoris interfectus.

II. **PHILIPPVS** Hassiæ Landgrauus, Princeps magnanimus, & bellicæ rei peritissimus, 31. Mart. die 2.

die 2. Palchatis, ætat. 63. an. à captivitate vel custodia 20. à liberatione 15 gubernationis suæ circiter 50. à morte Philippi Macedonis, cum quò Philippus Melanchthon illum conferre & comparare, & subinde quoq; in Epistolis suis, ita eum appellare solitus est, 1901.

1567

III. ERNESTVS, Philippi filius, Dux Brunsvicensis & Grubenhagensis, Princeps bellicosus, die 4. Aprilis, ætat. 55.

IV. FRANCISCVS Robortellus Vrinenfis, Rhetor & Historicus insignis, 18. Martii, ætat. 51. Patavii.

V. IOANNES Oldendorpius Hamburgensis, I C. acris iudicii, & in praxi dexteritatis singularis, 3. Iunii, Marpurgi.

VI. IVSTVS Ionas Iuriconsultus capite truncatus Hanoiz, 28. Iunii, ætatis 42. Ante mortem fertur recitasse hoc versiculos:

*Quid iuuat innumeros scire atque euoluere casus,
Si facienda fugis, si fugienda facis?*

VII. MICHAEL Sufelius Eslingensis, cuius exactissimi libri Archimetrici extant, postquam in diuersis Saxoniz & Borussia locis Ecclesias docuisset, die 19. Aprilis, ætatis 18. Ihenæ in Thuringia.

VIII. IOANNES Morenbergius, Senator Reipub. Vratislauenfis, Ecclesiarum & Scholarum patronus, disciplinz custos, 9. Febr. ætat. 65.

5538

GALLI Duce Billao, VVilhelmo Principi Auraisco militaturi, à Comite Lodronio & Sancio de Aula Hispaniæ prope Dalenum urbem in agro Iuliacensi, die 25. April. profligati sunt. Chron. Belg. Eman Metera.

1568

LVDOVICVS Comes Nassouius, Austriaci frater, Hispanorum copias in Frisia inter Heilgerlæum & VVinshotum, prope Groningam prælio deficit, exso ipsorum Duce IOANNE Comite Arenbergio, Frisiz Gu-

bernatore, in quo ADOLPHVS Comes Nassouus fortiter pro defensione fratris sui VVilhelmi Principis Atracii pugnant occubuit, 23 Maii. Chron. Belg.

Hoc ipso anno, die 16. Februar PHILIPPVS VVILHELMVS Princeps Atracius, VVilhelmi filius, ex Academia Louanienſi per Ferdinandum Ducem Albanum abductus, & in Hispaniam miſſus eſt, anno ætatis ſuæ 15.

FERDINANDI Ducis Albanii mādato GYSEEBRTVS & THEODORVS Barones Battenburgi fratres, vnā cum 16. Nobilibus, cōiurationis nomine damnati, die 1. Iunii, LAMORALVS verò Comes EGMONDANVS Flādræ & Artesia Gubernator, victorū aliquot de Gallo partu celebris, æt. 46. & PHILIPPVS Mommorencius Comes HORNANVS, Belgici maris Præfectus, æt. 50. Ordinum Conſiliarius, & Equitis aurei velleris. die 5. Iunii, Bruxellis capite truncati ſunt

LVDOVICVS Comes Nassouus, parva de Comite Arenbergio victoria, Groningam obſedit. Verū cum Ducem Albanum valido cum exercitu aduentare intelligeret: obſidionē ſine mora ſoluens prope Embolam ſe recepit: vbi militibus emerita ſtipēdia depoſcentibus, & pugnam ignauo metu derectantibus, ab Albanii copiis ad Gémingam, die 21 Iulii peditatus ipſius caſus: ipſe verò Nassouus cum iuſto Comite Schauenburgico, & maxima equitatus parte elapſus eſt. Chron. Belg

MAXIMILIANVS II Imp. Nobilitati Auſtriacæ doctrinā Confeſſionis Auguſtanæ conceſſit, 18 Iun. *illoquium ALDENBURGENSE inter Theologos Miſnicos & Thuringicos inchoatur 21. Octob. finitur 9. Martis, an. ſuq. Vide acta edita* *Disputatum eſt de iuſtificatione, & FLACIVS conſentit peccatum eſſe ſubſtantiam, & non accideri. Hoc certamine moto demū Flacium ſacceſcere, & fratribus ſuis ſordere cepit, ac idē paſſus eſt à ſuis.*
quod

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



- 5538 **VII. IOANNES** Schneidennius Stolbergenſis, 1568
Iuriſconſultus, vir optimus & doctiſſimus, C. S.
E. 4. Decembris, ætat. 51. apoplexia extinctus,
Zerueſtz.
- VIII. GUILIELMVS** Gratarolus Bergomenſis
Italus, Medicus inſignis, cuius plurima, eaq; eru-
dita extant ſcripta, die 16. April, ætat. 52. Ba-
ſileæ.
- IX. IOHANNES** Auſfaber Vratiſlauenſis, Theo-
logus & Paſtor Eccleſiæ Vratiſlauenſis ad D. E-
liſabetham, religionis ſtudio & totius Philoſo-
phæ, imprimis verò Matheſeos ac linguarum
præcipuarum cognitione clarus, 19. Octob. æt. 51.
m. 7. d. 17. Vratiſlauræ.
- X. IOANNES** Oporinus, celebris, doctus & ele-
gans Typographus Baſilienſis, die 6. Iulii, æt. 60.
- XI. ONFRIVS** Panuſius Veronenſis, Eremita
Auguſtinianus, antiquitatis indagator ſolertiſſi-
mus, C. S. E. Panormi in Sicilia, 18. Kal. April. ætat.
39 inchoato.
- 5539 *Tertium bellum GALLICVM (quod biennium duravit) 1569*
ob religionem geſtum. in quo LVDOVICVS BOR-
BONIVS, Princeps Condeus, heros fortiſſimus, patria-
que propugnator acerrimus, ad Irnacum (prope Engoliſ-
ſam) fortiter pugnavit, & vulnerato equo concidens,
primùm à nobili Saniano captus, deinde contra fidem
datam à Montesquio, Henrici Valſii Ducis Andegaven-
ſis excubitorum Præfecto, Sclopeti glanſe traiectus, occu-
buit 13. Martii, circa æquinoctium vernum: relicto poſt ſe
quatuor filiis, Henrico Borb. Principe Condeo, Franciſco
Borb. Principe Contiaco, CAROLO Principe Condeo, &
Carolo Sueſſonum Comite. Commentariorum Gallicarum.
- SELYMVS** Turcarum Imp. expeditionem aduct-
ſus **TATAROS ASTRACANENſES**, Magno
Melcouiæ Duci ſubiectos, luſcepit menſe Mar-
tio, & cum magno Turcarum exercitu, plurima-
rum nauium claſſem terra mariq; emiſit: qui ad-

infectis sibi TATARIS Præcopensibus, longo & periculoso itinere 5. Septembris sub ASTRACANVM Urbem peruenit: quam cum ad diem 15. infeliciter oppugnassent, multis suorum milibus amissis, & classe in Tanai fluuio, ad mortem Perewloka dissipata & fugata, hostis quoq, imminentis metu, fame ac peste, ad extremas angustias redacti, die 21. Septemb. ingenti cum dedecore & damno cedere, & obsidionem soluere coacti sunt. Alexander Gaguinus. Chron. Moscouiz.

Die 3. Octob. commissa est memorabilis pugna CASPARIS Coligni, Gallie Amiralis, cum HENRICO Valeſio Duce Andegauensi, Gallici exercitus Imperatore ad Montconturum. Ex reſormatorum tam Gallorum quam Germanorum numero caſi quinq, milia peditum & centum equites: Ex Pontificiorum verò parte plurimi equitum & nobiliorum quidem, inter quos PHILIBERTVS Marchio Badensis, Rhingrauis & Claremontis Comites, & aliquot Equites ordinis deſiderati ſunt. Comment. rerum Gallicarum.

MAVRITANI in regno GRANATA, qui iugum Hispanicum excutere conabantur, à magno Castiliæ Commendatore, & IOANNE Principe Austriaco deuicti & superati sunt.

FRIDERICVS III. Elector Palatinus Rheni nuptias secundas celebravit cum illustri Domina Amelia, Comitissa Morſensi & Nucaria, Henrici Baronis Bredersis vidua, die 25. Aprilis.

HENRICVS Dux Brunſuicensis & Lunenburgensis in Tannenberg, conjugem duxit VRSVLAM, Francisci Senioris, Ducis Saxoniae Leoburgensis, filiam.

Obierunt:

I. **VVOLF GANGVS** Comes Palatinus Rheni, cum ingentē equitū duxisset in Galliam, febrī pestilētiā correptus, die 11. Iunii, Neſſuni in Gallia, æt. 42. m. 8. d. 16. relictis ex Anna Principe Hassiaca quinq, filiis

- 5539 **636.** filii, Philippo Ludouico, Iohanne, Ottone Hen- **1569**
rico, Friderico & Carolo, Comitibus Palatinis
Rheni.
- II. **PAVLVS** Eberus Kittingensis, Ecclesie VVi-
tobergensis Pastor, C.S.E. 10. Decemb. æt. 59.
- III. **VICTORINVS** Singelius, vir in docendo felix,
& dexteritatis ac perspicuitatis Melanchthonia-
næ solers imitator, C.S.E. 25. Iunij, æt. 45. Heidel-
berge.
- IV. **CÆLIVS SECVNDVS** Curio, Italus, Philo-
sophus doctissimus, C.S.E. 24. Nouemb. ætat. 67.
Basileæ: cum ibidem Philosophiæ & eloquentiæ
studia propemodum an. 23. professus esset.
- V. **DANIEL** Barbarus. Nobilis Venetus, Vitruuii
illustrator, Eidib. April. æt. 40.
- VI. **IOANNES** Lonicerus Orteranus, Philologus,
Marpurgi, æt. 70. 13. Kal. Octobr.
- VII. **ANDREAS** Iocicus Grunebergensis Sile-
sius, vir doctissimus, & Ethicæ in Academia Ar-
gentinensi Professor, dum in patriam rediret,
colicis doloribus extinctus, in pago Langēbrug-
tribus Heidelbergæ miliaribus distante, die 13.
Augusti.
- VIII. **THEOBALDVS** Thammerus Argentora-
rensis, Apostata, Friburgi Brisgoiæ, 23. Maii.
- 5540 **MAXIMILIANVS II.** Imp. Comitibus **SPIRÆ** mense **1570**
Iunio celebrauit: de quibus consule alias.
- Nouæ pacis conditiones iuræ & publicatæ sunt in
GALLIA, mense Augusto, quæ post biennium,
interueniente connubio Regis Nauarræ cum
Margaretha Regis sorore, in perpetuam firmam-
que pacem transituræ credebantur.
- NICOSIA**, Cypri metropolis, à Turcis, Duce **MV**
STAPHA Bassa, acerrimè 7. hebdomadarum 10-
ternallo oppugnata, tandem die 10. Septemb. in
in hostium potestatem redacta & miserè direpta
fuit, cæsis præsidariis, extincta nobilitate, reli-
quis

Purchase full membership to immediately unlock this page

DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'
Full Membership gives
access to 797,885 ancient
and modern, fiction and
non-fiction books.

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



1540 Nati sunt:

I. **CHRISTOPHORVS**, Ducis Ottonis in Harburg filius,
Dux Brunsvicensis & Lunenburgensis, die 21. Augusti.

II. **IOANNES**, Ioh. VVilhelmi filius, Dux Saxoniae, 22.
Maii.

Obierunt:

I. **IOANNES** Waiuoda Transylvanicae, die 14.
Martii, æt. 30. in Vngaria: cui successit **STEPHANVS**
Bathoreus, electus à Transylvanicis Palatinus
Transylvanicae.

II. **FRIDERICVS** III. Dux Lignicensis, Princeps
eloquens, & varia linguarum cognitione præ-
stans, 15. Decemb. æt. 51. Lignici.

III. **BERNHARDVS**, Iohannis filius, Princeps An-
haltinus, 1. Martii, æt. 30.

IV. **GEORGIVS** Thurius Vngarus, vir magnani-
mus & incomparabilis nationis suae bellator, in-
sidis Turcicis prope Canisiam, cui præerat, cir-
cumuentus, fortissime pro patria dimicando ca-
sus occubuit. Matth. Scanzus in vita Stephani
Szegedini.

V. **HIERONYMVS** Tornicellus I.C. maximus, quæ
ad intimam iuris utriusq; sapientiam enuclean-
dam, ac totius sanctitatis & iustitiæ exemplum
natum pepererat, die 25. Sept. ætat. 70. Ticini.
Schraderus.

VI. **IOHANNES** Brentius Theologus, & Ducum
Wirtembergicorum Consiliarius, cuius plurima
scripta Theologica extant, ex fluxu (vt putatur)
epatico, die 11. Septembr. æt. 71. m. 2. d. 3. ministerii
anno 50. Sturgardiae.

VII. **VITVS** Ortel Winshemius, Medicinæ Do-
ctor, & Linguae Graecae Professor in Academia
Witebergensi, ætat. 69. 3. Ianuarii, anno 10. post
Melancthonem.

1541 **MOSCOVIAM**, regiam Moscorum Urbem, **TARTARI** 1571
Præopenjes cum arte exusserunt mense Maio, ipso die
Ascen-

5541

1571

Ascensionis Christi, ubi ingens populi multitudo flammis fumoq, suffocata, mancipia & spolia plurima à Tataris abducta, & tota vicina regio longè lateq, ferro & igne devastata est. Alex. Gaguinus. Chron. Moscon.

FAMAGUSTA, olim Salamis dicta, Cypri urbs nobilissima, anno precedenti mense Augusto obsideri coepit, cum per annum integrum obseffa, fortiter vim hostilem sustinisset, tandem in extrema rerum omnium penuria Turcu certis conditionibus deditionem fecit, die 5. Augusti. **MARCVS ANTONIVS BRAGADINVS** Urbis Praefectus, iussu Mustapha Bassa, per summum scelus violata fide viam exortatus, reliqui verò deditici omnes crudelissime trucidati sunt. Turcarum durante obsidione vltra 80000. caesi perire. Leonclau.

Eodem anno, percusso inter **PIVM V.** Pontificem Rom. **PHILIPPVM II.** Regem Hispaniarum, & **SENATVM VENETVM** foedere, classis instructissima (cuius Dux supremus **IOANNES AUSTRIACVS**, Caroli V. filius, Regis Hispaniae frater, designatus fuerat) contra Turcas emissa est: quae praelio ad sinum Corinthiacum (qui hodie Golpho de Lepanto dicitur) die 7. Octobris commisso, classem Turcicam feliciter profligavit, & victoriam multis seculis inauditam obtinuit. Turcarum caesi ad 25000. capti 4000. Christianorum captiuorum liberati 14000. Inter praecipuos **ALIS** Bassa caesus occubuit. **PERTAVVS** verò Bassa nauigio fugiens ad terram euasit: & praeterea classis hostilis vniuersa cum tormentis aliisque spoliis amplissimis in Christianorum potestatem peruenit: triginta tantum circiter triremibus & nauibus exceptis, quibus **VLVZALIS** mari aufugit, Leonclau. Sansou. & alii. Est annus à belli Peloponnesiaci principio 2000. à Monarchia Alexandri Magni 1900. à victoria Aetolica, & Monar-

Monarchia Augusti 1600. ab excidio Hierosolymorum sub Tito 1500.

I O A C H I M V S E R N E S T V S, Princeps Anhaltinus, nuptias secundas celebravit cum **E L E O N O R A**, Christoph. Ducis Wirtemberg. filia, die 8. Ianuarii, Sturgardie.

C A R O L V S Archidux Austriae coniugem duxit Mariam, Alberti Bavarie Ducis filiam, nuptus Viennæ mense Septembri celebratis.

Nati sunt:

I. **B E R N H A R D V S**, Ioachimi Ernesti filius, Princeps Anhaltinus, 25. Septemb. h. i. martina, Dessauie.

II. **I V L I V S E R N E S T V S**, Henrici Ducis Luneburg in Tannenberg filius, Dux Brunf. & Luneburg. 10. Martii.

Obierunt:

I. **I O A C H I M V S II.** Elector Brandeb. Princeps sapiens, eloquens & munificus, extinctus subito in arce Cöpnik, 3. Ianuarii, æt. 66. à morte patris 36. Electoratus sui an. 35. hebdomad. 25.

II. **I O H A N N E S** Marchio Brandeb. oculus & consilium Germaniæ dictus, Custrini manè paulò ante horam 6. die 13. Ianuarii, ætat. 58. d. 10. post fratrem: gubernationis ann. 36. Vtrique horum Principum successit **I O H A N N E S G E O R G I V S** Elector Brandenburgensis.

III. **D O R O T H E A** Regina Daniæ, vidua Regis Christiani.

IV. **M E L C H I O R** Kling. Iurisconsultus celebr. C. S. E. 19. Febr. in Salinis Saxonis.

V. **G E O R G I V S** Fabricius Chemnicensis, ingenii monumentis apud exteros quoq, clariss. 13. Iulii, Misnæ, cum vixisset an. 55. m. 2. d. 21. (alii ann. 56. m. 2. d. 19.) Rexit Scholam illustrem Misnæ ann. 20. fidei & felici institutione. Vixit de se ipso.

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



Monarchia Augu^a.

merum sub

I O A C H I M

us, nr

RA, C

lanu

C A R

M

V

N

L

CASPAR COLIGNIVS Castellonius, Gallia A-
mitatus, & multi alii reformatæ religionis viri
nobiles, LYTIAM Parisiorum ad nuptias
HENRICI Borbonii Regis Navarrae, & Mar-
garetae Valensioris Regis Gallia invitati, die
Bartholomaei (14. Augusti) crudelissimè truci-
dantes. Similes lanienæ Tholosæ Rotomagi,
Diepæ Meausiæ, Burgesia, Aurelia & Lugdu-
ni fuerunt, vt intra paucos dies multa hominum
millia singularentur. Estque à Vesperis Siculis an-
no 1572. Hunc annum hæc verba indicant, col-
lecta numerorum literis: LVtetla Mater SVos natos
De 1572. Commentarii rerum Gallicarum.

RVDOLPHVS primogenitus Max. II. Imp. corona-
 tur Rex Vngariae 25. Septemb.

Mense Nouembri conspeximus STELLAM illam NO-
FAM in sidere Cassiopea, de qua multi multa scripse-
rant. Hæc stella cum immota diutius anno constisset,
sub initium anni 74. prorsus evanuit.

FRIDERICVS II. Rex Dania & Noruegia nuptias
 celebrauit cum Sophia, Vlrici Ducis Megapoli-
 tani filia, die 20. Augusti.

Nati sunt:

I. **SIGISMVNDVS BATHOREVS**, Stephanus
 Regis Polonia ex fratre Christophoro nepos, Transylua-
 nia Princeps, in Transyluania circa hunc annum natus
 est ab initio regni Turcici 272. à nato Georgio Castrioto
 Scanderbego Epirotarum Principe, & Turcarum pro-
 pulsatore fortissimo 168.

II. **IOHANNES SIGISMVNDVS**, primogenitus
 Ioachimi Friderici Marchionis Brandeb. & Adminis-
 trat. Magdeb 8 Nouemb. Hala Saxonum.

III. **FRANCISCVS**, Dux Henrici in Tannenbergsi
 lanu,

Imo, Dux Brunsvicensis. & Lunenburg. & Canonicus Argentinenfis, 6. Iunii.

OTHO, Duci Ottonis filius, Dux Brunf. & Lunenburg. die 20. Martii.

Obierunt præterea:

I. PAVS V. Rom. Pontifex, Calend. Martii successit Gregorius XIII.

II. SIGISMUNDVS AVGVSTVS REX Poloniz, filius Sigismundi sine hærede mascolo, 7 Iulii, æt. 52. regni post patrem 25. Kviffinii in Lithuania. Estq; hic annus 608. à principio Christianismi in Polonia.

III. IOHANNES Corafius Iureconsultus & Professor publicus Tholofæ, Confiliarius & Cancellarius Manaræus, cum post nuptias Parisienfes cruentas domum ad officium rediret, vias eundi percepisset, in intimum conclave se abdidit: ubi cum supplici corde ad Deum vota faceret, eique animam suam piè commendaret, foribus effractis repertus, & à sicariis immiffis iucidatus est.

IV. IVLIVS Oradinus IC. præstant, Perufi ac Patavinæ interpretes eximius, multis ad summos Pontifices & Principes legationibus perfunctus; die 6. Augusti, æt. 70. Romæ. Schæder in monument. Ital.

V. AVGVSTINVS Marloratus Lotharingus, Rotomagensis Ecclesiæ Pastor, cuius extant Ecclesiasticæ in Genefin, Psalmos, Esaiam & Novum Testamentum expositiones, strangulatus in Anno Mommorencii Conestab. & Guifii, 30. Octobr. æt. 56. Beza in Iconibus.

VI. STEPHANVS Szegedinus Vngarus, Theologus doctissimus, C. S. E. postquam Euangelium inter varias ærumnas in Vngaria Budæ & Pestini docuiffet, 2. Maii, anno ætat. 67. Kevni in Vngaria.

VII. IONANNES Welfing, Theologus in Ecclesia
& Schola Tigurina celebris, C. S. E. die 17. No-
vembrii, aet. 50. Tiguri.

1572

VIII. IONANNES Grotius, admirabilissimus se-
culi nostri scriptor, & Becclesianus autor, die
28. Iunii, aet. 61. sepultus Tomasti ad Mo-
sam.

IX. AEGIDIUS Tschudy Glarontis, eruditi-
one studioque historico & Geographico, vir profes-
sissimus, die 29. Febr. aet. 47.

X. CHRISTOPHORUS Latus Theologus, C.
S. E. 25. Augusti, Senftenberge, cum vultu aet.
68. & 50.

XI. IONANNES COOPERUS Scotus, Theologus,
die 24. Decemb. aet. 17. cum in Ecclesia E-
dinburghensi in Scotia Evangelium docuisset an-
13.

XII. PAVLVS Ramus, Professor Regius in Aca-
demia Parisiensi, C. S. E. sicaria manu interfe-
ctus Lutetiae in Collegio Praeco, die 26. Augusti,
aet. 57. Nouissima Rami audita. Tibi soli pec-
tore: Iudicia tua veritas & iustitia. Misere me,
& interfectores ignosce nescientibus. quid fa-
ciant. Theophilus Banosius. Qui necem pro-
curavit Ramo Carpentarii filius anno 97. sup-
plicio affectus est, quod reus esset prodicionum
Hispanicarum.

XIII. DIONYSIVS Lambinus Monstroliensis
Gallus, Philosophus & Philologus, sub finem
mensis Augusti, paulò post eadem Rami, Lute-
tiae Parisiorum.

XIV. IONANNES ROSA, Philosophus excellens, &
Professor Acad. Ihenensis, 20. Decembr. aet. aet.
40. Ihenae.

XV. IONANNES Genesius Sepulveda, Salmanti-
ca, C. S. E. aet. 72.

Purchase full membership to immediately unlock this page

DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'
Full Membership gives
access to 797,885 ancient
and modern, fiction and
non-fiction books.

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



*Brunsvicensis & Lunenburgensis, ac Praepositus Argentinen-
sis, 29. April. b. 9. vespertina.*

III. IOHANNES, Othonis filius, Dux Brunsvicensis &
Lunenburg, die 19. Julii.

IV. GEORGIUS FRIDERICVS, Marchio Ba-
denfis, 10. Ian.

Obierunt:

I. HEDEVIGIS, filia Sigismundi I. Regis Poloniae,
Ioachimi II. Electoris Brandenburg. vidua, 7. Febr.
in arce Ruppinenfi, æt. circiter 60.

II. IOHANNES WILHELMVS Dux Saxoniae,
Iohannis Friderici I. filius, æt. 43, die 2. Martii.

III. BARNIMVS Pomeraniae Dux, prope Stettinum
in arce Aderburg. ætat. 72. à morte Philippi Du-
cis Pomeraniae 14. cum dirioni suae præfuisset an.
prope 50. Quidam huc vsq. supputant à guber-
natione Barnimi primi annos 350. quemadmo-
dum etiam ab eiusdem Barnimi prioris initio ad
huius Barnimi principium (anno 1523.) annos
300.

IV. FRIDERICVS à Wirsberg, Episcopus Her-
bipolensis & Dux Franciae, conditor Gymnasii
Herbipolensis, Mense Nouembri. Successit ei in
Episcopatu Iulius Echterus à Mespelbrun, die 1.
Decemb.

V. MICHAEL Hospitalis Cancellarius Regis
Franciae, æt. 70. 3. Eid. Martii.

VI. ANDREAS Masius, vir doctrina & plurima-
rum linguarum cognitione clarissimus, & im-
mortali laude digniss. qui in adornandis Bibliis
Antuerpiensibus, una cum Benedicto Aria
Montano vtilem & præclaram navauit operam,
& in enarratione libri Iosue sui nominis memo-
riam posteritati sempiternam consecrauit: Zene-
neræ, die 7. Aprilis.

VII. IOHANNES Mercerus linguarum Orienta-
lium peritissimus, Viter in partibus.

VIII.

5543 VIII. FRANCISCVS Balduinus IC. celebris, C. S. 1573
E. II. Nouemb. æt 53. Lutetia.

IX. IOHANNES Pseffinger Theologiae Doctor, &
Liplensis Ecclesie Pastor, Calen. Ianuar. ætat 78.
(alii 80.)

X. ABDIAS GODISCALCVS Prætorius, Wi-
tebergæ, 9. Ian. æt. 49.

XI. IOACHIMVS Curæus, Medicus & Philoso-
phus clarissimus, C. S. E. Glogouia, 21. Ian. cum
vixisset an. 40. m. 3.

XII. HIERONYMVS Wellerus, Theologus, C.
S. E. apoplexia extinctus Fribergæ in patria, 20.
Martii, ætat. 74.

XIII. IOHANNES Baptista Cynsius, qui Patavii
vixit, & scriptis aliquot vernacula lingua claruit,
Ferraria, æt. 69.

XIV. FRANCISCVS Fabritius Marcoduranus,
qui Ciceronis vitam descripsit, Dusseldorpi.

5544 HENRICVS Andegauensis Polonie Rex coronatur Cra- 1574
coua Dominica Esto mihi, 21. Febr. Attingit fines Polonie
24. Ianuarii circa meridiem, eodemque die ingressus est
oppidum Meserix Cracouiam venit 18. Febr. Hic cum
mensibus tribus, diebus 26. regnasset, 18. Ianii intempe-
sta nocte, comitatus paucis domesticis Gallis, equorum in-
citatissimo cursu Cracouia euasit in Franciam, vbi Rex
designatus CAROLO fratri mortuo successit.

MIDDELBVRGVM Seelandie Vrbs celeberrima
à VVILHELMO Principe Auraco deditione
capta, die 23. Febr. Chron. Belg.

CHRISTOPHORVS Comes Palatinus Rheni,
Friderici III. Elect. filius, LVDOVICVS
& HENRICVS Comites Nassouii, VVilhel-
mi fratres, nouas auxiliares copias Auraco &
Belgis, qui defecerant, adducentes, id campo
Mouacensi, non procul Neomago à SANCIO
de Auila & MONDRAGONIO Hispano-
rum Ducibus, ex improviso oppressi, & hostium

multitudine superati, fortissimè dimicantes cæsi,
& copias eorundem profligatas sunt, 14. Aprilis.
Christophorus Comes Palat. perit anno gr. 23.
m. 10. d. 1.

LVDOVICVS REQVESENIVS Dux de Casa,
Dux Albanus in Belgica gubernatione successor, **LVG-**
DVNVM Batavis Urbem Harlemovicam, munitionibus circumquæ, crassis, & conuenientibus intrinsecus
tendi facultate adempta, grauissimè obsidione circumdatus: &
ad extremas angustias redactam, fame feruè expugnauit.
Verum **VVILHELMVS** Princeps Austriacus, profectus
Mosa & Isalla fluminum molibus, & agro irrigato,
classe ducentorum nauium per nouum quasi equorom
mè & velis prosperoque vento acta, Hispanos vi torquentium
torum à munitionibus suis expulit, cecidit & fugauit:
atq; ita urbem, aditu patefacto, & conuenientibus intrinsecus
cto. die 3. Octobr. obsidione mirabiliter liberauit. Chron.
Belg

Regnum TVNETANVM in Africa à Turcis, **SINAN-**
NE Bassa Duce, circa mensem Septembrem cap-
tum, & **GOLTA**, cæsis sum Praefecto Petro
Carrera omnibus praesidiarius Hispanis, solo sequata.
& Hispani spacio 36. dierum Africa eiectioni
sunt. Leonclau.

PHILIPPVS LVDOVICVS, **V** Wolfgangi filius,
Comes Palatinus Rheni Neoburgicus, nuptias
celebravit cum **ANNA** Ducissa Iuliacensi, **V** Wilhelmi
filia.

Nati sunt:

I. FRIDERICVS IV. Iudæus, Elector Palatinus filius,
FridERICI III. nepos, Elector Palatinus Rheni, ex Elisabetha,
Philippi Hassæ Landgrauis filia, **V** Wilhelmi senioris,
5. Martii, ipso die FridERICI, Ambergæ superioris Palatinatus metropoli.

II. FRIDERICVS, **V** Wilhelmi filius Dux Brunsvicensis
& Luthebergensis, die 27. Augusti.

III. ADAMVS FFENCESLAVS, **V** Venceslai Adami
filius, Dux Silesie Theobinensis, die 13. Dec. Obiit.

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



IX. GABRIEL Comes Mongomerius, qui Henricum II. Galliarum Regem in ludicro certamine imprudens lethali vulnere læserat, Lutetia in publica platea securi percussus, crimine perduellionis ei afflicto. Hoc insigni exemplo omnes dicant: solo casu, non tantum consilio nocentes effici, quicumque vel imprudentes perniciem Principibus attulerint. Thuanus.

X. CAROLVS Cardinalis Lotharingus, biduo ante Natalem Christi fati concedit, ætat. 49. Lutetia. In summo Catholicorum & Hugonotorum odio obit, non sine suspitione venenæ facis per noctem prælatæ pestifero odore cerebro corrupto. Thuanus.

XI. GEORGIVS Maior Theologiæ Doctor, C. S. E. V. Vitebergæ, 28. Novemb. ætat. 73.

XII. IOACHIMVS Camerarius Papebergensis, de bonis literis præclarissimè meritis, cuius solidam & multiplicem eruditionem scripta eius commendant, 17. April. cum vixisset an. 74. d. s. sepultus Lipsiæ 19. April. quo ante annos 14. infimus amicus eius Philippus Melanchthon discesserat.

XIII. BENEDICTVS Arctius Bernensis, Theologus, scriptis de re Theologica libris methodicis celebratissimus, die 21. Aprilis, Bernæ Helveticorum.

XIV. IOHANNES Garnerus Andegavensis Gallus, Professor Theologicus in Acad. Marpurgensi, obiit 6. Ianuarii.

XV. VLRIEVS Mordisius I C. Mauriti & Augusti Electorum Saxonæ Cancellarius, 6. Iunii, ætat. 55. Dresdæ.

XVI. IOHANNES Guinterius Andernacensis, Medicus clariss. 4. Octobr. Argentina, octogenario maior.

XVII. CYPRIANVS Leonicus, Ottonis Henrici

5544

Com. Palat. ad Rhenum Mathematicus nulli
superiorum secundus, C. S. E. die Urbani, La-
uingæ.

1574

XVIII. MARTINVS Heluigijs Niffenus, qui
per annos complures magna cum eruditionis,
fidei & dexteritatis laude in Schola Vratisla-
uensi pubem literariam docuit, 26. Ianuar. ætat.
38 Vratislaue.

XIX. PAVLVS Manutius Romæ, quo ante aliquot
an. Venetijs erat euocatus, vt factorum librorum
editioni præficeret, attenuato assiduis studijs cor-
pore, cum diu præ macie in lecto decubisset 8.
idus April. ad Mineruæ sepultus.

XX. HIERONYMVS Amaltheus, Italus Philo-
sophus, Medicus & Poeta, 13. Kal. Octob. ætat. 67.

XXI. IOHANNES Baptista Amaltheus, Hierony-
mi frater, Secretarius Cardinalium Tridentinæ
Synodi, ætat. 47. Romæ.

XXII. ENIMVNDVS Benefidius, Cuiacii præ-
ceptor, ætat. 38. Genevæ.

XXIII. GEORGIUS Vasarius, pictor & archite-
ctus Cosmæ Duce Florentinæ excellens, anno cli-
matico.

XXIV. IOACHIMVS VVESTPHALVS Theo-
logus Hamburg. 17. Ian.

5545

LVGDVNI Batavorum sub initio anni huius ACA-
DEMIA Ordinum Batavia munificentia & sumptu
aperta & privilegio ornata est: quam primò quidam
Viri clarissimi HVG. Dorellus IC. & IVSTVS
Lipfius Philologus, postea magnus ille IOSEPHVS
Scaliger Historicus, & FRANCISCVS Iunius
Theologus, scriptis suis clarum reddiderunt. Chron.
Belg.

1575

Schola ALTORFIANA à Senatu NORIMBER-
GENS, aperta est 29. Iunii, primo Rectore Va-
lerio Erythraeo, qui paulò post obiit.

HUN-

HENRICVS Tertius Turens regulus, postea Bullionii Dux, ad Protestantium partes deficit. Thuanus.

REDOLFVS Archidux Austriae coronatur Rex BOHEMIAE, 22. Septemb. Praga in summo templo. Idem consentientibus totius Principum eligitur in Regem ROMANVM 27. Octob. & coronatur 1. Nouemb. Ratisbona, aetatis annis 24.

HENRICVS Valentinus Remis solenni pompa in Regem GALLIAE coronatur & vngitur, 15. Februarii: & paulò post die 3. Martii matrimonio sibi iungit CLAVDIAM Ludovicam, Nicolai Comitis Vademonii Lotharingi Filiam.

VVILHELMVS Princeps Aulicus tertiam uxorem ducit CAROLAM Borbonicam, Ludovici Ducis Montpenseri ex regio sanguine oriundi filiam, Bridis nuptiis celebratis, die 12. Iunii.

Nati sunt.

I. IOANNES AVGVSTVS, Georgii Iohannis filius, Comes Palatinus Rhodi Palatinus, 25. Novemb.

II. IOHANNES ADOLPHVS, Adolphi filius, Dux Holsatiae, Archiepiscopus Bremensis & Lubecensis, circa finem mensis Februarii.

III. AVGVSTVS, Ioachimi Ernesti filius, Princeps Anhaltinus, plus & iteratus, 14. Iulii.

Obierunt.

I. SABINA, filia Georgii Marchionis Brandenb. coniunx Iohannis Georgii Electoris Brandenb. 2. Nouembr. h. 12. meridiana, Coloniae ad Suenum.

II. CAROLVS FRIDERICVS, VVilhelmi filius, Iuliae & Cluiae Dux, 23. Februarii, aetatis 20. Romae.

III. HENRICVS Roanus Leonii in Armorica Princeps, in Belinacae, mense Iunio, archiepiscopus.

IV.

Purchase full membership to immediately unlock this page

DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'
Full Membership gives
access to 797,885 ancient
and modern, fiction and
non-fiction books.

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



1575

milia Urbini in Umbria natus, Mathematicus,
 ætat. 66.

1575

XV. HADRIANVS Iunius Hornanus, Medici-
 nae, linguae vtriusque, & antiquitatis cognitione
 clarus, Mildeburgi in Matricis, 16. Kalend.
 Quintil.

XVI. GUILIELMVS Canterus Ultraiectinus,
 C.S.E. anno ætat. 33. nondum expleto, 5. Kalend.
 Iunias.

1576

STEPHANVS Barborum Transylvaniae Palatinus,
 Cracouia coronatur Rex POLONIAE, Calend. May.

1576

MOSCOVITICA Legatio audita, est ab Imp. Ma-
 ximil. II. circa 18. Iulii, Ratisbonæ.

RVDOLPHI II. IMPERIVM.

Academia IVLIA Helmenstadii. 15. Octob. (qui
 natalis fuit Rectoris primi Ducis Henrici Iulii)
 introducta est.

ANTVERPIA capta & direpta ab Hispanis, 4.
 Nouemb.

Nati sunt:

I. RVDOLPHVS, Ioachimi Ernesti fil. Princeps An-
 halicus, 28. Octob. h. 8. pomerid. Hatzheroda.

II. AVGVSTVS, Francisci filius, Dux Saxoniae Lueber-
 gensis, die 17. Febr.

Obierunt:

I. MAXIMILIANVS II. Imp. postremum suum
 conuentum celebrauit Ratisbonæ, in quo inter
 præclaros conatus piè & beatè obiit (die Maxi-
 miliani, vt quidam obseruauerunt) 12. Octob. quo
 RVDOLPHO I. ante annos 496. dextra præcisa
 fuerat: circa decimam antemeridianam, anno æ-
 tat. 49. mense 2. d. 12. cum præsentè filio RVD-
 OLPHO decreta conuentus in Palatio Sena-
 torio publicarentur, & nomina Principum, qui
 Subscriperant, recitarentur. Reliquit MAXI-
 MIL. sua sapientia, pietatis & virtutis memo-
 riam honestam, & optimo Imperatore dignissi-
 mam,

man, qua de re legant Studiosi D. IOHANNIS Cratonis Archiatri Cæsarei Orationem, laudes Maximiliani sapienter & doctè recitantè: in qua oratione multum est canæ scientiæ, arcane sapientiæ, senilis prudentiæ, & eruditæ eloquentiæ: adeo ut oratio recitans laudes Imperatoris, nō taceat laudes Oratoris. Hac quoq, parte post mortem felix fuit Imperator: quod Cratonem, in quo multū esset senilis sapientiæ & canæ scientiæ, consecutus est Encomiasten.

II. TECHMAS Magnus Rex Persarū, postquā an. 50. regnasset, & cū Imperatorib. stirpis Ottomanicæ, magna bella, sed dissimili eventu, gessisset, obiit (ut refert Iohannes Thomas Minadous) 11. Maii, relictis aliquot filius. Alii ad an. præcedētē 75. referūt. Hūc paulò post secuti sūt duo filii, HAIDAR Mirises tertio genit⁹, & ISMAEL maior secundogenitus: quorū ille à Sultanis quibusdā siue Procerib. regni, qui eum oderant, regni die 15. hic verò sexto regni mense, nempe die 24. Nouemb. veneno sororis PERIÆ CONCONÆ opera propinato sublatus perit. Huic MAHYMEZES Hoda-bēdes, Techmasis filius primogenitus, successit.

III. FRIDERICVS III Palat. Rheni Elector, Princeps pi⁹, sapiens & pacificus, 26 Octob. æt. 62. Cui successit filius LVDOVICVS Elector Palatin. Rheni.

IV. IOHANNES ALBERTVS, Dux Megapolitanus, die 12. Febr. ætat. 49.

V. LVDOVICVS REQYSENIVS Dux de Cæsa, Magnus Castellæ Commendator, & Belgici gubernator &c. die 5. Martii, Bruxellis. Huic successit IOHANNES Austriacus, Caroli V. Imp. filius ex Hispania à Philippo fratre cum imperio in Belgicum missus.

VI. GEORGIVS à Czedlix de Schonau, Eques Silesius, Georgii Rudolphi pater, cum exiguo vix spatio maximam partem orbis peragrass⁹,

grasset, die 4. Febr. aet. 31. Glogotiae Silesio-
rum.

VII. IOACHIMVS Hopperus Frisus, I. C. excel-
lens, C. S. E. die 15. Decemb. Madrid in Hispania.
Forsterus.

VIII. IOSIAS Simlerus, Theologus Tigari-
nus, C. S. E. 2. Iulii, aet. 49. Titulus habet an. 45.

IX. GVILIELMVS Nylander August. Philolo-
gus doctus Strabonis, Cedreni, Plutarchi, Dionis
aliorumq; autorum versionibus celeberrimus,
die 10. Febr. aet. 46. Hedilbergae.

X. HENRICVS Salmuth, cognomento Beringer,
Theologus & Pastor Ecclesiae Lipsensis, 20. Maii
aet. 55. incoato.

XI. GEORGIVS IOACHIMVS Rheticus, Ma-
thematicus & Medicus celebris, catarrho suf-
focatur Cassoviae, 4. Decembr. aet. 60. m. 9.
die 16.

XII. IACOBVS Thomingius I. C. Collegii Iuridi-
ci in Acad. Lipsensi quondam Praeses Ordina-
rius, & praecipuum eiusdem ornamentum, cuius
eruditae extant decisiones, die 15. August. Lipsiae.

XIII. CONRADVS Heresbachius I. C. rei rusti-
cae Scriptor Eidib. Octob. aet. 67.

XIV. HIERONYMVS Cardanus Mediolanen-
sis, Astrologus, anno aetatis 75. quo praedixerat an.
& die, videlicet 9. Kal. Octob. defectu, ob id, ne
falleret, mortem suam inedia accelerasse credi-
tus: Romae mortuus, Mediolani sepultus.

XV. SIMON Mastus Theologus, 11. Iulii, Man-
feldis.

XVI. IOANNES Stöffelius Theologus Misai-
cus, confictatus prius horribilib. tentationibus,
eo quod contra conscientiam Torgensibus ar-
ticulari subscripsisset, us superatus beatè mortuus
est, die 26. Martii.

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



Homines eius loci ab omni civili cultu alieni, crudas ferarum & piscium carnibus vescuntur: vestiuntur pellibus ferarum venatione captarum: herbas etiam crudas bestiarum in morem deuorant. Tentoria eorum pellibus balenarum teguntur. perpetua propemodum ibi hiues & frigus asperissimum. Canibus, qui lupos nostros specie referunt, sub iugum missi, vtuntur ad res necessarias super glaciem aduehendas. Arma illis sunt, arcus, sagitta & funda. Valde delectantur rebus splendidibus & timentibus. Qualem religionem colant, quam Dei cognitionem habeant, ignoratur. Nulla ibi ligna. cerus multi, & sicut regio sterilis est ita homines stupidi, tardi, & sine omni ingenio. Terram non colunt, contenti rebus quas sponte producit Venatione viuunt. potus illis est sanguis ferarum calidus, aut aqua glacies. Nullus hic fluuius, nulla scaturigines quod violentia frigoris terram ita concludat, vt aquarum scaturigo erumpere nequeat. Nauigantibus perueniendum est isthuc non solum per ventorum asperissimos ac impetuosos turbines, & fremitus maris terrificos, sed etiam per Insulas plurimas, & montes glacie concretos, planeque horrendos visu.

IOHANNES GEORGIVS Elector Brandenburg. matrimonio sibi iunxit terram VxoREM **ELISABETHAM**, Ioachimi Ernesti Principis Anhaltini filiam, 16. Octob.

IOHANNES FRIDERICVS, Philippi filius, Dux Pomeraniae, nuptias celebrauit cum **ERDMUDE**, filia Iohann Georgii Elect. Brandenburg. 17. Februar.

IOACHIMVS FRIDERICVS, Dux Lignicensis & Bregensis, coniugem duxit **ANNAM MARIAM**, filiam Ioachimi Ernesti Principis Anhaltini, 19. Maii, Bregæ.

ERNESTVS LVDOVICVS, Dux Pomeraniae, nuptias

nuptias celebrauit cū SOPHIA HEDVVIGI, ^{1577.}
 filiā Iulii Ducis Brunsvicensis, V Volgasti, 20. O-
 ctobris

Nati sunt:

- I. CHRISTIANVS IV Danie Rex modernus, Fride-
 ricus II. filius, die 12. Aprilis, hora 4. post meridiem, Fri-
 drichsburgi.
- II. IOHANNES GEORGIVS, filius Ioachimi Fri-
 derici Marchionis Brandeb. & Administratoris Magd.
 26. Decemb. circa 9. vespertinam. R Reineccius.
- III. MAGNVS, V Vilhelmi filius, Dux Brunsvicensis &
 Luneburg. die 30. Augusti.

Obierunt:

- I. CAROLVS Marchio Badenſis, 23. Martii, ætat.
 48.
- II. SEBASTIANVS, Schertlinus, Eques auratus
 Germanus, multis militiæ laboribus exantlatis
 dux clarissimus, Imperatoris Caroli V. partes,
 post bello Germanico Principum, & deinde
 Henrici II. Regis Galliæ secutus, tandem Cæ-
 sari reconciliatus, quietè & in honore viuens,
 die 18. Nouemb. ætat. 82. Augustæ Vindelico-
 rum.
- III. FRANCISCVS Folius Vigeanus Pictorum
 regulus, Rupellæ.
- IV. NICOLAVS Lotharingus Valdemontius 10.
 Kal. Febr.
- V. B. Montucius militari gloria insignis, in agro
 Aginnensi.
- VI. VIGLIVS Zuichemus Frisius, I C. præstantis-
 simus. C. S. E. die 8. Maii, ætat. 70. Bruxellis in
 Brabantia, Forsterus
- VII. DIDACVS Couarruias Tolertanus I C. E-
 piscopus Segouiensis. Mantuzæ Carpentorum, 5.
 Kal. Octob ætat. 65.

VIII. ANTONIVS Contiſ Gallus, nouariſ

5547 **ciuilis & Pontifici editione clarus, Biturigib. 17 1577**
Kal. Octob. ætatis 60.

IX. PETRVS Danesius Parisiensis, Vir doctissimus, sed qui nihil ferè scripsit, octogenario maior.

X. IOHANNES Gorreus Parisiensis, Nicandri interpretres, ætat. 72.

XI. REMIGIVS Bellaqua, Medicus & Poeta per Galliam celebris, ætatis 50. Non. Mart. Lutetia.

XII. HANNIBAL Cruceius Mediolanensis, Achillis Tati interpretres, Mediolani.

XIII. PETRVS Nonius Lusitanus, Medicus, Arithmeticus, Opticus, ætat. 80.

XIV. IOHANNES Barrosius Olissibonensis, Indicae historiae Scriptor, Olissibona, ætat. 70.

XV. LVDOVICVS ANDREAS Resendus Lusitanus, Poeta, Orator, & Theologus.

XVI. ADAMVS Bodenstenius, Philippi Theophrasti Paracelsi vt primus sic fidus interpretres, haud paulò magistro annosior, ætatis hebdomade septima, Basilea 31. Martii.

XVII. ABRAHAMVS Vlricus, Ecclesiae Seruetae Pastor, peste extinctus Seruetae, 6 Octob.

XVIII. BENEDICTVS Thalmannus Francus, Theologus, C. S. E. in exilio, Heidelbergæ.

5548 **IOHANNES** Austriacus Ordinum Belgici copias ad 1578
*Niuellam profligauit, 30. Ianuar. & cursum victoriae
urgens, paulò post Louanium, Arschotum, Sichenam,
Diestum, Tienam, Niuellam, & Philippi villam, aliaq;
Barbantia oppida & arces occupauit, & potestati Regis
Hispaniarum subiecit.*

AMSTERODAMVM nobilissimum Hollandiae
emporium, importatione com meatuum terra
marique prohibita, **VVILHELMO** Principi
Auraco facta transactione die 8. Febr. sese dedi-
dit, & vires suas cum alijs Belgis ad communem
patria

Purchase full membership to immediately unlock this page

DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'
Full Membership gives
access to 797,885 ancient
and modern, fiction and
non-fiction books.

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



ganum Felanum **MULRIVS HAMITVS** Ab-
delmeleci frater obtinuit: qui pugna potata in
castris Rex declaratus & electus.

MVSTAPHAS Bassa Budensis mandato Imp. Turc.
strangulatur 27. Septem. Eodem **BASSA** quo-
que Alexandrinus interemptus est.

HENRICVS IVLIVS Dux Brunsvicensis gubernationi E-
piscopatus **HALBERSTATENSIS** inauguratur, 8. Decē.

OSMANES Bassa **TEMIRGARPIM**, id est, por-
tam ferream, siue **DERBENTVM**, arcem ad ma-
re Caspium Moscoviam versus munitissimam,
SCHEMHALI Principe istius loci socero suo
interfecto, circa hiemem occupavit, & Turca-
rum potestati subiectam in Begleitbegatus for-
mam redegit. *Leonardus. in Annal. Turc.*

IOHANNES POTCOVA Valachus, ductor Co-
saccorum, Vir magnanimus, & admirabili cor-
poris robore praeditus, propterea quod specie
quadam militiae libertate & domicilio regni Polo-
niae abusus fuerat, pacemq, publicam perturbabat,
iussu **STEPHANI** Regis Poloniae praesente ac in-
spectante **Zausio** Turcico, capite truncatur, Leo-
poli in Russia. *Reinbold. Heydenstein. in lib. de bello Mo-
scovico.*

Nati sunt:

I. **PHILIPPVS** Infans Hispania, Philippi II. Regis Hi-
spaniarum filius, die 27. Aprilis.

II. **FERDINANDVS**, Caroli filius, Archidux Austria,
die 9 Iulii, mane circiter horam tertiam.

III. **VLRICVS** haeres Noruegia, Frederici II. Danica Regis
filius, Dux Slesuic & Holsatia. 30. Decemb.

IV. **IVLIVS AVGVSTVS**, Iulii filius, Dux Brunsvic. &
Luneburg die 9. Febr. h. 10 post meridiem.

V. **IOHANNES ERNESTVS**, Loach. Ernesti filius,
Princeps Anhaltinus, 1. Maii, h. 2. ante merid.

VI. **VOLGANGVS VILHELMVS**, Philippi
Ladonici

5548

filius, Comes Palatinus Rheni, die 26. Octobr. Neoburgi ad Danubium. 1578

VII. FRIDERICVS, Othonis filius, Dux Brunsvicensis & Luneburg. die 6. Septemb.

Obierunt:

I. FERDINANDVS, Philippi II. Regis Hispaniarum filius.

II. VVENCESLAVS Austriacus, Rodolphi Cæsaris frater, ætat 17 in Hispania.

III. SEBASTIANVS Venerius Veneticus Dux, victoria ad Echinadas parva illustris, octogenario maior.

IV. VVENCESLAVS ADAMVS Dux Silesiæ Teschinensis, 4. Nouemb ætat. 55

V. ELISABETHA, Marchionis Georgii Frederici in Onolsbach cõiunx, Iohannis Marchionis Brandeb filia, in Poloniæ propè Vuarlouiam, 8. Mart. sepulta Regiomonti 23. Martii.

VI. IOHANNES Austriacus, Caroli V. filius, Princeps bellicosus, & insigni illa ac memorabili victoria prælio nauali in Ægeo mari ad Echinadas de Turcis parva nobilitatus, peste extinctus in expeditione contra Ordines Belgici 2. Octob. hora 2. post meridiem, ætat. 32. in castris propè Namurcum.

VII CHRISTOPHORVS Madrutijs Portuësis Episcopus, ætat. 66. Romæ sepultus.

VIII CHRISTOPHORVS à Carleuitz, Eques auratus, sapientia, eruditione & dignitate clarissimus, verèq, Germanicæ nobilitatis ornamentum, die 8. Ianuarii, ætat. 71.

IX. LAURENTIUS Surius Lubecensis, professione Carthusianus, C.S.E. Coloniz in cella sua exspirauit, 10 Kal. Iunias.

X. GERARDVS Falenburgius Nouiomago in Siscambrijs natus, Nonni Panopolitæ illustrator, Steinfurti 8. eid. Septemb. ætat. 40.

5548 XI. ANTONIVS Mizaldus Boius, C.S.E. Lutetie, 1578

XII. PETRVS Leseotus Mathematicus Gallus, menle octobri, anno climacterico.

XIII. ALEXANDER Picolominus, C.S.E. 4. cidus Mart. ætat. 70.

XIV. CORNELIVS VALERIVS celebris professi Louanii,

5549 TRAIECTVM ad Mosam (vulgè Maëtrich) ab ALEXANDRO Farnesio, Octauo filio, Principe Parmensi, Iohanne Austriaci in Belgico successore expugnatum, & ab Hispania magna & miseranda hominum omnis sexum & ætatis strage edita, occupatur 29. Iunii. Chron. Belg.

POLOTIA à STEPHANO Bathoreo Rege Poloniae die 11. Aug. obsidione cincta, decimo nono die post, hoc est, 30. August. hoste se fortissimè defendente, capitur, & regno Poloniae restituitur, cum in annos 17. Moscus eam tenuisset. Paulò post Sussa quoque, Socola, Coziana, Niescerda, & Crasna arces vna hac expeditione à Polonis occupatae sunt.

OSMANES Bassa ex arce Temircapina in fines Siruani vel Medie crebro excurrens, & vastationib. ac prædis agendis magnū hosti damnum inferens, tandem sub æstatis initium cum Tatarorū copijs auxiliariib. à Persis in MEDIA ad internecionem cæsus, & nobili clade affectus est: ipso quidè OSMANE Bassa cū paucissimis suorū fuga elapso: altero vero MAHVMEtis Cherei Tatarorū Præcopensiu Regis fratre ANLEI trucidato, altero HALI VIQORAB hostib. capto. Leonclaud. in Annal. Turc.

ORDINES Artesia, Hannonia & Insularum mutatione religionis in Flandria & Brabantia, qua pacificationem GANDAVENSEM violari querebantur, offensi, accepti conditionibus à Duce Parmensi oblatis, ab Ordinib. generalibus Principi Aurais adherentibus, & eorundem sede-

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



ac Ephemeridib. Astrologicis celeberrimus, die 31 Octobr. æt. 53 Lutetia Parisiorum. 1579

V. MARTINVS Thaburnus, qui ad excellentem doctrinam & linguarum solidam cognitionem adiunxerat eximium pietatis studium, virtutem & fidem, Illustris Gymnasii Goltbergenfis Rector, & Trozendorfi Collega ac successor, 15. April æt. 55.

VI. IOACHIMVS Picus Theologus, Glogouia, in cuius vicinia Euangelium docuerat, 23. Dec. ætat. 50.

VII. IOHANNES Hartungus Francus Philologus, C. S. E. die 16. Iunii, æt. 75. Friburgi Brisgoia.

VIII. ERASMVS Oswaldus Schreccesfuchsius Mathematicus, C. S. E. æt. 68. Friburgi Brisgoia.

IX. LVDOVICVS Reginus Constantiensis, qui Platonem & Aristotelem Gallicè loqui docuit, cum iam senex aliena quadra viuere coactus esset, qui neminem tota vita superiorem ferre potuerat.

X. IOHANNES Baptista Hadrianus Florentinus, qui Guicciardini historiam accurata diligentia est persequutus, & ex quo plura, quam ex quouis alio se sumisse profitetur Thuanus, ætat. 68.

1550 **IVBILÆVS MVNDI III.** *Mosis 61. predicationis Christi 31. Estq. à primo Iubileo Pontificio annus 280. à Confessione Augustana 50.* 1580

Hoc anno publicatus est liber titulo Concordia, multorum Principum nomine editus, & 8000. subscriptorum suffragiis comprobatus: cuius tamen editio non nihil certaminum inter Theologos commouit: quorum aliqui doctrinam illius libri non approbarunt. Ab exhibita Confessione Augustana 50. morte M. Lutheri 34. morte Phil. Mel 20.

VVILHELMVS Princeps Auaricus à Rege Hispania publicè literis proscribitur 25 Martii: quas opposita Apologia prolixa Auaricus refutauit. Chron. Belg.

Circa

1550 Circa initium Aprilis terræmotus ingens concussit Angliam, Flandriam & Hollandiam. 1580

SINANS Vezires Bassa ad bellum contra Persas persequendum ab **AMVRATHE** Turcarum Imperatore loco Mustaphæ Bassa mense Aprilis magnis copiis missus, hoc anno bina clade, vna quidem à Georgianis, dum regiones illorum hostiliter inuaderet, altera à Persis prope Tiphliſium adfectus, & multis suorum caſis repulſus, sub medium mensem Iulium anni ſequentis 81. Sc. nulla re memorabili gesta, Constantinopolim ex Persia reuerſus est. *Leonclau. in Annal. & Pand. Turc. & Henricus Perſius in narratione de bello Perſico.*

ORDINES BELGICÆ prouinciæ, de **FRANCISCO** Duce Alenconio, fratre Regis Galliarum, ad Belgicæ gubernationem vocando, deliberationem mense Iulio instituerunt. *Chron. Belgici.*

IRLANDIAM seu Hiberniam Insulam, Angliæ regno ſubiectam, Hispani & Itali quidam cum Deſmonia Comite & alio Pontificis Irlandiæ conſpirantes, ſeptem nauium claſſe inuadunt & arces ac præſidia aliquot occupant. Verum Regina, miſſo in eam Insulam iuſto exercitu, rursus eos proſtrigat ac delet: & Hispani omnibus, ut ex Angliæ diſcedant, edicit. *D. Chytræus in Chron. Saxon.*

STEPHANVS Rex Poloniæ Velifam & Vſuiatam, mense Auguſto: Vielicolucam urbem amplam & emporium celeberrimum die 5. Septemb. Neuelam & Zaualotiam mense Octobr. expugnauit, totamq; eam ditionem Moſcouitis ademptam ſubegit.

FRANCISCVS DRACVS nobilis Anglus, cum anno 1577. die 17. Nouembr. quinque nauium claſſe ex Angliæ ſoluiffet, & totum terrarum orbem bienni & decem mensium ſpacio, non ſine magno labore & periculo circumnauigaffet, vnicam ſaltem nauem prætoriam, quam Pelicanum appel-

appellavit (exteris partim flammis, partim fluitibus correptis) Londini salus die 21. Septemb. (alijs 3. Nouembr.) appulit; & pradam opulentissimam 24. tonnis auri aestimatam secum reportavit & pro laboris exantlati ac navigationis feliciter peractae remuneratione Equitis aurati honore & dignitate à Regina Angliae donatus est. *Cbroni. Belgici.*

COMETA fulsit, primum conspectus in Borussia 6. Octobr. sub Ecliptica circa caudam Ceti. Norimberga visus 8. Octobr. Goerlicii 10. eiusdem mensis die. Evanum circa 12. Ianuarii anni sequentis.

Hoc ipso anno incidit quoque lues Epidemia, quae totam ferme Europam est peruagata, & paulatim progressa, mense Iunio Siciliam: Iulio Romanam & vicina Italiae loca: Augusto Venetias & Constantinopolim: Septembri Germaniam & Ungariam: Octobri littons Baltici, vrbes: Nouembri & Decembri Daniam, Sueciam, & Lituoniam infestavit.

Nati sunt:

- I. **AUGUSTVS** Marchio Brandeb. Joachimi Frid. March. Brandeb. & Administrat. Magdeburgici filius, 17. Febr.
- II. **PHILIPPVS**, Francisci filius, Dux Saxoniae Leoburgensis, die 26. Augusti.

Obierunt:

- I. **HENRICVS** Rex Portugalliae ultimus, antea Cardinalis, Sebastiani in Africa biennio ante censi patris, die 31. Ianuarii, in ipso puncto Eclipseos Lunaris, anno regni secundo: cui successit Philippus II. Rex Hispaniarum.
- II. **ANNA MARIA**, Maximil. I Imp. filia, Philippi II. Regis Hispaniae coniunx, 25. Octobris.
- III. **EMANUEL PHILIBERTVS**, Dux Sabaudiae, 2. Augusti, Turin.
- IV. **IOHANNES** Dux Holstiae, Frederici I. Danicae Regis filius, 2. Octobr. Hadersleui.

Purchase full membership to immediately unlock this page

DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'
Full Membership gives
access to 797,885 ancient
and modern, fiction and
non-fiction books.

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



5550 **XIV. Hieronymus Osorius Lusitanus, Historicus floridi stili.** 1580

Mortuus quoque est hoc anno (ut refert Leonclausus) d. 6. Augusti **M V S T A P H A S** Bassa, non sine suspicione sumti, metu supplicii, veneni. Dignus omnino qui sibi met tandem fieret carnifex, ob exercitum, capta Famaugusta, in Bragadinum & alios perfidiam ac belluinam prorsus immanitatem.

5551 **PHILIPPVS** Rex Hispania initio mensis Martii, regnum **PORTUGALLIÆ** occupat, & coronam accipit solenni pompa Vlyssibonæ, die 16. Aprilis, & classem armatam mittit contra **ANTONIVM** Lusitanum, **LVDOVICI** Principis Portugallie filium, qui regno eiectus, insulas Azores occupaverat. 1581

STEPHANVS Rex Poloniae **P L E S C O V I A M**, urbem Russiae amplissimam, & variarum gentium commercus florentissimam, mense Iunio circum obsidione. sed re infecta tandem rursus discedit.

Ex Schola **ALTORFIANA** Senatus Norimbergensis beneficio Imp. Rudolphi I. **ACADEMIAM** constituit, quæ solenniter introducta est die Petri & Pauli, quæ dies antea scholæ natalis fuit.

B R E D A Urbs Brabantia, Principis Auralici hereditaria, Antuerpiæ vicina, die 28. Iunii, unâ cum arce in Ducis Parmensis & Hispanorum potestatem peruenit. Chron. Belg.

CAMECACVM à **FRANCISCO** Alenconio die 18. Augusti occupatum. eiusque gubernator **I O H A N N E S** Monlucius Dominus de Balygni constitutus.

I O H A N N E S III. Rex Sueciae **N A R V A M** Livoniae portum celeberrimum & munitissimum, & **N A R V A M** Russicam fluvio à priore diremptam, duce **P O N T O** de la Gardia 6. Septembr. expugnauit, & Iamagrodum ac Coporiam Russiae arces ac provincias eodem mense recupera-

nit, multaque alia Russiæ & Liunionæ loca occupavit.

MATTHIAS Archidux Austria intellectus Belgarum in Principem Alenconium studii, & calamitates futuras in Belgico quasi prævidentis gubernatione se abdicavit, & die 29. Octobr. Antuerpia discessit.

ORDINES BELGICI generales ex provinciis confœderatis, Brabantia, Flandria, Geldria, Vitraiecto, Transilulana, Frisia, Hollandia & Seelandia, in Haga Comitum collecti, **PHILIPPO** Hispaniarum Regi omnem obedientiam & subiectionem renunciant: Franciscum Alenconium Ducem Andegauensem gubernatorem & Communitatem Belgici eligunt: & facti huius causas scripto edito publicè exponunt.

PAX in Gallia inter Henricum III Galliarum Regem, & reformatarum religionis defensores publicè confirmata & denunciata est.

TORNACVM, regionis Tornesium (olim Nerviorum) metropolim, Dux Parmensis, die 30. Novemb. deditione cœpit, & præsidio firmissimo munivit. Chron. Belg.

CHRISTOPHORVS Dux Megapolitanus nuptias celebrat Stockholmia in Suecia, cum Elisabetha, filia Gustavi Regis Suecia, sorore Iohannis III. Regis, domumque eam ducens Vismariam rediit, die 18 Iulii.

ANNA MARIA, Ioh. Georgii Electoris Brandeb. filia, nupsit **BARNIMO**, Duci Pomerania, circa festum Michaelis.

FRIDERICVS Comes VVirttembergicus & Mompelgartensis nuptias celebrauit cum **SYBILLA**, Iohannis Ernesti Principis Anhaltini filia, die 22. Maii, Stutgardie.

CHRISTIANVS, Iohannis Georgii Elect. Brandeb. filius, Marchio Brandenburgensis, nascitur die 30 Ianuarii, inter horam 4. & 5. pomeridianam, Colonia ad Suenam.

355 Obierunt :

1587

- I. **IACOBVS** Archiepiscopus Treuirensis, Elector, die 3. Iunii.
- II. **FRANCISCVS I.** Senior, Dux Saxoniz, Angri-
nanz & Westphaliz, 19. Martii, stat. 80. Buxte-
hudz.
- III. **CHRISTOPHORVS** Princeps Transyluaniz,
Stephani Regis Poloniz frater, Sigismundi pa-
ter, 19. Transyluania.
- IV. **CATHARINA** ex Ducum Megapolitanorum
familia, vidua **FRIDERICI III.** Ducis Sile-
siz, Lignicensis & Bregensis, Lignicu 17. No-
uembr.
- V. **SABINA**, V Vilhelmi Hassiz Landgrauii con-
iunx, Mantu mater, die 7. Augusti, hora 1. matu-
tina.
- VI. **HVBERTVS** Languetus Burgundus, vir cla-
rissimus, & toto orbe Christiano imprimis notus
in quo (vt vir nobilissimus Philippus Mornæus
Plessæus in præfatione libri sui de veritate reli-
gionis Christianz inter alias de eo laudes refert)
cum pietate doctrina, cum conscientia scientia,
cum natura ars, cum disciplina denique rerum
vsus, certauit, &c. die 30. Septembr. inter horam
3. & 4. post noctis medium, Antuerpiæ.
- VII. **IOHANNES** Fichardus, Patricius & Syndicus
Francofurtanus, IC. clarissimus, C. S. E. Franco-
furti ad Mœnum, an. æt. 70.
- VIII. **IOHANNES BAPTISTA** Hainzelius, Patri-
cius, Senator, & demum Consul inclytæ Reipub.
Augustanz, die 25. Octobris, hora 10. cum dimi-
dia meridiana, Augustæ Vindellicorum.
- IX. **FRANCISCVS** Portus Cretensis, Græcz lin-
guz in Academia Geneuensi Professor clarissi-
mus, die 5. Iunii, hora 9. matutina, stat. 70. Gene-
uz Allobrogum.

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



- 3551 XIX. IONANNES Baptista Camotius Asulanus, C.S.E. 13. Kal. April. æt. 66. Romæ, 1581
- XX. HUBERTVS Folieta Genuensis, Historicus Italus, anno climacterico, Romæ.
- XXI. LVCAS Pætus i.C. Romæ, 8. eid. Octobr. ætatis 69.
- XXII. FRANCISCVS Venerius, patricius Venetus, C.S.E.
- 3552 FRANCISCVS Alenconius Dux Andegauensis, Gallie 1582
 Regis frater, in Belgicum aduenit ex Anglia, & Antuerpiam ingreditur, die 19. Febr. ac magno cum triumpho, & omnium Ordinum lætitia excipitur, & publicè declaratur DVX BRABANTIAE & Marchio Romani Imperii: iuratur in eius verba, reijcitur Rex Hispania, & reijciuntur eius insignia, inq. eorum locum Gallica collocantur. Chron. Belg.
- PAX INTER STEPHANVM Regem Poloniae, & IOHANNEM BASILIVM Magnum Ducem Moscove, intercessione & opera Antonii Possevini Legati Pontificii, celeberrimi Iesuite, die 15. Ian. ad Zapolciam, exclusis Suecis, confecta est: qua vniuersam Livoniam Moscus Polono cessit, Velicolucam verò, & alias aliquot arces recepit.
- WILHELMVS Princeps Auricus à Ioanne lauregio Cantabro die 18. Martii, globo sclopeti per vtramque maxillam traictus est. Sed evasit vitæ periculum, cum vulnus non esset lethale, & valetudine restituta die 2. Maii primum in publicum rediit. Sicarius verò cæsus, ac in eo tumultu vicies aut tricies transfossus est. Chron. Belg.
- Schola HAILBRUNNENSIS in Franconia à Georgio Friderico March. Brandeb. 5. Aprilis, die suo natali aperta & fundata est.
- AVDENARDVM Flandriae civitatem mense Aprilis, & LYRAM oppidum totius Belgici munitissimum, Princeps Parmensis sub iuriam Augusti occupavit.

1552 Die 12. Maii ingens Cometa confectus est, versus meridiem caudam tendens, radium quasi cristis sursum elevatis, sed post dies 15. evanuit. 1552

COMITIA IMPERII prima Augustæ Vindelico- rum celebrat RVDOLPHVS II. Imperator, eoq; aduenit die 27. Iunii, & honorificentissime à Ro- mani Imperii Electorib. exceptus est.

Eodem tempore, durantibus adhuc comitiis, misit Pontifex Roman. GREGORIUS XIII. Calenda- ru correcti exemplaria Augustam: receptaq; est emendatio ab iis Imperii Statibus tantum, qui Pontifici addicti sunt. Iussit autem Papa in mense Octobri à 4. usque ad 14. Octobr. præteriri dies 10. ita vt quattuor mensis dies haberetur pro deci- mo quarto die: vt æquinoctiorum ac solstitiorum dies reducerentur ad antiquas illas metas, quas in Concilio Niceno determinarunt SS. Patres.

Celeberrimum MAHV METIS Amstracæ III. Turc. Imp. filii 15. circiter annorum adolescentis, circumcisiois fe- stum die 28. Maii ex veterum Musulmanorum consue- tudine institutum, in aedibus seculo hostis pompa magni- ficentia, ceremoniarum solennitate & spectaculorum va- rietate 40. dierum intervallo peractum est, presentib. Constantinopoli maximorum prope totius Orbis Princi- pum Legatis, vtpote RVDOLPHI II. Rom. Imp. Hen- rici III Regis Galliarum, STEPHANI Regis Polonia, Reipub. VENETÆ, MAHV METIS Holabendi Regis Persiarum, Regum Africanorum MAROCI & FESÆ, TATAKORVM Chani, SIGISMUNDI Principis Transsylvania, Regulorum MOLDAVIÆ, & VALACHIÆ, & aliorum, &c. Leonclaud. in Ann. Turc.

PHILIPPVS Rex Hispaniæ pugna navalī congres- sus cum ANTONIO Lusitano, obsidente Insu- lam S. Michaelis, cum profugavit cum Gallis au- xiliariis: sed non sine magna suorum clade vi- ctoriam obtinuit, die 26. Iulii.

552 Eodem die **GRUNBERGA**, Ducatus Glogouien-
sis in Silesia ciuitas, tota incendio perit. 154

LANICVLA Walachiae Regulus, ob iniurias, quas
vicinae nobilitati intulerat, in Stephani Regis Po-
loniae gratiam à Turcarum Imp. Principatu spo-
liatus, dum in Vngariam per Pokuciam regni
Poloniae prouinciam profugere conatur, à Nico-
lao Iaslouecio Sniatyniensi Praefecto in suu Regis
Poloniae capitur, & mense Augusto Leopoli in
Russia capite plectitur. Reinhold. Heydenstein in lib.
de bello Moscouitico.

PERSAE copiae Georgianorum adiuti florentissimum A-
murati Imp. Turcici exercitum, cuius ductor fuit Osme-
nes Bassa, obsessu Tiphliis incolis auxilio missum, prope
Vrbem praedictam, forsiter pugnando prostigant, & vi-
ctoria sua cum praeda amplissima potiuntur. Leonclau.
in Annal. Turc. Henricus Porcius in narratione
de bello Persico.

CHRISTIANVS Dux Saxoniae, Augusti Electoris
filius, nuptias Drelda celebravit cum Sophia, Io-
hannis Georgii Electoris Brandeb. filia, 29. A-
prilis.

IOHANNES GEORGIVS, Georgii filius, Dux Si-
lesiae, Lignicensis & Bregensis, matrimonio sibi
Bregae iunxit Annam, filiam Christophori Ducis
VVirtenbergensis, die 10. Septemb.

FRANCISCVS Dux Saxoniae Laoburgensis nu-
ptias secundas celebravit, cum Maria, Iulii Ducis
Brunsvicensis filia, die 11. Nouembris.

Nati sunt:

I. **GEORGIVS**, Vilhelmi filius, Dux Brunsvicensis
& Luneburgensis, 17. Febr.

II. **ALBERTVS FRIDERICVS**, Marchio Brand.
Ioachimi Frederici Administratoris Magdeburgici fi-
lius, 29 Aprilis.

III. **AVGVSTVS**, Philippi Ludouici filius, Comes Pala-
tinus Rhens. 2. Octobris.

Purchase full membership to immediately unlock this page

DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'
Full Membership gives
access to 797,885 ancient
and modern, fiction and
non-fiction books.

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



cena hilaris fuisset, & ea finita deambulando se exhilarasset, domum regressus, dum familiarem quendam consolaretur egrorantem, *ἐχάτως ἔχων* cepit, & cum dixisset, *Domine suscipe Spiritum meum,* & ad seruum accurrentem: *Orate,* placide expiravit. Hic verò mortem non vidit.

IX. IOHANNES Bauhinus Ambianus, Medicus & Chirurgiae Doctor in Vrbe Basilea clarissimus, 23. Ianuarii, aetate 71. postquam Medicinam & Chirurgiam primò quidem in Gallia, deinde in Anglia & Belgico aliquot annis, tandem verò Basileae 40. annorum spacio feliciter exercuisset.

X. IACOBVS Pelletarius Caenomanus, Medicus, Poeta, Mathematicus, mense Augusto, Lutetiae.

XI. LAURENTIUS Robertus Medicus, Rondeletii discipulus, 4. Kal. Octobr. aetatis anno 53.

XII. LYCAS Lossius, qui annos amplius 50. fideliter & feliciter in schola Luneburgensi pubem literariam erudierat, an. aetate 76. die 8. Iulii, Luneburgae.

553 FRANCISCVS ALENCONIVS Dux Brabantiae 1583

perfidè & fraudulenter ANTVERPIAM 7. Ianuarii (qua Belgicum tempore Stilo nono vicibus 17. fuit) ex inopinato opprimere, & regno Gallorum subicere conatus est. Verum civis re animaduersa, Gallis ad forum usq; planis signis penetrantibus, & obuios quosq; interficientibus, se fortiter opponunt, eosq; repellunt, & in fugam conuertunt. Ex partibus Gallorum caesi plures 1500. exceptis vulneratis, & postea ex vulneribus mortui: capti circiter 2000. inter quos multi Comites, Barones & Nobiles reperti fuerunt. Ex civibus fortissime pro salute Patriae dimicantibus circiter 80. interfecti sunt. Chron. Belg.

Die 14. & 16. Ian. St. V. habitum est Quedlinburgi in Saxonia colloquium de Ubiquitate inter Theologos Brunsvicenses, & Theologos Electorum. Collocutores fuere D. Timotheus Kirchnerus, & D. Tilemannus Heshusius. Prin.

Princeps PARMENSIS in Belgico duas Brabantia oppi-
da, Eynbomiam, 23. Aprilis, & Dieftam, 28. Maii, Dun-
kerkam Flandria Urbem munitissimam & maritimam,
die 16. Iulii, post Alenconsi discessum, Item Neoportum,
Vuernam & Dixmudam cepit, Hyperas obsedit. & Zut-
phanam 23. Septemb. St. n. singulari Ioh. Baptista Tactii,
militia Parmensis tribuni, astu & celeritate occupavit.
Chron. Belg.

PHILIPPVS Rex Hispanie Insulam S. Michaelis, Ter-
ceram, Pico, Fayal, Graciosam, Flores, Ciuero & reli-
quas Insulas AZORES vulgè nuncupatas, quas hacten-
us ANTONIVS Lusitanum occupauerat, recuperat,
atq; ita Regnum Portugallie vniversum in suam redigit
potestatem, circa finem mensis Iulii, St. n.

ALEXANDER Princeps Parmensis impressione
mense Octobris facta in WASIAM, Flandriae pro-
uinciam, Scaldi finitimam, arcem Rupelmondā
Antuerpiae vicinam, oppidaq; Hulstum & Axel-
lam, permitta colonis incolumitate, nomine Phi-
lippi Regis Hispaniae, sub finem mensis eiusdem,
& Alostum, quoq; , Flandriae Urbem, circa initiū
Decembr. deditone cepit. Chron. Belg.

OSMANES Bassa SOMACHIA ad Siruani fines
& alia loca Persiae demta occupavit. *Mamadom in
histor. de bello Persico.*

MAHVMETES CHERBI Tatarorum Praecopen-
sum Chamus desertus à suis, & potissimum pro-
ditus à Praefecto Curiae suae, à Turcis, iussu Amu-
ratis Turcarum Imp. vnā cum duobus filijs eliso
guttore strangulatus est, circa mensem Iulium: in
cuius locum decreto Amuratis Islan successus est
Leonclan. in Annual. Turc.

GBHARDVS TRVGHSESIS Archiepiscopus
Coloniensis & Elector, liberum religionis exercitiū sub-
ditis permittit, & matrimonio sibi copulat Haguen, filia
Iohannis Georgii Comites Mansfeldensis, Bonna, 4. Febr.
St. N. Propterea à Gregorio XIII. P.P. excommunicatus &

553

deponitur: & à Collegio dignus Ernestus, Alberti filius, 1584
Bavariae Dux, qui arrepta manu Diocesis recuperat.

LVDOVICVS Palatinus Rheni Elector nuptias secundas celebravit Heidelbergæ cum **ANNA**, Ezardi Orientalis Frisæ Comitis filia, nepte Gostavi Regis Suecorum ex filia Catharina, nata annos 16. die 2. Iulii, Sc. N.

VVILHELMVS Princeps Auriacus quartam uxorem duxit **LVDOVICAM**, Casparis Colignii Galliarum quondam Amiralii, Lutetia Parisiorum anno 72. cæsi, filiam, Comitis Telignii eodem facto extincti viduam, nuptiis in Seelandia celebratis, die 12. Aprilis.

FRIDERICO VVILHELMO Saxoniarum Duci **SOPHIA** Christophori Ducis VVirtembergici filia à Ludouico fratre VVimariæ adducta & in matrimonium tradita est. Nuptiæ celebratæ 5. Maii, Sulo Y.

STEPHANVS Rex Poloniæ fratris sui Christophori filiam **GRISELIDEM BATHOREAM** in matrimonium dedit **DN. IOHANNI ZAMOYSCIO**, summo regni Poloniæ Cancellario, mense Maio.

Nati sunt:

I. CHRISTIANVS Dux Saxonie, Christiani Electoris filius primogenitus, & patris nomen referens, 23. Septem. Sculo V. hora 4. matutina, Dresda.

II. IOACHIMVS ERNESTVS, Iob. Georgii Electoris filius, Marchio Brandeb. die 10. Iunii, Sc. V. mane inter h. 9 & 10. Colonia ad Saxoniam.

III. MAXIMILIANVS, Caroli filius, Archidux Austriae, die 17. Nouemb. Sc. N. hora 9. m. 7. post merid. Gra-tis in Stiria.

IV. IOHANNES, Frederici II. Daniae Regis filius, Dux Slesvici & Holsteiæ, 26. Iulii, Sc. V. Hadmersleben.

V. LVDOVICVS, Caroli filius, Dux Flandiæ & Sædermaniarum, 8. Aprilis.

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



INDEX

1584 **S**EDIT Tatarorum Præcopensiu Chatus **MANV-** 1584

MARTIS Cherei, à Turcis an. præcedenti strangulatus, Amuratis Turc. Imp. iussu patrum suum **ISLANEM** regno expulit, qui etiam paulo post anno similitum 1587. legatos in Polonia in adu Regis electione habuit, regnumque per alios amittit.

PHILIPPVS, Philippi II. Regis Hispaniarum filius vnicus, ritu Pontificio creatur generalis Princeps Hispaniarum, die 12. Nouembris. St. N.

HEIDELBERGAE mandata **IOHANNIS CASIMIRI** Administratoris Elect. Palatinatus, **IOHANNES IACOBVS** Grynæ de Eucharistia publice disputat cum Theologis Lutheranis, mense Aprilis.

Lutheranis Professoribus dimissis substituantur **IOHANNES IACOBVS** Grynæ, **GEORGIUS** Sobnium & **FRANCISCVS** Inno.

Nati sunt:

I. **IOHANNES**, Iohannis filius, Comes Palatinus Rheni-Dipont. nunc tempore Turci & Administrator Helldoradi Palatinatus, die 26. Martii.

II. **HENRICVS FRIDERICVS**, Wilhelmi Abraici Principis filius, 28. Febr.

III. **FRANCISCVS IVLIUS**, Francisci filius, Dux Saxonie Laoburgensis, 17. Septembris.

Obierunt:

I. **IOHANNES BASILIVS**, Margitus Dux Moscovie & Russorum Imperator, qui totos 25. annos grauissimè & crudelissimè Lituoniam afflixerat & vastarat, die 28. (alii 26) Martii; St. N. cum vixisset annos 56. in 7. Huit vnanimi procerum vulgique consensu electus, 28. Iunii, successit filius **THEODORVS**, æt. 22.

II. **ERICVS** Dux Brunsvicensis, Erici filius, qui magnam vitæ partem extra patriam in Belgio, I-

taliam

Italia & Hispania consumpserat, quâo ætatis
56. die 7. Nouembri, St. N. Papiæ in Ita-
lia.

III. FRANCISCVS Andegauensis, Dux Alen-
conius, frater Henrici III. Regis Galliarum, die 10.
Iulii, St. N. 31. Maii. St. V. circa meridiem, in ca-
stello S. Theodori in Gallia, non sine suspitione
veneni, cum vixisset annos 30. menses duos, dies
23. Obiit magna constantia, quippe præmedi-
tata diu morte, & summa pietatis significatio-
ne, cum omnem spem in crucis merito & effu-
sione sanguinis Iesu Christi collocare se identi-
dem repeteret *Thuanus.*

IV. VVILHELMVS Princeps Anticus & Co-
mes Nassouius, Belgici gubernator, Heros ac
bellator fortissimus, Delphis tribus globis ve-
nenatis, per sicarium Balthasarem Gerhartum
Burgundum tractus, die 10. Iulii, St. N. se-
cunda hora post meridiem, cum vixisset annos
51. m. 2. d. 25. In huius locum ab Ordinibus
Belgici confœderatis gubernator Hollandiarum,
Seelandiarum, Frisiarum & Ultraiecti, & supremus A-
miralius, constitutus est filius MAVRITIVS,
sui materni nomen & animum referens, ætu-
rum tunc temporis 19. adolescens, eique lega-
tus adiunctus, PHILIPPVS Comes ab Hohen-
lohe, mense Augusto. *Chron. Belg.*

V. HVLDERICVS Fuggerus, Raimundi filius,
Kirchbergæ & VVeitshorni Dominus, qui in
PAVLI III. Roman. Pontificis cubiculo Ve-
ritatis lumen ex familia primus & solus hæte-
nus agnouit, & exul vixit apud FRIDERICVM III.
Electorem Palatinum, Bibliothecam suam propter
Manuscripta magnæ æ-
stimandam FRIDERICO IV. Electori Pala-
tino

rino legavit, 18. Kalend. Iulii, ætatis 58. Heidelbergæ.

VI. PAVLLVS Foxius Archiepiscopus Tolosanus, Romæ inter sacra repente morbo correptus, ætat. 56.

VII. VIDVS Faber Pibracius Senatus Parisiensis Præses, 6. Kalen. Iun. merore animi extinctus, Lutetiæ.

VIII. CAROLVS Borromæus Cardinalis, qui raro exemplo sacris illis diuitius renuntians, Ecclesiam Mediolanensem docuit, ætatis 46.

IX. IOHANNES FRANCISCVS Commendonus Venetus, Cardinalis, 6. Kal. Ianuar. ætat. 62. Patavii.

X. SIGEFRI DV S Rybischius, aliquot Imperatorum Consiliarius, sapientia, eloquentia, autoritate, doctrina & virtute nobilissimus, die 17. Aug. St. N. æt. 55. Vratislaviæ.

XI. CAROLVS Sigonius Mutinensis, Orator & Historicus excellentiss. C. S. E. Bononiæ in Italia.

XII. IOHANNES Sambucus D. MAXIMILIANI II. & RVDOLPHI II Augg Imp. Consiliarius & Historicus. C. S. E. apoplexia extinctus Viennæ Austriæ, 17. Iunii, St. N. hora 2. antemeridiana, æt. 53.

XIII. ABRAHAMVS Bucholzerus, Theologus & Chronologus, & Indicis huius auctor, postquam in Veritate Chronologica & certa annorum supputatione inuestiganda, & inuestiganda totos æt. 17. labores imensos exantlasset, & paulò ante obitum primam Operis maioris partem in lucē edidisset, atq; ita scriptis suis cæptis καλοφῶνα impositisset, morte quidem immatura, sed felici & beata, vitā suam in his terris clausit, die 14. Iunii, St. N. æt. 54. m. 8. d. 7. Freustadii Silesiorum.

XIV. CASPARVS Hoffmannus Leobetgensis Silesius

Purchase full membership to immediately unlock this page

DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'
Full Membership gives
access to 797,885 ancient
and modern, fiction and
non-fiction books.

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



SSSS

1585

rat, à Caspare Consaluo Lusitano nomine eorum pronunciatam, habuerunt: Die verò 17. Augusti iterum in Indiam sese contulerunt.

BRUXELLAE & MECHLINIA Brabantia Urbes fame tandem domita, prior quidem 13. Martii, posterior verò 19. Julii, St. N. Duci Parmensi certis conditionibus se dedere, & à Rege Hispania in gratiam recipiuntur.

NOVESIUM (vulgò Nuffia) Collegii Ecclesiae Coloniensis oppidum ad Rhenum, die 25. Aprilis, St. N. astu & industria, **ADOLPHI** Comitis Morfensis, Gebhardo Archiepiscopo exuli fauentis, occupatum, direptum, ac diutius anno defensum est.

NEOMAGVM Geldriae Metropolis & **DRUSOBVRVM** (vulgò Duisburg) eiectionis Ordinum praesidii, ad Philippi Regis Hispaniae obedientiam redierunt, mense Martio.

Illustriss. Princeps ac Dominus, **D. IOACHIMVS ERNSTVS** Anhaltinus, hoc anno absoluit illustre Gymnasium **SERVSTANVM**, in cuius inauguratione habita est Oratio à Cl. **VITO D. GREGORIO** Bersanno, primo Gymnasii illius Rectore, die 21. Junii, St. V.

HERBORNENSE Gymnasium ab Inclyto & Generoso **D. D. IOHANNES** Comite Nassouio munificentia singulari, sumtuq; non exiguo aperiatur: Professoribus omnium facultatum stipendia constituantur: & post decennium, maioris commoditatis docentium & discipulorum causa, **SIGENAM** Schola transfertur.

HENRICVS III Rex Galliae **NOVV** Minister **FOEDVS** cum **CAROLO** Cardinale Borbonio, & **HENRICO** Guisio, ceterisque Principibus confederatis, contra **HENRICVM** Nauarra regem & Hugonotos, omnibusq; reformatarum Ecclesiarum ministris mandat, ut intra mensis spatium regno excedant. Caeteri regni Galliae iudicia deliberandi tempore

555

tempus permittit vsque ad Ianuariū, intra quod (iuxta edictum die 18 Iuly promulgatum) vel ad Pontificiam religionem redeant, vel Gallia excedant. Causa huius confederationis in Apologia edita extant: vnde illas Lector petere poterit.

1589

ANTVERPIA Brabattiz Vrbs, Belgici ac Europæ totius Emporium splendidissimum, postquam **ALEXANDER** Farnesius Dux Parmensis, Regis Hispaniarum Legatus, totum ferè annū Scaldis fluuii nauigationem ipsi intercluserat: tandem fame & vulgi pacem flagitantis tumultibus coacta, ad Regis Hispaniarum obedientiam rediit, ac Duci Parmensi, die 17. Augusti, St. N. mediocribus conditionibus sese dedit.

ELISABETHA Angliæ Regina in tutelam ac defensionem suam **HOLLANDOS** ac **SEELANDOS** recipit, usdem circiter decem milia Anglorum auxilio mittit, & vrbes maritimas regno suo oportunas presidio munit.

FRANCISCVS DRACVS Eques Anglus, rei naualis peritissimus, classe viginti quinque nauium (qua 2300. milites præcipue classiarum continebantur) cõparata, iussu & auspiciis **ELISABETHÆ** Regiæ Angliæ in **INDIAM** Occidentalem, ad intercipiendam nimirum ditissimam Hispanorum classem ex Peruanis Insulis aduenientem, viresq; illorum distrahēdas, expeditionem suscepit, & Plinutho Angliæ portu soluit die 12. Septemb. St. V.

SIXTVS V. Pontifex publico Senatus Cardinalium decreto **HENRICVM** Regem Nauarræ & **HENRICVM** Principem Condæum, tanquam hæreticos excommunicat, & inhabiles ad successionem Coronæ Gallicæ declarat: ac omnia eorum regna, ditiones & bona subditis, à iuramento obedientiæ absolutis, prædæ exponit, & Galliæ Regi ac cæteris confederatis executionem mandat, die 21. Septemb. Cui illi rursus scriptum opposuerunt.

SSSS

tar, à Caspare Conſaluo Luſitano nomi-
rum pronunciatam, habuerunt: Die vet-
gultu iterum in Indiam ſeſe contulerunt

S
F-
R,
E-
IO
aa-
ſi, &
etiam
uembis,

BRUXELLAE & MECHLINIA

fame tandem domita, prior quidem 13
rior verò 19 Julii, St. N. Duci Parme-
nibus ſe dedunt, & à Rege Hiſpa-
pinnar.

NOVESIUM (vulgò Nuſſi)

Coloniſis oppidum ad
lis, St. N. aſtu & induſtri-
Moriſis, Gebhardo
nentis, occupatum, di-
deſenſum eſt.

ſlavia Metro-
Bobemia. Idem ac-
Miſnia & Saxonia

NEOMAGVM Geldri-

RVM (vulgò Duſt-
dus, ad Philippi
redierunt, menſe

anni huius, OSMAN-
ERSIS prope TAV-
ano toto triduo trinoctio-
ixerunt, cuius hic ſinis fuit:

Illuſtriſſ. Princeps

ERNSTVS

ſtre Gymmaſi
auguratione

GREGOR

Rectore, d

arum millibus (eſſi non ſine
nclade) cæſis, MAHVMETES
danus, & Baſſa Trapezuntinus,
ſilium veteranorum Turcicorum
ubuerint, & Tauriſium ex faucibus
receptum fuerit. *Leonclau in Annal. Turc.*
hiſt. de bell. Perfico.

HERBORN

beroso D

nificent

tur: Pro

conſti

mod

GE

HEN

ci

MAHVMETES Hodabendes Ma-
nificent Rex legatos & dona precioliſſima mi-
PHILIPPVM Regem Hiſpaniæ, amici-
fectus contra Turcis ab eo poſtulans. I-
AMVRATES Turc Imperator

Turcis aſtate huius anni aduerſus MARO-
DRVSOS, populos bellica rei ſtudii
ad montem Libanum, non procul ab vrbe Syria
Tripoli (qui ſe proſitentur eſſe reliquias illo-
Occidentalium Chriſtianorum, quos anno 1096.

GOTFRIDVS Biloneus Lotharingia Princeps, in
ſanctam ad eam recuperandam eduxit, & ho-

rum

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



Religionem quod attinet: Deos multos credunt, diuersorum tamen generum, & ordinum: vnum solum primum & magnum Deum, qui ab aeterno fuerit: quique (vt ipsi asserunt) mundum conditum initio creauerit alios Deos primarij ordinis: vt essent tanquam media & instrumenta ipsi subseruientia, cum ad creationem, tum ad gubernationem; deinde Solem, Lunam & stellas, tanquam Semideos & instrumenta alterius ordinis praecipua. Aquas primum omnium factas, & ex iis creaturas omnes visibiles ac inuisibiles conditas dicunt. Existimant quoque mulierem primum fuisse creatam: quae ex vniuerso Diu congressu conceperit & liberos genuerit: vnde se originem ducere perhibent. Quot vero secula inde praeterierint, ignorant. Cumque omnes Deos naturam humanam habere putent: magnibus humane formae illos exprimit: & ex ligno fabricatos variis coloribus exornant.

Hae idola lingua sua KEVVASOVVOR appellata pro Diu habent: & illis proprias aedes sine templa dicunt, in quibus fiunt preces, cantus, & per multos dies oblationes. Animam à corpore solutam, statim transferri credunt secundum opera quae fecit, vel ad Deorum sedes, ad perpetuam felicitatem, vel ad ingentem fossam, (quam in extremis mundi finibus versus Occidentem sitam esse censent) ad perpetuum ignem. Principes & Sacerdotes huius regionis à plebe summo habentur in honore: & fures quoque, mæchi, & alij scelerati, vel multa, vel morte, aut verberibus pro delicti magnitudine, debita seueritate puniuntur. Ex Anglia in hanc prouinciam iter tam facile est, vt ter in anno quocumque tempore absolvere possit. Qui plura huiusce de rebus cognoscere volent: si consulant Narrationem totam de commodis & ritibus incolarum Virginiae, à Thoma Harioto Anglo descriptam, & Francofurti ad Moenum editam.

IOHANNES III. Rex Sueviae, GVNILLAM, praecipuae nobilitatis virginem, pietate & ingenio
pra-

præstantem, Iohannis Bielkij filiam, Mense Februario coniugem duxit.

CAROLVS EMANVEL Dux Sabaudia nuptias celebravit cum Catharina, Philippi Regis Hispania filia, Saragoza in Hispania, 10. Martij, St. N.

LVDOVICVS, Dux Wirtembergicus, die 10 Martij, St. V. coniugio sibi iunxit **VRSVLAM**, Georgij Iohannis Comitis Palatini Lucelstenij filiam, Stutgardiz.

IOHANNES WILHELMVS, Wilhelmi Senioris Ducis Iuliacensis filius vnicus, relicta Monasteriensis Diocesis administratione, **IACOBAM**, Philiberti Marchionis Badensis filiam, in Ducis Bauariae Gynæceo educatam, coniugem duxit, Dusseldorpij, die 6. Iunij, St. N.

HENRICVS IVLIVS Dux Brunsvicensis, Iulij filius, Halberstadensis Episcopus, cum **DOROTHEA**, Augusti Electoris Saxoniae filia, nuptias in arce Guelphorum celebravit, die 26. Septembris, St. V.

CAROLVS Dux Olsnensis & Munsterbergensis in Silesia, nuptias celebravit cum **ELISABETHA MAGDALENA**, Georgij Ducis Silesiae Lignicensis & Bregensis filia, Bregæ, 30. Septembris, St. N.

ERNESTVS FRIDERICVS, Caroli filius, Marchio Badensis & Hochbergensis, matrimonium inuit cum **ANNA**, Ezardi Comitis Frisiae Orientalis filia, Ludouici Electoris Palatini vidua, 21 Nouemb. St. V.

IOHANNES GEORGIVS, Christiani Electoris filius, cui materni nomine insignitus, nascitur 5. Martij, St. V. hora 10. vespertina, Dreſde.

Obierunt:

I. GREGORIUS XIII. Pontifex Romanus, die 10. Aprilis St. N. anno ætatis 80. cum sedisset

3555

an 12. m. 10 d 27. In eius locum creatus SIXTVS V, antea Felix de Monte alto dictus, natione Calaber; 24. Aprilis.

II. HENRICVS Archiepiscopus Bremensis, Onabrugensis & Padebornensis, Dux Saxonie Leoburgensis, Francisci Senioris filius, die 20. Aprilis, St V. anno ætat. 35. In eius locum à Collegio Bromensi electus est IOHANNES ADOLPHVS, Adolphi filius, Dux Holsatiæ.

III. ANNA, Christiani III. Regis Daniæ filia, eonunx Augusti Electoris Saxonie, 1. Octobr. St. V. an ætat. 53.

IIII. MARTINVS Gerstman LL Doctor, patria Boleslaviensis, ex vetusta & honestissima ciuium eius oppidi in Silesia familia oriundus, vir doctissimus & sapientissimus, EPISCOPVS VRATISLAVIENSIS, die 22. Martij, St. N. ætatis 58. Nissæ. Cum Episcopatu præfuisset an 13 In locum Episcopi huius defuncti à Collegio Vratislaviensi surrogatus est Dn. ANDREAS Ierinus, natione Sueuus, Canonicus & Decanus Vratislaviensis, & Theologiæ Doctor, 1. Iulij, St N.

V. IOHANNES Crato à Crafftheim, Med. D & triup Imppp. FERDINANDI I. MAXIMILIANI II. & RVDOLPHI II Consiliarius & Archiater per annos 36. die 24. Octobr. St. N. an. ætat 67. Vratislaviæ.

VI. CHRISTOPHORVS Herdesianus IC. magni nominis, & Reipub Norimbergensis Cōsiliarius, C. S. E. 22. Dec. St. V. æt. 62. Norimbergæ.

VII. IOHANNES Bodinus Andegauensis (olim Francisci Ducis Alençonu Cancellarius) cuius eruditissima extant scripta, die 10. Martij, St. N. æt. 68 Laoduni Veromanduorum.

VIII. MARCVS ANTONIVS Mæretus Gallus, IC. Orator & Philologus, C. S. E. mense Iunio, ætat.

Purchase full membership to immediately unlock this page

DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'
Full Membership gives
access to 797,885 ancient
and modern, fiction and
non-fiction books.

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



5556

Theolog. Doct. & Acad. Tubingensis Cancellarium, in quo de quinque potissimum religionis capitibus controuersis disputatum, sed rursus infecta pace discessum est.

CONSENSVS *mutuus siue concordia in Religionis Christianae capitibus inter Ecclesias Maioris & Minoris POLONIÆ, Rusiæ, Lithuanis, Samogitiæ, quæ iuxta Confessionem Augustanam, fratrum Bohemorum, & Helueticam, aliquo modo inter se dissentire videbantur, facta in Synoda, & typis in publicum edita est.*

FRANCISCVS Dracus, Anglicæ classis præfectus, à Regina Angliæ, anno præterito ad Hispaniæ litora & Americam versus missus, capto mense Nouembri **PROMONTORIO VIRIDI**, totam **S. DOMINICI** Insulam **HISPANIOLAM** in eunte Ianuario, & paulò post **CARTHAGENAM** in terra Firma (Hispanis ope incolarum, quibus datus donis libertatem promiserat, caesus) occupauit: naues in portu plurimas pecunia & mercimoniis onustas interceptit: oppida ac reliqua Insulæ castra & propugnacula diripuit, & tormenta bellica 242. auexit Postquam verò in toto illo noui Orbis pelago aliquot mensium spacio liberè vagatus esset: & sub finem mensis Maii Arcem **S. AVGVSTINI** in terra Florida cepisset, die 6. Augusti, St. V. viginti tribus nauibus prædam ingentem continentibus in Angliam reuersus est. *Chron. Belg.*

CONSTANTINOPOLI nebula quædam obscura mense Iunio exorta fuit. qua delinente locustis pluit, quæ folia arborum, fructus & gramina vndique absumpserunt. *Leonclausius in Annalib. Turc.*

GRAVAM (die 7. Iunij,) & **VENLONAM** (die 28. eiusdem mensis) oppida Geldriæ munitissima, Dux Parmensis occupauit. *Chron. Belg.*

NOVESII obsidio ab **ERNESTO** Archiepiscopo Coloniens.

5556

1586

loniensi cepta, sed ob annonae inopiam, alijsque de causis relicta est, quod tandem die 26. Julij à Duce Parmensi & Hispanis rursus oppugnatum, captum, & plerisque militibus ac civibus trucidatis, eorumque praefecto Hermanno Friderico Clodio ex fenestra suspenso, direptum, incendiisque deformatum est Chro. Belg.

FRIDERICVS Rex Daniae, **CHRISTIANVS** Elector Saxoniae, & socer illius **IOHANNES GEORGIVS** Elector Brandenburg. & huius filius **IOACHIMVS FRIDERICVS** Administrator Archiepiscopatus Magdeburg.

IOHANNES CASIMIRVS Administrator Elect. Palatinatus, Legati **HENRICI** Regis Navarrae, **ELISABETHAE** Reginae Angliae, **IACOBI** Regis Scotiae, alique **Duces SAXONIAE & POMERANIAE** &c. die 18. Julij, St. V. Lunenburgi conuenerunt. Quo conuentu finito, **IACOBO** Seguro Pardeliano, Regis Navarrae Legato, potestas conscribendi milites data est.

Pestis hoc ipso anno grassata est in Turcia, Vngaria & Austria.

Circa initium Septembris St. V. conspiratio Nobilium aliquot Anglorum instinctu **MARIAE** Scotiae aduersus Regnam Angliae **ELISABETHAM** facta, detecta & literis Reginae Scotiae prolatis, confirmata est. Nobiles coniurati quatuordecim die 20. & 21. Septemb. supplicio proditoribus debito, in suburbio Londinensi affecti, & quadrifariam dissecti sunt Regina verò Scotiae turris Londinensis carceri imposita est, in quam Principes viri, ultimo supplicio afficiendi, conijci solent.

DRVSOBURGV vel **Duisburgum** in Comitatu Zathphaniae à **ROBERTO** Dudleo Comite Lycestria, die 12. Septembr St N dditione captum Chron B. lg.

ITALIA hoc anno magna fame pressa est. Idem accidit Vngaria, Flandria, Brabantia, Lotharingie & Sueuia.

5556 VII. **A D O L P H V S**, Christiani III. Daniæ Regis frater, Frederici I Daniæ Regis filius, Dux Slesvigz & Holsatiæ, Princeps fortis & magnanimus, Cal. Octob. St. V. ætat 61. Gottorpiæ.

VIII. **O C T A V I V S** Farnesius, Parmæ & Placentiæ Dux, Alexandri patet, mense Septembri, in Italia.

IX. **M A R G A R E T H A** Austriaca, Caroli V. filia, Octavij Farnesij coniunx, Alexandri Ducis Parmensis, Belgici gubernatoris mater, mense Febr.

X. **G A L E A C I V S** Caracciolus Vici Marchio in Italia, purioris religionis assertor acerrimus & constantis. piè defunctus anno ætat. 69. mens. 4. Genævæ Allobrogum.

XI. **I O H A N N E S G V N T H E R V S** Comes à Schwartzburg, de quatuor Sacri Romani Imperij Comitum ordine, heros generosus ac magnanimus, 28. Octobr. St. V ætat 54. Arnstadij.

XII. **P H I L I P P V S** Sydnæus, Eques Anglicus, Nobilitatis literatæ in regno illo flos & decus præcipuum, gubernator Vlissingensis, militari prudentia & virtute excellens, globo tormentario ad Zutphaniam, die 22. Septemb. ictus, ex vulnere illo obiit Arnhemij 25. Septemb. St. N.

XIII. **A N T O N I V S** Augustinus IC. & Episcopus Tarraconensis, 31 Martij, St. N. ætat 69.

XIII. **P E T R V S** Victorius Florentinus Italus, vir nobilis, cuius singularis & excellens eruditio doctis omnibus nota est, ob vetustos autores Græcos & Latinos aut Commentarius illustratos, aut alioquin suæ integritati restitutos, die 8. Decemb. St. N. ætat. 86. m 5 d 6. Florentiæ.

XV. **R V D O L P H V S** Gualtherus, Pastor & Antistes Ecclesiæ Tigurinæ, lucubrationib. in omni genere doctrinæ propemodum innumeris, & Homiliis in libris ferè omnes Propheticos & Apostolicos Evangelicosque editis celeberrimus, die 25. Novembr. St. V. an ætat 67 Tiguri.

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



5557

VVARSOVIÆ convenēre ad Regū noui electionem Misere eò precipui Monarcha Orbis legatos, Pontifex Romanus, Imp Romanus, Rex Hispania, Rex Suecorum, Moscovitarum Dux magnus, Imperator Turcarum, Rex Tatarorum & aly.

Die 22 Augusti St N Proceres POLONORVM post diurnam deliberationem in partes discesserunt, quorum aly Regem designarunt SIGISMVNDVM filium Iohannis III Regis Suecorum, Sigismundi I. Regis Poloniae ex filia, Sigismundi vero II Regis Poloniae ex sorore nepotē. Altera pars Regē elegerunt MAXIMILIANVM Archiducem Austria, Rudolphi II Imperatoris fratrem.

TURCÆ magna strage à Christianis supra Catzerolacum, ad vnum à Canysia milite, p offigati sunt, mense Augusto; caeso Bego Mohatzienſe, Copanensi vero & Quinquecclesienſi Begis, alijsque ultra 1300 captis.

In GERMANIA hoc anno exercitus quinque milibus equitum, & viginti milibus peditum constans, auspiciis HENRICI Navarrae Regis collectus est, qui tandem die 12. Aug St V ROBERTO GVILIELMO, Duce Bullionæo, Navarrae legato, & FABIANO Burggrauio & Barone à Dhona, Iohannis Casimiri Comitis Palatini Rheni Tribuno, Ducib iter ingressus, viam sibi per Lutharingiam, vi aperuit, & inter Sequanā ac Ligerim contendens in Galliam penetrauit, licet Rex ab vna, & Guisiani ab altera parte sequerētur, & comaei ū intercluderent NAVARRÆVS obviam illis iturus, vt excipiat, suisque coniungat, subsequentem Galliae Amiralium Ducem IOIEVSIVM, Regis Henrici III Sororium, die 10. Octobr fortiter reprimat ad oppidum Curtraciū, adeo, vt Iojeusius ipse cum fratre & duodecim suorum milibus, plurimisq; praecipuorum nobilium, occubuerit. Interea HENRICVS Guisius, exercitu suo Germanis obviam procedit ad Mosellam,

5557

1587

sellam, eorumq; copias in oppido ANEAY, die 14. Nouembr. inuadit, cædit & in fugam compellit.

FRANCISCVS Dracus Eques Anglus magno nauium grandiorum numero instructus ex Anglia soluit mense Aprilis & Hispanorum classem, quæ paulò post aduersus Anglos & Belgas emittenda erat, ante portum Caleti vrbis Andalusiz (vulgò Caliz Malis) in freto Herculeo ex improviso adortus, circher 36. naues com meatu, machinis bellicis, & aliis mercibus onustas, partim diripuit, partim secum abduxit, plurimasque alias adhuc vacuas flammis exussit, & victoria ac præda insigni potitus est.

Die 4. & 5 Decembr in finibus Croatia ad VVIHITZIVM quasi nubes quedam anatum & anserum aliquot sapè myriadum aduolauit, seque in stagnum proximū demisit, vbi noctu strepitus ingens pugnantium inter se volucrum in tota vicinia, sçq; mutuis conficientium vulneribus auditus fuit Vnde postridie egressi milites, ciues & agricola, eius loci maximam anatum & anserum copiam repererunt Tandem è prato quodam latissimo sublatis superstites alis, auolarunt, Quam pugnam paulò post bina Turcarum clades subsecuta sunt. Leontlau. in Pand Turc.

SICISMVNDVS III. Sueciz Rex, solenni more ac modo corona regni Polonia insignitus est Cracouie, die 27. Dec. St. N. in festo S Iohannis E. iangelistæ.

Circa idem tempus Cracouiam oppugnauit **MAXIMILIANVS** Archidux Austriae, Rex designatus: sed re infecta, multisq; amissis, tandem soluit obsidionem, & exercitum ad Silesiz fines reduxit.

MARTINVS Schenck à Neydecken, Eques V Vestphalus, egregio & planè admirādo stratagemate **BONNAM**, munitissimū ad Rbenū oppidū, portu de noctu p instrumenta tria pyrobola clanculū usdē admota & succensa, magno cū fragore effractis & disiectis, atq; ita milite immisso, & p̄sidiarijs excubijs agērib & relijs interfectis, die 23. Dec

occupavit, & firmo presidio, rebusque ad defensionem necessarijs munivit, & propugnaculum ex opposito oppidi in terra Montenfi firmissimum excitavit. Defensio huius facti ab ipso Schenckio edita est, 2. Ian. St. V.

M V L H V S T V M Heluetiæ urbs à maioribus Heluetiorum pagis deuicta imperio eorundem subijcitur.

W I L H E L M V S L V D O V I C V S Comes Nassouius, Iohannis filius, Frisiæ gubernator, conjugem duxit **A N N A M**, Wilhelmi Auraci Principis filiam, Mauritiij Comitis Nassouij sororem germanam, 2. Nouemb St. V.

I O H A N N E S F R I D E R I C V S, Philippus Ludouici filius, Comes Palatinus Rheni, nascitur 23. Aug. St. V.

Obierunt:

I. G O T T H A R D V S Curlandiæ & Semigalliæ Dux, in Liuonia, 17 Maij, St. V.

II. F R I D E R I C V S Dux Holsatiæ, Adolphi filius, vigintiannorum adolescens, 15. Iunij, St. V.

G V I L I E L M V S Gonzaga, Mantuæ & Montisferati Dux, 4. Aug. St. N.

F R A N C I S C V S Medices, Magnus Hetruriæ Dux, 9. Octobr. St. N. Et quinque post eum horis, Blanca Veneta, ipsius coniunx.

V. A N T O N I V S Perenottus, Nicolai filius, Cardinalis Granuellanus, Episcopus Atrebatensis, die S. Matthæi, æt. 70 in Hispania.

VI. S I G I S M V N D V S Vicheuser, vir omni eruditionis genere præstans, & multis naturæ donis excellens, Imperat. Majestatis Procancelarius, 13. April. ætat 56. Pragæ Bohemorum.

VII. A N D R E A S Gail IC. olim Cameræ Imperialis Assessor, deinde Cæs. Maiest. Cõsiliarius, ac postea Electoris Archiepiscopi Colonienfis Cancellarius, scriptis editis celeberrimus, die 11 Decembr. St. N. Coloniz Agrippinæ in patria sua, ætat. circiter 62. Forsterus.

Purchase full membership to immediately unlock this page

DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'
Full Membership gives
access to 797,885 ancient
and modern, fiction and
non-fiction books.

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



1557

sis in Borussia Episcopus, C.S.E. die 20 Oct. St. V
XVIII. **TIMOTHEVS** Kirchnerus Theologus, qui
Helmstattensis Academiz fundamenta prima do-
cendo tecit, Vinariz 17 Sept. St. V.

1587

XIX. **IACOBVS** Schegkhus Med. D. & Philoso-
phus, C.S.E. 9 Maij St. V. æt. 75. Tubingæ: cum
ibidem docuisset an. 44.

1558

Die 24. Ian. St. N. Dominica tertia post Epiphania circa me-
ridiem, commissum est prælium inter **POLONOS**, Duce
— **IOHANNÈ** Zamoisio, regni Poloniae Cancellario &
summo exercituum regni Imperatore, & **MAXIMILIA**
NI Archiducis Austriae copias ad **BITSCHINAM** oppidū
Ducum Bregensium. Poloni numero vicere: multisq; no-
strorum casis, ipsum Archiducē deditioem facere coëge-
runt: quē oppido egressum Cancellarius in Poloniam 25.
Ian. sub exortum diei abduxit. Milites qui è pugna in op-
pidum profugerant, intercessionem Maxim. Archiducis sal-
ui & incolumes, sed armis & pecuniis exuti, à Cancellario
Zamoisio dimisi sunt, die 26. Ian. Bitschina direpta
& exusta est, ciues crudeliter tractati, multi trucidati,
plurimique in tristissimam seruitutem abducti.

1588

HENRICVS III. Galliz Rex, infidias sibi ab Hen-
rico Duce Guisiz structas metuens Lutetia unā cū
Regina matre in oppidū Carnutum excessit, Gui-
sius Thesuros & armamentariū Regis & arcem
Bastillam occupavit: sed paulò post intercessionem
Caroli Borbonii & reliquorum confederatorum
Regi reconciliatus est.

Classis **PHILIPPI II** Regis Hispaniarū, totum ferme
triennium apparatus, nauium militarium grandū
150 militib. veteranis ex Hispania, Italia, & aliun-
de collectis 20000. nautis 10000 tormētis 2650.
pyrio puluere, globis & annona ad sex menses in-
structissima, die 28. mēsis Maij ex portu Vlyssibo-
nensi soluit, & Angliam petiit. Verū ab Anglis **CA-**
ROLO HOVARDO Thalassiarcho Anglico, &
FRANCISCO DRACO Inferiore Amiralio Ducib.
die

die 1.2.3 4 & sequentib. vsq, ad 8. Aug. St. N. creberrimis incursionibus & conflictib. labefactata, pugna nauali vincitur & pfligatur exercitus Hispanorū numerosissimo fuso & fugato, ciremb. multis captis, dissipatis aut meris, plurimis belli ducib. captis, & pda ingenti in Reginae potestate redacta. Distat hæc pugna à pugna Actiaca annis 1617.

THOMAS CANDISCHIVS Eques Anglus, postquam duab. nauib. totius orbis terrarum ambitū feliciter circumnavigasset, & per fretū Magellanicum in Oceanum Australem traiecisset, apud promontoriū Capitis Bona spei in 20. naues Hispanicas incidit, quas cō partim dissipasset & diripisset, partim incēsas submersisset, amplissimā naclis pda, vna dñs acat nauī comitatus, die 18. Feb (alijs 15. Sep.) in patrie portū Plymouthū, vnde prius an. 1586 die 21. Iul exierat, cū omnium admiratiōne reuersus est. Chr. Bel.

BONNA sexto obsidionis mense **CAROLO** Duci Chimæo sese dedit: & duces qui urbem fortissimè defenderant, & milites omnes complicatis vexillis, cum armis & bonis quæ gestare possent, dimissi sunt, 28 Sept. St. N.

BERGA ad Somum frustra à Principe Parmensi obsessa mense Septembri.

COPIA CHRISTIANORVM cum **TURCIS** in Vngaria superiori propè **SIXVM** oppidū, sex à **Cassbuia** miliarib. distās, die 8. Oct St. N. felicissimè dimicarūt.

HENRICI III Galliarum Regis iussu **Blēsi** in Comitibus regni **HENRICVS** Princeps Guisius, Francisci filius, ed quod non tantū regnum turbaret, illudq, occupare conaretur, verum et in Regis vitā manifestò conspiraret, die 23 Dec. St. N. pugionib cōfossus & sequenti die 24. Dec. **LVDOVICVS** Cardinalis Guisius, Henrici frater, strangulatus est. Horum cadauera postea igne cremata, cineres in aerē Ligerimq, dispersi, & **HENRICVS** Guisius Dux Iannillaus, Henrici filius, Dux Nemurius, aliquot Episcopi & multi nobiles factionis Guisiana, capti & in custodia dati sunt

Hoc ipso mense Decembri **CAROLVS EMANVEL**

5558

Dux Sabaudia Marchionatum Saluziarum partim vi, partim deditone occupavit, eumq, Henrico Gallia Regi eripuit.

VLRICVS Dux Megapolitanus nuptias celebrauit cū **ANNA**, Ernesti Ludouici Ducis Pomeraniae sorore.

IOHANNES GEORGIVS Princeps Anhaltinus conjugem duxit **DOROTHEAM** Comitissam Mansfeldicam, 22. Febr. St. V. Haderslebiae.

IOHANNES Holsatia Princeps **HAGNEN** Hedwigen Anhaltinam, Electoris Augusti viduam, matrimonio sibi iunxit Sunderburgi, 14. Febr. St. V.

Nati sunt:

I. FRIDERICVS, Iob Georgij Elect. filius, Marchio Brandeb. die 22. Martij, St. V. inter noctu horam 11. & 12. Colonia ad Sueuum.

II. HENRICVS Borbonus Iunior, Henrici filius posthumus, Ludouici nepos, Princeps Condans, mense Nouembri, in Gallia.

III. GVILIELMVS CHRISTIANVS, Ioachimi Frederici Administratoris Episcopatus Magdeburgensis filius, Marchio Brandenburgicus.

Obierunt.

I. FRIDERICVS II. Rex Daniae, in regia Seelandiae arce Andersouia, die 4. Aprilis, St. V. an. æt. 54. anno regni 30. ineunte.

II. ROBERTVS GVILIELMVS, Dux Bullionæus, Henrici Roberti filius, Esdaniae Dominus, ex nobilissima Ducum Cluensium & Comitū de Marca familia oriundus, cū ex infelici contra Guisiois expeditione pro Rege Nauarrae suscepta, Geneuam reuersus fuisset, ibidem in primo ætatis flore obiit Calend. Ianuarii.

III. HENRICVS Borbonus, Ludouici filius, Princeps Condans, Henrici Borboni Regis Nauarrae patruelis, qui varia iactatus fortuna, solum patriæ aliquandiu vertit, & tandem veneno impiè & nefariè per domesticū suum è medio sublatus est.

III.

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



5558 **XIIII. EBERHARDVS** Mollerus, Consul Reipub. Hamburgensis, die 1 Feb. post horam 4. pomerid. ætat. 61. Hamburgi.

XV. CHRISTOPHORVS Stymmelius, Theologus & Poëta, C.S.E. 19 Feb St. V. æt. 63; Stetini.

XVI. FILEMANNVS Hellsbushius, Theologus & Professor in Acad. Iulia, C S E. mēse Septembri, æt. 61. Huic successit Daniel Hoffmannus, S. Theol Doct.

XVII. M. CHRISTIANVS Vrstius Mathematicus, Basileæ, 30 Martij.

5559 *Mense Ianuario anni huius inuentis cepta est pacis tractatio inter Imp. Romanum & regni Poloniae Commissarios ad Bythone oppidum, in finibus Poloniae & Silesia, ubi in primis de liberatione Archiducum MAXIMILIANI a-*

sum est, conscriptæq; conditiones certa die 9. Mar. St. N. CONSTANTINOPOLI Mense Martio, Legionari ex Persia reuersi, adiunctis sibi Genizaris, ob non solum iusto tempore iusti valoris stipendium periculosissimam seditiōē & tumultū excitarunt: ita vt non solum Beglerbegum Græciæ & Quæstorē regni, Imperatori Turcico, diris & minis extortos & potestati suæ permissos, crudeliter dissecuerint: verum et vico Iudeorum ignē submouerint, qui tempestatis vi excitatus, tanta sumpsit incrementa, vt in potiore urbis parte ultra 12 domorū millia, vna cū magna tabernarum & officinarū copia absorpserit, & preciosissimæ merces, à militibus spoliis & rapinis inhiantibus deprædatæ perierint. Leoncl. in Pandect Turc.

HENRICVS III. Galliarum Rex **CAROLVM** Ducem Maynium & **AVMALIVM**, publicis literis rebelles, ac læsæ Maiestatis reos declarauit & p̄scripsit: cū **HENRICO** Rege Nauarrazo mense Aprilis inducias & fœdus fecit: eumq; legatū copis suis cū summo Imperio p̄fecit: ipsiusq; ope & consilio vrbes & oppida multa occupauit, in rebellionis autores animaduertit: & confederatorum exercitus diuersis in locis prostrigauit.

ELISABETHA Anglia Regina Antonium Lusitanū exulem, in Portugallia regnū reductura, instructissimā 140 nauū classē, quā nōdecim millib militum repletam, IOHANNENORICIO & FRANCISCO DRACO Eqq Angli Ducib Hispaniam & Portugalliam versus die 27 Ap emisit quā ad portum Coronam in Gallicia die 4 May appellens, suburbium ibidē occupauit, & naues aliquot Hispanicas omni genere com meatu aliisq, rebus instructas cepit Vnde Angli sub finem May digressi, VLYSSIBONAM petierunt & milite in terrā exposito Castalim oppidum Vlyssibonae vicinum, & quoddam eiusdem suburbium expugnarunt. Verū cum non tam Hispanorum praesidiariorum crebris eruptionib quam lues pestifera sauitia, & aliorum incōmodorum causa, numerus Anglorū in dies diminueretur, & aliquot milia breui temporis interuallo extinguerentur reliqui (triduo in castris ad Vlyssibonam exacto) in naues reiecti, circa finem Iunij discesserunt, & capiti in Tagi ostio 60 Hanseaticarū ciuitatum nauib. frumēto onustu, & oppido Byscaiae Vigae in reditu intercepto, direpto & incenso, in Angliam mense Iulio reuersi sunt.

TATAKI Colaccorum impressionibus ac iniuriis irritati, magnis agminibus in **PODOLIAM** & vicinas Poloniae prouincias irruunt: ferro & flammis fœdissimē grassantur: & multa hominum captiuorum millia abducunt, circa mensē Iulium. Verum cum praeda & captiuis ad **Boristhenem** redeuntēs, à **Cofaccis**, **Nissouis** impetiti, ac in praelio funduntur ac profligantur: & plurimis, ac in his fratre **CHAMI**, caelis captiui liberantur.

MAXIMILIANVS Archidux Austriae à **Polonis** propositis certis conditionibus, liber tandem dimissus, ad **Siliciae** fines à copiis equitum **Caesareanorum** excipitur, die 28 Iulii. **St N.**

HENRICVS III. Rex Galliae à **IACOBO CLEMENTE** Senensi, Monacho ordinis **Predicatorum**, literas confictas sibi offerēte, castello oblongo & acuto in ventre inferiori

vulneratur, die 1 Augusti, St N. & ex eo vulnere die 2. Augusti; hora 7 matutina, atatis 37 anno regni 15. moritur: cum paulò antè Principes Regni præcipuos ad concordiam & constantiam adhortatus fuisset & heredem ac successorem Coronæ legitimum HENRICVM Navarraem Regem, sororium suum designasset. Monachus Regicida multis à satellitibus regis vulneribus confossus trucidatur. Sixtus V Pontifex Romanus exhibitus 2 Septembr læticiis publicis parricidium Henrici Regis laudavit, tanquam singulari DEI providentia factum, Iacobita in numerum Duorum relato. Mariana Iesuita dicit, eundem parricidam ingens sibi nomen fecisse, caso illo Rege.

HENRICVS III. Rex Navarrae vna omnium voce **HENRICVS III. GALLIÆ & NAVARRÆ** Rex proclamatur. Vnde die 3. Augusti iuramentum fidelitatis præstat: & sanctè testatur, se Autonomiam concessurū vitam suam & omnia in discrimē pro regno & subditis positurum. Quo facto, Principes & proceres regni, vnà cum nobilitate & omni exercitus turba, similiter fidem ei atque obedientiam vt suo Regi ac Domino sacramento promittunt, & indignam Domini sui necem vindicatueros iureiurando confirmant.

CAROLVS EMANVEL Dux Sabaudie **GENEVAM** mense Augusto obsidione cinxit verū Geneuenses amicos & confederatos suos inuocantes, tam fortissimè ei restiterunt vt parū absuerit, quin omni prouincia Fossinghana exueretur.

MARTINVS Schenckius à Neydecken Eques auratus Anglicus, bellator sui tēporis audacia, prudentia, fortitudine & virtute militari clarissimus, **NEOMAGVM** Geldrię metropolim noctu inuadēs, ciuium virtute repellitur cumq, se in nauiculā in Wahalif armatus cū focus fugientib. coniceret, ea nimium onerata submersus in fl perit. Postridie cadauer à piscatorib. inuentum, & in urbē reuectum,

Purchase full membership to immediately unlock this page

DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'
Full Membership gives
access to 797,885 ancient
and modern, fiction and
non-fiction books.

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



HENRICVS III Galliarum & Navarrae Rex insignem victoriam de **CAROLO** Duce Maynio & confederatis in praelio ad Druidum urbem prope pagum Iurij, die 14. Martij St. N. reportavit, in quo **PHILIPPVS** Lamoralis filius, Comes Egmondanus, Belgicorum auxiliorum, à Rege Hispaniarum subsidio confederatis missorum, dux caelus, equites profligati & dissipati, & Helvetij ac ceterae pedestres copiae omnes in Regis potestatem traditis vexillis & armis venerunt. Hac victoria parva Navarrae exercitum ad urbem **LUTETIAM** sub finem Aprilis deduxit: quam cum totos quinque menses usque ad initium Septembris undique obsessam graue afflixisset: & comestus importatione interclusa, ad famem extremam (ita ut tredecim milia hominum trimestri spacio fame necati interierint) ad egressum: tandem obsidionem soluere cogitur, **ALEXANDRO** Farnesio Duce Parmensi cum selectis Hispanorum, Italorum & Belgarum militibus veteranis circiter 15000. ab Hispaniarum Rege in Galliam missis

Terra motus ingens & horribilis Viennam Austriae, & multa Moravia ac Bohemia loca graue afflixisset, d. 15 Sep St N

MAVRITIVS Princeps Auracensis, Hollandiae & Seelandiae gubernator, Duce Parmensi cum exercitu suo in Gallia belligerante, collectis copiis, omnes penè arces & propugnacula ad Mosam & Rhenum extructa, mense Octobri facili negotio recuperavit.

FRANCISCVS LADIGERIVS regius in Delphinatu contra Carolum Emanuelem Sabaudiae Ducem praefectus, **GRATIANOPOLIM** urbem ope Laualleti collegae sui sub finem mensis Nouembris deditione captam occupavit: **VIENNAM** a Rhodanum Galliae Regi adiunxit, & Berry

in oblatione Sabaudiae beravit

in Suecia, Suedia, Dania, Marchia

mul-

5560

& multis alijs in locis magnus hoc ipso anno Magorum & Sagarum numerus tam plebey quam superioris ordinis & fortis hominum igne exustus est.

1590

ANNA, Jacobi VI. Scotiæ Regis coniunx, in magno Procerum conuentu Regina Scotiæ coronatur Lethæ 17. Maij, St. V & biduo post Edinburgū ingressa, summo omnium Ordinū applausu excipitur.

HENRICVS IVLIVS Dux Brunsvicensis cum **ELISABETHA** Christiani III. Daniæ Regis sorore nuptias celebrat Croneburgi ipso die Paschatis, St. V.

CAROLVS, Caroli filius posthumus, Archidux Austriae, Episcopus Vratislaviensis, nascitur die 7. Augusti, St. N. hora 3 m. 45. post meridiem.

Obierunt:

I. SIXTVS V. Pontifex Romanus, die 27. Augusti, St N. postquam sedisset an. 5. mens. 4. d. 3. & vixisset an. 70.

II. VRBANVS VII. in Sixti V. locum 15. Septembr. electus, obiit die 27. Septemb. St. N. Pontificatus sui die 13. anno ætat 70. (alij 72.) cui die 5. Decembr. St N. substituitur **NICOLAVS Sfondrata**, Cardinalis Cremonensis, ætat. 55. qui **GRIGORIVS XIII** appellari voluit

III. CAROLVS Archidux Austriae, Ferdinandi Imperatoris filius, Maximiliani II. Imperatoris frater, 10. Iulij, St. N. æt 50. Huic successit **FERDINANDVS** filius natu maximus, ætat. 14.

IIII. IACOBVS Marchio Badensis, Caroli filius, cum à Iohanne Pistorio Apostata seductus Profelytus Pontificiorum factus esset, Ministris Evangelij è territorio Hochburgensi submotis, sacrificos vocasset, ventris profluvio extinctus, obiit 7. Augusti, St N an ætat 28

V. PHILIPPVS, Adolphi filius, Dux Holsatiæ, die 18. Octobr St V. ætatis 21.

VI. ELISABETHA Saxonica, Augusti Electoris filia

filia, Iohannis Casimiri Comitis Palatini Vxor, 2. April. St. V. Heidelbergæ.

VII. HEDVIGIS Wirtembergica, Ludouici Hassiæ Landgrauj coniunx, die 4. Martij, post hor. 2. matut ætat 43. Marpurgi.

VIII. IACOBVS Cuiacius Tholosanus, Iureconsultorum Coryphæus, C. S. E. 3. Octobr. St. N. Biturigibus Auaricom.

IX. BARNABAS Brissonius IC. magni nominis, excellentis ingenij, solidæque eruditionis laude (quam scripta ipsius edita testantur) clarissimus, Consiliarius regius & Præses Senatus Parisiensis, tempore obsidionis LUTETIANÆ per furores plebis, aut quorundam potius, qui in plebis fecerunt ultimam Lutetiam Regi suo rebellantem tum regebant, indignissimè strangulatus in carcere, ac postea publicè suspensus est. Vrbe verò tandem Anno 1594. HENRICO III. Nauarrogiæ Regi reddita: Senatus vehementer facinus hoc displicuit: adeo, vt eodem patibulo, eadem hora, carnifex ipse, apparitor & à confessionibus Presbyter, quod Brissonio è viuis tollendo operam suam locassent, suspensi iussu Senatus fuerint.

X. FRANCISCVS Hotomannus, magna & excellenti Iuris peritia & variis scriptis, solidaque eruditione celeberrimus, C. S. E. 12. Febr. St. V. ætat. 65 m. 6. d. 20 Basileæ.

XI. NICOLAVS à Nostitz, Eques Lusatus, S. Cæs. Maest. in Camera Regni Bohemiæ Consiliarius, eruditæ doctrinæ, virtutis, pietatis ac prudētiz laude domi forisq; celebris, die 24. Maij, Pragæ.

XII. CAROLVS Danicæus, Regum Galliz legatus apud Christianum III. & Fridericum II. Reges Daniz.

XIII. ADRIANVS Albinus IC. Iohannis Georgi Electi Brand. Cōsiliarius intimus, & Nouæ Marchiz Cancellarius, die 4. Iul. St. V. æt. 77. Custrini.

XIV. AN.

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



5560

filia, Iohannis Casimiri Comitis P. *ante diem*
April. St. V. Heidelbergz.

1590

VII. HEDVIGIS Wirtembe- *no habita sunt*
siae Landgrauj coniunx, di- *transactione Polo-*
matut aetat 43. Marpurgi *Anglia, cum Tur-*

1591

VIII. IACOBVS Cuiac *& foedera antiqua*
sultorum Coryphaeu- *que Cosacci Nisouij*
Biturigibus Auaric- *is & Tyra ostia campu*

IX. BARNABAS Br- *rapinis & cadibus ysdem*
cellentis ingenij *& pristina aurocorum Vn-*
(quam scripta i- *imarum & Ouinarum pensio-*
Consiliarius re- *bus Sanceru & Gurnio cum*

tempore obs- *abundiz mense Martio feliciter*
plebis, aut *& aliquot arces recuperarunt.*
vlimi Lu- *entema ad Reualiam & Naruam*
gebant, *aduersus Moscos & Suecos continuatur.*

postea *in alijs Luoniae locis acerrime*
Anno *multa hominum millia absumit.*
Regi *SIAONES Rex Sueciae nouo collecto exercitu*
disp) *aduersus Moscos instaurat, & cum*

car- *TATARIS belli societatem init, qui meridianâ*
by- *Moscoviz orâ passim vastatâ, ferè vsque ad ipsam*
su *riben Moscouiam penetrarunt, & pugnam acer-*

X. *nam aliquot dies durantem cum Moscis com-*
miserunt. Cuius exitus hic fuit: vt duobus Tata-
rorum Principibus captis, reliquus exercitus o-
mnis dissiparetur.

MAVRITIVS Princeps Auaicus, prouinciarum in
Belgico vitarû Dux supremus, ZVTPHANIAM
fortitudine & stratagemate memorabili, hoste for-
ter etiam resistente, occupauit die 29. Maij,
St. N & DAVENTRIAM 10. Iunij, St. N. recu-
perauit. ac paulò post non tantùm in Frisia quoq,
ciuitates & inuinciones quasdam Ordinib subegit:
sed etiam septem turmas equitum Itatorum Duci
Parmentii (qui Knodsenburgum è regione Neo-

magi

CHRONOLOG.
V. D. E. A. S. P. A. U. L. I. C. A. B. O. R. N. O. P. O. R. T. I. S. S. I. M. O.
779 /
1200
Duxum, Augusti & Christiani Ele-
militaris inimicus, de Albi Se.
Halla, quam cum Christo-
MICHAEL Walachus cum magna militum manu Transylvania ingressus, cum Caesari vendicat. Bellis civilibus in Gallia extinctis, Dux Mercurius in Hungariam proficiscitur, ut arma, quibus aduersus Principem infeliceiter erat usus, in Turca connereret.

CREQUIVS, Ladigeri gener, D. PHILIPPINVM, Ducis Sabaudiae fratrem nothum, monomachia seu duello, ut vocant, enecat. 2. die Iunii.

SABAVDIAE dux Regem Galliae inuisit, ut cum eo de Marchionatu Salustiae tractaret, re tamen infecta domum reuersus est, exasperato est magis Regis animo.

HENRICVS Dux Ioyensius, Galliae Marecallus, matre instigante denuo Cappucinorum Conuentum ingreditur, 8. die Martii.

Edictum pacificationis, quo rex religionis libertatem concessit, hoc anno per totam Galliam, commissariis ad id deputatis, publicatum fuit.

ROBERTVS Bellarminus, contra ordinis sui decreta & votum initiationis, fit Cardinalis.

NUPTIAE celebrantur:

PHILIPPVS III. Hispaniae Rex, cum Margareta Austriae.

ALBERTVS Archidux Austriae, Valentiae in Hispania, cum infanta D. Isabella Clara Eugenia: cum qua 7 Iunii Barcellona soluit, in Flandriam tendens: quo cum peruenisset, splendidissime fuit exceptus Bruxellis 5. Septemb.

HENRICVS, Caroli Lotharingae Ducis primogenitus, cum Catharina Borbonica, unica Galliarum Regis sorore. m. Februar.

IOHANNES VILHELMVS Dux Iuliacensis, cum Antonia Lotharingica 20 Iunii. Dusseldorpi.

Matrimonium, quod procurante Catharina Medicea & eius filio Carolo IX. Rege Galliae, inter Henricum

5569

IV. tunc Navarra nunc autem Gallie Regem, & Margaretham Valesiam, Caroli IX. sororem, contractum fuerat, Clemens VII. Papa nullum esse declarat; tum propter consanguinitatem : tum quod nullus vnquam fuisset partium consensus.

CHRISTIANVS, Christiani Principis Anhaltini filius, florentissimæ spei Princeps, nascitur 4. August. Ambergæ.

Obierunt :

I. IOHANNES à Schönberg, Elector & Archiepiscopus Treuerensis. Kal. Maii.

II. PETRVS de PINACO, Archiepiscopus & Comes Lugdunensis. æt. 59. die 9. Ian.

III. ANDREAS BATTORI Cardinalis, cum invito Cæsare Transylvaniæ dominatum arripisset, à V. Valachovichus, & in fuga à rusticis occisus. 14. Decemb.

IV. SAMVEL GRYNÆVS, Simonis filius, asthmate & hydrope extinctus Basileæ, æt. 60. sepultus 6. die in sepulchro patris sui, 58. anno post. Hæc Promotore Doctores & Licentiatu Iurium creati fuerunt circiter 360.

V. ROBERTVS ROLLOVS, celebris Scotorum Theologus. C. S. E. Edimburgi.

VI. PETRVS BINSELDIUS Treuir, suffraganeus, Theologiæ Scholasticæ Doctus, C. S. E. Augustæ Treuirorum.

VII. GEORGIUS Iani F. Doula, itinere Constantinopolitano celebris : peste, in expeditione Batauorum ad Canarias, extinctus.

VIII. FRANCISCVS Schoricmannus, Ecclesiastes, finitissimis in ipso templo à iuvene quodam nefarie interfectus, Dauentriæ 22. Decemb.

5570 CLEMENS VIII. Papa, Romæ Iubilæum celebrat, 1600

quo incunte quantumvis grauius podagra laboraret, ipse tamen portas templi D. Petri sacri aureo malleolo reserat.

1570 Ad Iubilæum profecti sunt homines infiniti cuius-
uis status & conditionis, inter alios Dux de Bar,
habitu tamen ignoto, ut à Papa abolutionem
impetraret, quod uxorem alterius religionis du-
xisset, quam ob causam Lotharingæ Episcopi i-
psam à communione altaris arcebant.

FONTENOBLI in Gallia præsentè Reg- collo-
quium instituitur inter Plessæum & Episcopum
de Eux. 4 Maii.

MAVRICIVS Comes Nassouæ, inter Ostendam
& Neoportum commisso prælio, de Hispanis vi-
ctoriam reportat. 2. Iulii. St. N.

Mense Aprili fœmina Lutetiæ combusta est, quæ
Regem veneno tollere moliebatur.

MERCVRIVS Dux secūda vice in Hungariã, p̄fici-
scit, eiq; ab Imperator tot⁹ exercitus cōmittitur.

Rex Galliarum cum videret Sabaudum pactis non sta-
re, 11. Augusti bellum ei indicit, & in Gallia pro-
clamari iubet: & intra 3. mensium spacium totã
fere Sabaudiam occupat, præcipuis arcibus de-
dicatione partim, partim vi captis.

CÔNFLANS 28. Aug. deditione capit Charbõnieres
10. Sept. Mörmeillanũ, arx munitissima, 10 Nou.

Papa de pace inter Regẽ & Sabaudũ admodũ labo-
rat, eamq; ob causam Cardinalem Aldobrandi-
num ad Regem mittit.

MARIA Medicæ, Henrico IV. Galliarum Regi de-
sponsata, 3. Nouemb. Massiliam appellit: cū qua
Rex m. Decemb Lugduni nuptias celebrat.

TURCÆ CANISCHAM obsidione cingūt. Dux Mer-
curius obsessis suppetias ferre conat, sed re infe-
cta recedere cogit, vnde deditio Canischæ seqt.

MICHAEL V Valachus Sigismundum Bathorium &
Ieremiam Moldauæ Regulum profligat, sed p̄-
pter crudelitatem à suis paulo post desertus, & à
Georgio Basta oppressus, Pragam proficiscitur,
coram Imperatore ad obiecta sibi crimina re-
sponsurus.

Purchase full membership to immediately unlock this page

DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'
Full Membership gives
access to 797,885 ancient
and modern, fiction and
non-fiction books.

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



menſi Comitatum Hornanũ: Arnolſo Benthe- 1600
menſi Comiti dynaſtiam Bedbarenſem, teſta-
mento legavit.

XIII. MELCHIOR à RIEDERN, Liber Baro, he-
ros ac bellator celebris, in Vngaria, die 20. Sept.
St. N. Brodz Teutonice oppido Moraviz & Be-
hemiz conterritus, æt. 45.

XIV. PHILIPPVS ſenior, Baro VVinneburgicus,
Conſiliaris Frederici IV. Electoris Palat. &
Burggrauius Alzeanus, 9. Sept. Alzeæ. æt. 62.

XV. CAROLVS Vthenhouius, cum vespere lan-
guidi uſculus cubitum ſe recepiffet, nec multò
poſt meliusculè ſe habere dixiffet, manè hor. 4.
corpore cõpoſito, ore & oculis clauſis in Domi-
no dormiens inuentus eſt in ſuo lectulo, 31. Au-
guſt. Coloniz.

XVI. FVLVIVS Viſinus, è clariffimis Italorum v-
nus Romæ.

XVII. NICOLAVS Hemmingius, Danus clariffi-
mus Theologus. 23. Maii. æt. 87.

XVIII. DAVID Chytræus, Theologus & Hiftori-
cus. 25. Iunii. æt. 70. Roſtochii.

XIX. LAEOVS Heerbrandus, Theologus Tubin-
genſis, 22. Maii. Tubinga.

XX. IOHAN. CONRADVS Vlmorus, eccleſiæ Sca-
phuſianæ Annifter. 7. Aug. æt. 81. miniſteriũ 53.

XXI. IOHANNES Maior, Doctõr & Poeta, 16.
Mart. Serueſtæ.

XXII. GEORGIVS Lieblers, Phyſicus Tubin-
genſis, æt. 76.

5571 Hicannus verè fuit Mauortius. Nam,

MONTIVS pro Rea Hiberniz, Hiſpanos & Hi-
bernos rebelles proſugavit in Hibernia.

MERCURIVS Dux, cum copiis Cæſareanis Albam
Regalem occupavit in Hungaria. 22. Sept.

MICHAEL VValachus, & Georgius Baſta, Sigif-
mundũ Bathorium iterum Tranſylvaniz domi-
natu exuerunt, menſe Auguſto. MA V.

5571 MAURICIVS Nassovius Bercam & Mörfam per
deditionem cepit: sylvam Ducis verò invito co-
natu obledit.

AVSTRIACI Archiduces: Albertus quidem Ostor-
dam, mense Julio, magna cū exercitu: Ferdinan-
dus V. Canisiam in Hungaria obsederūt. Sed hinc
tandem re infecta post magnas molestias obsi-
dionem solvit.

Rex Hispaniæ classem Duce DORTA emisit aduer-
sus Turcas, quæ tamen re infecta domum rediit.

CAROLVS Austriacus, Marthio Burgavus, Ferdi-
nandi Archiducis Austriæ filius, Andreæ Cardi-
nalis Episcopi Cōstānēsis frater, matrimonium ihi-
it cum Sibylla, V. V. V. Ducis Juliacensis &
Clenensis filia, die nuptiarum 4. Martii Dusseldor-
pi peracto.

Colloquium Ratisbonense inter Evangelicos &
Pontificios, presentibus Duce Bavarie & Pala-
tino Neoburgico, inchoatum 28. Nouemb. Col-
locutores ex parte Evangelicorum D. Hunnius
& D. Heilbrunner: ex parte Pontificiorum D.
Hungerus & D. Grefserus, Iesuita.

CHRISTIANVS II. Dux Saxonie, completo an-
no ætatis decimo octavo, suscipit gubernatio-
nem Electoratus, 9. Cal. Octob.

PAX inter Gallum & Sabaudum sancitur: hoc Sa-
luziæ Marchionatum retinente: illo Bressam,
totumque tractum Genevam vsq; obtinente.

Hoc anno insignis quidam impostor: qui sese Se-
bastianum Portugallie Regem cum esse dice-
bat, qui anno 1578. à copiis Abdelmeleci Regis
Fessani in Aphrica die 4. Aug. fufus fuerat: ad-
tremes condemnatus est. Tanto autem artifi-
cio Sebastianum fingebat, vt multi Portugallen-
ses eum ipsum esse crederent.

Ingens fuit terræ motus, qui multa loca concussit,
præsertim in Heluetia. 8. Sept. St. V.

5574

Nati sunt:

I. **LVDOVICVS XIII.** Galliarum Rex 27. Septem.
St. N. Fontenoblii.

II. **ANNA MARIA MAVRITIA**, Infans Hispaniarum. 22. Septemb.

III. **MAVRITIVS CHRISTIANVS** Friderici
IV. Electoris Palatini fil. 8. Sept. Heidelbergæ.

Obierunt:

I. **VVOLFANGVS** à Dalburg, Archiepiscopus
& Elector Moguntinus. Ei successit Iohannes
Adamus à Bicken. 26 April.

II. **GEBHARDVS** Truchsesius, electus & confir-
matus Archiepiscopus Coloniensis & Elector,
Decanus Cathedralis ecclesie Argentinen-
sis, Argentinarum. 21. Maii. æt. 54.

III. **LVDOVICVS PHILIPPVS**, Georgii Iohan-
nis filius, Comes Palatinus Rheni Veldenzia-
nus, in hastiludio vulneratus. 14. Octob. æt. 24.
Heidelbergæ.

IV. **FRANCISCVS**, Dux Brunsvicensis & Lune-
burgensis in Tannenberg, Canonicus Coloni-
sis & Argentinen-
sis, Rastadio Argentinarum iter
facturus, de ponte Renchæ torrentis, qui tum
solito increuerat altior, in subiectam voraginem
cum equo præcipitatus in aquis periit. ipsa nati-
uitatis Christi vigilis. æt. 29.

V. **IOHANNES ERNESTVS**, Ioachimi Ernesti
Principis Anhaltini filius, trium millium copia-
rum pedestrium ad bellum contra Turcas con-
ductarum præfectus ac ductor, febris maligna
correptus 12. Decemb. æt. 23. Viennæ, Austræ
metropoli.

VI. **HENRICVS**, Georgii filius, Hassiæ Landgra-
uius, die 9. Ian. Darmstadii.

VII. **ESSEXIAE** Comitissæ, fato mundi circumuento,
7. Martii, Reginae iussu, carnifex securitibus
tribus caput amputat.

VIII.

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



1577

OLIVARIUS Nordanus Batauus, circumnavigato universo terrarum orbe intra triennium & duorum mensium spatium, hoc anno in portu Rotesodamenti, vnde egressus erat, appulit.

1601

1572

OSTENDA 7. Ian. frustra oppugnatur, multis Hispanis caesis aut vulneratis: Inter caesos reperta fuit Hispana iuencula, quae in primis ordinibus pugnans occubuit, auro torque nudum corpus redimita.

1601

GRAVIA à Mauritio 19. Sept. deditione capitur.

ALBA REGALIS à Turcis: **PESTA** à Christianis recuperantur.

ENNIO Comes Frisiae Nordanos castigat. Embdanique navigationem omnem intercludere conatur. Sed hi ab Hollandis admi, omni fere ditione Comitem exiunt.

MOSES Zecklorum Dux, Bathorio fauens, à Basta profligatur. Sigismundus Bathorius ad Bastam venit, seq, totam Caesaris potestati permittit.

Renouatur foedus inter Regem Galliae & Helueticos, ad cuius confirmationem Rex ad Helueticos Marescallum Bironium mittit, & vicissim Helueticus ad Regem 42. legatos.

Proceres quidam Galliae, in Regem, Regiam, & Delphinum coniurant, sed ab vno coniuratorum detegitur Regi tota coniuratio, vnde sequitur captivitas Marescalli Bironi & Comitis Auerniae, 15. Iunii, quorum ille vlt. Iulii Lutetiae decollatur: hic verò 2. Octob. ex carcere dimittitur, non propter innocentiam, sed Regis clementiam.

GENEVA diuinitus seruata, cum Sabaudus per Albignium 2000. noctu ad urbem adduxisset, & scalis ad motus circiter 200. introduxisset, qui à ciuibus expergefactis partim interfecti, partim in fossas urbis deturbati, partim etiam viui capti, quorum 13. fuere, qui sequenti 12. Decem.

pari-

patibulo intra moenia erecto fuerunt suspenſi. 1602

LVDOVICVS PHILIPPVS, Friderici IV. Elector. Palatini filius nascitur 23. Nouemb. Heidelbergæ.

Obierunt:

I. FRIDERICVS WILHELMVS, Dux Saxoniz, Administrator & Tutor Electoratus, die 7. Iulii, æt. 40. Vinariz.

IOACHIMVS FRIDERICVS, Dux Silesiz Lignicensis & Bregensis, Archiepiscopatus Magdeburgens. Præpositus, 25. Mart. æt. 52. Bregæ.

III. ABDVL ZAMAT, Legatus Regis Sumatræ apud Illustriss. Principem Maurium Nassouium. 9. Aug. Mittelburgi. æt. 71.

IV. PHILIPPVS EMANVEL, Dux Mercuri, ex Hungaria in Galliam tendens, Nonbergæ febre ardenti extinctus. 8. Febr.

V. CAROLVS GONTALDVS, Dux Bironius, Mareſcallus Galliz, Ord. Franciz Eques auratus, & Gubernator Burgundiz, ob perfidiz & conspirationis crimen iussu Henrici IV. Galliz Regis decollatus, 31. Iulii. Lutetiz Parisiorum. Vir in vita: foemina in morte.

VI. AMELIA, Friderici III. Electoris Palatini vidua, 10. Aprilis.

VII. MAXIMVS MARGVNIVS, Episcopus Cythereus, qui aliquot opuscula Nysseni de graeco in latinum tranſtulit, multa etiam ipse scripsit lingua graeca. Venetis.

VIII. IOACHIMVS à Berg, Herndorsii & Clada Dominus. Eques Silesiz, trium Imppp Ferdinandi, Maximiliani, & Rudolphi Consultarius, multorum studiosorum beneficus & munificus patronus. 5. Martii. St. N. ætat. 76. Herndorsii Silesiorum.

IX. LAZARVS SORANTZIVS, Patritius Venetus, scriptus politicis celebris, in patria.

X. HIERONYMVS BAVMGARTNERVS, Duumvir Norinbergens. Academia Altorphiana 1700. 18. Decemb.

XI. CASPAR PVECHERVVS, Budissinus Lusatus, Medic. D. & Consiliarius Principum Anhaltinorum, Melanchthonis gener, die 25. Sept. aetat. 78. Dessauis. 16. anno à liberatione è custodia siue carcere decenniali, cui propter constantem obstinatiam de Persona Christi & Coena Domini professionem, iussu Saxoniae Electoris Augusti, fuerat inclusus.

XII DANIEL TOSSANVS, cum 22. Decemb. Theologicam professionem resignasset, cum testificatione iurandiciae de orthodoxae doctrinae professione, die Epiphaniae Cygnea concione explicuisset illud: *Surge illuminare. Esa. 60.* (& superiore anno liberos suos Ambergae salutasset, nec multo post nuptus Doctoris Pauli filii, interfuisset) per triduum catarrho & feбри laborans, 10 Ianuar. mane, inter preces ad Deum & pia cum bonis colloquia dixit: *Iam sento afflatum discessus & resolutionis meae*: & hora tertia vespertina, cum signum ad concionem daretur, spiritum Christo seruatori tradidit. Sepultus Heidelbergae in templo S. Petri, 13. Ianuar. Vixit annos 60. menses 5. dies 26.

XIII. FRANCISCVS IVNIVS Gallus. Theologiae in Batavorum Academia Professor primarius, 13. Octob. aet. 57.

XIV. LVCAS TRELCATIVS, S. Theol. D. & Ecclesiastes in vrbe Leidenfi. m. Aug.

XV. IOHANNES TAFFINIUS, Theolog. m. Maio.

XVI WILHELMVS PERKINSIVS, Theologus Anglus, Cantabrigiae, sub finem anni. aet. 43. nondum completus.

XVII.

Purchase full membership to immediately unlock this page

DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'
Full Membership gives
access to 797,885 ancient
and modern, fiction and
non-fiction books.

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



eo ipso enim die quo exspiravit Regina, omnes Angliæ proceres vnanimi consensu Iacobum VI. Angliæ Regem proclamant.

Comitia Imperii m. Martio Ratisbonæ habita, Matthia Archiduce Austriæ præfidente.

I A C O B U S VI. Scotiæ Rex, eius nominis in Angliâ I. coronatur Londini 25. Iulii. Paulo post coronationem, magna detecta conspiratio aduersus Regem, qui aduersus coniuratos partim iustitiam partim clementiam exercuit: alios enim supplicio affici curauit: alios ad carceres perpetuos condemnauit, quamuis omnes plusquam rei mortis essent.

Veneti cum Rhœtis seu Grisonibus fœdus faciunt ad decennium: quod Regem Hispaniæ maxime offendit.

Hollandi & Seelandi de Hispanis in conflictu maritimo triumphant, Friderico Spinola classis Hispanicæ præfecto, & multis aliis interfectis.

Catholici in Angliâ liberum religionis exercitium petunt: eoque non impetrato contra Regem conspirant.

M A V R I C I U S Hassiæ Landgravius nuptias secundas celebrat cum Iuliana, Iohannis iunioris Comitis Nassouæ filia, 21. Maii. Dillenbergæ.

Obierunt:

I. **E L I S A B E T H A**, Regina Angliæ & Hiberniæ: 24. Mart. anno regiminis 45. æt. 70.

II. **M A R I A**, Caroli V. Imperatoris Rom. filia, Philippi II Regis Hispaniarum soror, Maximiliani II. Imper. Rom. coniunx, Rudolphi II. Imp. Rom. mater in Hispania. m. Martio.

III. **M A H M E T E S III.** Turcarum Rex XV. & VII. Imperator Orientis. Constantinopoli 21. Decemb. St. N. Successit filius eius **A C H M E T E S** puer 9. annor.

1573

IV. IOH. ADAMVS à Bicken, Archiepiscop. Moguntinus & Elector, 31. Decemb. Huic successit Iohannes Saicardus à Gronberg.

1603

V. GEORGIVS FRIDERICVS, Marchio Brandenburgicus Onolsbacensis. 6. April. æt. 64. Onolsbaci. Præfuit regimini an. 47.

VI. CHRISTOPHORVS RADZIVIL, Dux Birzarum, Palatinus Vlnensis, heros inclytus. 20. Nouemb. æt. 56. Vlnæ.

VII. IACOBVS MONAVIVS, patritius Vratislaviensis, Consiliarius Ioachimi Friderici. Ducis Ligio Bregensis, die 6. Octob. æt. 56. Vratislaviæ, Silesiorum metropoli.

VIII. PETRVS WESEMBECIVS, ICtus. Coburgi, m. Septemb.

IX. ANDREAS CÆSALPINVS, Archiater Clementis VIII. Papæ, celeberrimus Peripateticus. Romæ.

X. HERMANNVS WITTEKINDVS, Radensis VVestphalus, auditor Melanchthonis, Professor Mathematicum in Academia Heidelbergensi, die 7. Febr. æt. 81. Heidelbergæ.

XI. ÆGIDIVS HVNNIVS, VVinendanus VVirttembergicus, Theol. D. & Professor in Acad. VVittebergensi, calculi doloribus extinctus, die 4. Apr. ætat. 53. VVittebergæ.

1574

SIMON Comes Lippicensis repurgationem ecclesiarum ditionis suæ à reliquis fermenti Papistici molitur.

1604

Rex Angliæ Iesuitas, simulque omnes pontificiæ religionis ecclesiasticos, edicto pub. toto regno exire iubet.

Insula CASSAND: propugnaculum ISENDICK: vrbs ARDENBURGVM: & SCHLVSA in Flândria, à Maurio Nassouio occupantur. 20. August. St. N.

OSTENDA post obsidionem trium annorum, &

ferme trium mensium, ab Ambrosio Spinola de-
ditiōe capitur. 21. Septemb. St. N.

Rex Hispaniæ & Rex Angliæ pacem, ad Commer-
cū mutui libertatem spectantem, inter se fa-
ciunt.

P **E** **S** **T** **A** in Hungaria à prædicatoriis Christianis mi-
litibus vano metu percussis deserta, in Turca-
rum potestatem redit.

Comes Aluertiæ in Gallia, in infidelitate & in Re-
gem conspiratione perseverans, iussu Regis capi-
tur, & Lutetiam deducitur, ubi ad perpetuos
carceres relegatur, & arci quam Bastille vocant,
prope armamentarium, includitur.

I **O** **H** **A** **N** **N** **S**, Iohannis senioris filius, Comes Pa-
latinus Rheni Bipontinus, nunc temporis Ele-
ctoralis Palatinus Administrator ac Tutor,
matrimonio sibi iunxit **C** **A** **T** **H** **A** **R** **I** **N** **A** **M**,
Henrici Ducis Rotomagensis & Lugdunensis
filiam, nuptus in Gallis celebratis, m. Au-
gusto.

O **b** **i** **e** **r** **u** **n** **t** :

I. **C** **A** **T** **H** **A** **R** **I** **N** **A** Ducissa de Barri, Regis Gal-
liæ soror, Nanceii, 13. Febr. St. N. ob cuius mor-
tem tota aula regia in luctu erat, simulq; omnes
Legati exterorum Principum qui aderant, inter
quos Papæ nuncius, quid tali in casu agendum
primo dubitabat, existimans, nequaquam lu-
gendam hæreticam, sedis Apostolicæ inimicam:
tandem tamen & ipse veste lugubri coram Rege
compauiit, quem in hæc verba est allocutus :
*Serenissime Rex, quotquot me norunt mirabuntur
quod ago, sed maiores causas habeo luctus quam reli-
qui, quia illi omnes lugent iacturam corporis, Papa
vero Dominus meus, & ego, interitum anime.* Re-
spondit Rex: *se non dubitare de sororis suæ anima sa-
lute.*

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



1574 XVII. MELCHIOR IVNIUS, Rector Acad. Argentinenſis. 26. Jan. æt. 59. 1604

1575 STEPHANVS BOTZKAIVS Hungarus, Iohannis Jacobi Barbiani Belgioſæ Comitum tyrannide compulſus, à Cæſare deſicit: patriæ libertatem religionis reſtituit: hoſtes feliciter vincit: aurea corona VLADISLAI olim Hungariæ Regis à Turcarum Sultano donatur. 1605

BRUNSVIGA, aduerſus HENRICVM IULIVM Ducem Brunſuicenſem, ex opinato eam 16. Octobr. inuadentem, fortiter à ciuibus deſenſa.

PADIBORNAM occupat Epiſcopus Theodoricus Fürſtenbergius: & Liborium Vichardum Conſulem poſt varios cruciatus vinum in quatuor partes diſſecari iubet.

SPINOLA Lingam & Oldenſelium: Comes Bulquouis V Vachtenduneum & Cracouiam occupat.

DAMBTRIVS quidam, Theodori Moſcorum Ducis, vt præ ſe tulit, frater, inaugurat in regno Moſconico: Sponſam è Polonia petit: in ipſis gaudiis nuptialibus interficitur. SVSKIVS 20. Mai nouus Dux eligitur.

MARPURGI in Haſſia 16. Aug. rituum quorundam aliarumque rerum in ſacris mutatio magnum excitauit tumultum, qui Principis MARICII prouida cura ſtatim fuit ſopitus.

Theologi Electoralis Palatinatus Eccleſias Evangelicas in Germania edito ſcripto hortantur, vt fraternitatem mutuo alant, ſtantibus & manentibus locis controuerſis, quod pie fieri poſſe, multis demonſtrant.

Rex Galliarum HENRICVS IV. Ieſuitas ante decennium à ſe eiectos certis conditionibus reſtituit, pyramide, in eorum ignominiam ante erecta, Lutetia deſecta.

5575

Coniunctio THOMÆ PIRCI, nobilis Angli, in
necē Regis IACOBI I. Reginae, libertorum, & Par-
lamenti, deregitur 15. Nouemb.

1603

Strigonium 24. Septemb. à Turcis recuperatum. S I-
GISMUNDVS III. Sueciae & Poloniae Rex nu-
ptias secundas celebravit cum C O N S T A N T I A
CAROLI Archiducis Austriae filia, die 11. Decem.
Craconiae.

PILIPPVS DOMINICVS VICTOR Philippi
III. Hispaniarum Regis filius nascitur, & 29. Maii
Valladolei à Cardinali Toletano salutari lau-
cro immergitur.

Obierunt.

I. CLEMENS VIII. Pontifex Romanus Kalend.
Martii Romae. Sedit an. 13. In huius locum ele-
ctus est die 1. Aprilis. ALEXANDER Cardinalis
Florentinus, Octavianus filius, ex familia Medi-
caea. Obiit, postquam sedisset dies 26. & aliquot
horas. Appellatus est LEO XI. Successit die 29.
Maii Cardinalis Borghesius ex familia Senesium
originatus, anno aetatis 53. assumpto P A V L O V. no-
mine.

II. LVDOVICVS à S A Y N, Comes VVittgen-
steinus 2. Iulii. aetatis 75.

III. THEODORICVS TRIVVETIVS, Co-
mes ex Insubria, vir magnae virtutis & experien-
tiae, in conflictu Milhemico ad Ruram. m. Octo-
bri.

IV. IOHAN. LVDOVICVS Comes Nassoni-
us, ultimus in familia Idstenia, 9. Iunii. aetatis an-
no 9.

V. IOHANNES ZAMOISCIVS, magnus Re-
gu Poloniae Cancellarius, 3. Iunii. St. N. apople-
xia extinctus, dum inter occupationes medita-
bundus in sellam Confederat. Zamoisca. aetatis
63. Reliquit filium vnicum THOMAM Zamo-
iscium.

1575

VI. SEBASTIANVS HOFMANNVS in Hennerf-
dorff & Soravv, vir nobilis, & reipub. Gorlicensis
Consul, morbo epidemio. 4. Maii. St. N. ætat. 53.
Gorlici Lusatorum.

1601

VII. THEODORVS BEZA, Vezelius nobilis, Theo-
logus Geneuensis, die 13. Octob. ætat. 87. Gene-
uz Allobrogum.

1576

HUNGARI, Transylvani, V Valachiz & Moldauiz
Reguli, Stephanum Borzcaiim principem agno-
cunt, & in eius verba iurant.

1609

VENETI, quod legem, quam anno 1337. 21. Maii in
maiori Concilio tulerant, (*ne quis inconsultis Pa-
tribus, cuiuscunq; ordinis existat, Venetiis nona mona-
stera, Xenodochia, templa erigat, vel quævis alia sacella,
quo hominibus pateat consensus.*) anno 1603. 10. Ia-
nuar. ad omnes prouincias & ciuitates dittonis
suz extendissent: hoc anno à Paulo V. Papa ex-
communicantur: qui causam suã aduersus Pon-
tificem publicis scriptis editis masculè defen-
dunt.

IACOBVS Rex magnæ Britanniz Conformat ec-
clesias Scotiz cum Anglicanis, præficiendo his E-
piscopos: contra intentibus plerisq; Scotorum
Theologis, quorum alii cum Iohanne Forbosio
in exilium missi, alii aliter mulctati sunt. Andreas
Melvius eruditissimus Scotorum in arce Lon-
dinensi diu detentus fuit.

Pax inter Imperatores, RVDOLPHVM & Turcam, in
annos 20. sancitur, 14. Septemb. propè Gomor-
ram in Hungaria.

AMBROSIVS Spinola Reinbercam, Grollam, Lo-
chenum, occupat: MAVRTIVS Nassouius Hol-
diam aduersus Spinolæ impressiones fortiter &
prudenter defendit.

SCHLVSA per insidias tentatur, magno cum Hi-
spanorum damno,

Purchase full membership to immediately unlock this page

DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'
Full Membership gives
access to 797,885 ancient
and modern, fiction and
non-fiction books.

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



Anhaltinus, 18. Maii, ætatis 63. annum ingressus. Seruēstæ.

X. LAURENTIVS RHODOMANNVS. C.S.E. VVrtebergæ 10. Ian.

XI. NICOLAVS TAURELLVS, Philosophus Altorphanus.

Archidux ALBERTVS Ordinib. Belgii confœderatis iudicias octo mensium offert, intra quos cum his de pace sit acturus, tanquam cum libera republica.

DONAVERDA Civitas Imperialis in Suecia, à RVDO LPHO II. Imperatore Rom. proscrip̃ta, à copis MAXIMILIANI Bavaricę Ducis m. Decembris occupatur.

Academia GIESSENA in Hassia à LYDOVICO Hassiæ Landgraviõ aperitur. 7. Octob.

ERNESTVS Nassoniõs nuptias celebrat cum Ducis Brunsvicensis filia.

Biblia sacra in Italicam linguam eleganter versa prodeunt, auctore IOHANNES DIODATO. Nati sunt.

I. CAROLVS, Philippi III. Regis Hispaniarum filius: 14 Septemb.

II. N. SIEISMUNDI III. Poloniæ Regis filius secundogenitus. 26. decemb.

Obierunt:

I. CAROLVS, Caroli Lotharingi Ducis filius, Cardinalis Metensis & Episcopus Argentinen- sis. 24. Nouembr. Ei in episcopatu successit LEOPOLDVS Archidux Austriæ, Episcopus Passa- uien- sis.

II. CATHARINA, Johannis iunioris Comitis Palat. Rhen. Bipontini coniux. 10. Maii Bi- ponti.

III. VIRICVS DVNIYS, Comes Brochen- sis, ad Tremoniam ab Hispanis interfectus, cum improvide itineri cum paucis se dedisset.

IV. CAESAR BARONIVS Cardinalis, Apparitorum Ecclesiasticorum conditor. Romae. ultim. Junii. 1607

V. IOHAN. RAINOLDVS, clarissimus Anglorum Theologus. C.S.E. Oxoniae.

VI. IOH. VVILHELMVS Struckius, Theologus Helueticus. 3 Sept. aetate 65. Tiguri.

VII. GEORGIUS MYLIUS Augustanus, Theologus VVittebergenfis. 28. Maii, aetate 59. VVittebergae.

VIII. OTHO CASMANNVS, C.S.E. extinctus peste, Stadæ Saxonum. Cal. August. aetate 45.

IX. MARTINVS CRVSIVS, graecæ linguae in Academiâ Tubingensi professor. aetate 81. Tubingae tempore verno.

X. IUSTVS REVERVS ICrus, & Electoralis Palatinatus Cancellarius. C.S.E. Odenhemum in Palatinatu. 17. Junii. aetate 65.

XI. ANDREAS PLANERVS, Medicus Tubingensis. C.S.E.

XII. ERHARDVS CELLIVS, Professor poeseos & historiarum Tubingae.

XIII. LVCAS TRELCATIÛS, Professor Theologus. Leidæ. 12. Sept. aetate 34.

XIV. MATTHÆVS DRESSERVS, Professor Lipsiensis. C.S.E. senex. Lipsiæ. 5. Octob.

XV. PAVLVS MERVLA, Historicus Leidensis. Rostochii. aetate 49.

XVI. HIRONYMVS TREVTLERVS, Silesius, ICrus. C.S.E. Budissinæ Lusatorum.

578 **Comita Imperii Ratisbonæ: praeside FERDINANDO** 1608
Archiduce Austriae, cum pax religionis confirmanda ante omnia peteretur : rebus infectis dissoluta sunt.

MATTHIAS Archidux Austriae, qui paulò ante Poloni, cum ordinibus Hungariae & vtriusque Archi

Archiducatus Austriae, pro tuenda Viennensi pacificatione, fedus icerat, subita versus Bohemiam suscepta expeditione, cum exercitu 20000. equitum pedumque Znamum vsque in Moraviam progreditur, & deinde in ipsa Bohemia pedè ad urbem regiam castra ponit: Cæsar Hungaria & Austria ipsi cessit: regni Hungarici corona in aperto Campo ei tradita. tributus eidem titulus **DESIGNATI** Regis Bohemiarum, assensu Ordinum, 27. Junii.

MATTHIAS Archidux Austriae Posonii Rex Hungariae publicè declaratur, 14. Novemb. Coronatur ibidem 19. Nou.

In Belgio totus hic annus Consultationibus super inducitis impensus est.

In Gallia, mense Novembri, **BARTHOLOMÆVS BVRGESSIVS**, quod se **PAULI V.** Pontificis Roman. filium Constantè profiteretur, iussu Papæ Lutetiae in crucem actus, deinde flammis fuit consumptus.

In Heluetia **MARTINUS BEVSSON** Gallus, civis Basiliensis, cum in itinere Lucernensi libellus contra Mariæ invocationem ad socios disseverisset, Zurzeæ ad Magistratum eo nomine delatus, statimque capite truncatus est mens. Octobris.

ERNESTVS, Christiani filius, Princeps Anhaltinus nascitur Amberbgæ tempore verno.

Obierunt:

I. **IOACHIMVS FRIDERICVS**, Elector Brandenburgicus, apoplexia extinctus, 18. Iulii. Sc. V. ætat. 63.

II. **FRIDERICVS** Dux VVirtembergicus: repentina morte. 29. Ian. Stutgardiae.

III. **CAROLVS** Dux Lotharingiae. m. Maio.

IV. **MARIA** Bauara, Caroli Archiducis Austriae vxor. in Carinthia. m. April.

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



- 1579 **II STEPHANVS ILESNAZA**, Palatinus Hungariz, Comes Trenschiensis, patris libertatis vindex. 1609
- III. IOSEPHVS IVSTVS SCALIGER**, Iulii Cæsaris filius, 12. Cal. Febr. hor. 4. matur. ætatis 68. Lugduni Batavorum: Cum vberioribus lacrymis deplorasset nimiam viuacitatem suam, quod ad ea vsque tempora durasset, quibus in dubium vocaretur meritum & satisfactio Seruatoris nostri Iesu Christi, quem se propediem visurum esse confidebat, sedentem ad dextram Patris Omnipotentis. *Baudus erat funebri.*
- IV. CAROLVS CLVSIVS** Atrebas, Botanicus excellens, 4. Aprilis Lugduni Batavorum: Cum 84. annum ingressus esset, & cœlebs semper vixisset.
- V. IACOBVS ARMINIVS**, Theologus Leidenfis, ætatis, 49. m. Octobris, Lugduni Batavorum.
- VI. M. ANTONIVS DELRIO**, Ictus Hispanus, Iesuita, Consiliarius Regius in Cancellaria Brabantiz.
- VII. NICOLAVS SERARIVS** Iesuita, Cal. Iulii Mogantiz.
- VIII. OSVALDVS CROLLIVS**, eximius Chymicus Medicus Imperat. Præge.
- IX. BARTHOMÆVS KECKERMANNVS**, Philosophus Dantiscanus. in patria. æt. 37.
- X.** Circa hunc aut præcedentem annum, in Gallia **IOSEPHVS QUERCETANVS**, **IOHAN. RIOLANVS**, **ANDREAS LAURENTIVS**, clari Medici: in Italia vero **FRANCISEVS PICOLHOMINEVS**, mortui scribuntur.
- 1580 **VNI** o præcipuorum Principum & statuum Evangelicorum Hatz Sacuorum sub initium anni firmatur. 1610
- In eodem conuentu inclytus Hæros **CHRISTIANVS**

5580

N V S Princeps Anhaltinus belli Iuliacensis Imperator creatur.

1510

H E R B I P O L I ex parte Pontificiorum ab Ecclesiasticis & politicis personis quam plurimis cōuentus celebratur.

F i n i t o conuentu Halensi & Herbipolensi passim exercitus conscribitur in Germania & extra Germaniam, partim pro Brandenburgico & Neoburgico, partim pro Leopoldo Archiduce.

I n Austria religionis exercitium quarto etiam seu plebeio statui à Rege **M** A T T H I A permittitur mense Martio.

P R A G A conueniunt Electores, Moguntinus, Coloniensis, Saxo: Princeps item Brunsvicensis, & Ludonicus ac Philippus Landgravi; itemque Maximilianus & Ferdinandus Archiduces Austriae: reconciliaturi **M** A T T H I A M Regem Imperatori, & motus Iuliacenses comperturi.

C i r c a initium Maii **C** H R I S T I A N V S Princeps Anhaltinus, à Rege Galliae secundum iam in Hollandiam adueniens, cum Dusseldorpium inde profecturus esset, incredibili celeritate, vna cum Henrico Friderico Nassouio, Leopoldi Archiducis copias ad Mosam oppressit: victorque à Marcoduranis primum, deinde à Principibus Dusseldorpi honorifice exceptus.

B e l l u m Alsaticum ardet: in quo Dachsteinum, Mottiga & Moltzhemium occupantur à Principibus vnicis.

C H R I S T I A N V S II. Elector Saxoniae certis conditionibus feudum Ducatus Iuliacensis pro se & tota domo Saxonica accipit ab Imperatore 7. Iul. Pragae.

I V L I A C V M à CHRISTIANO Principe Anhal-

tino & MAVRITIO Comite Nassouio sub
finem Iulii St. N. obsessum, vltim. Augusti dedi-
tionis consilia inq̄. Memorabilis fuit hęc ob-
sidio, non solum Copiarum splendore, & acto-
rum cuniculorum artificio: sed & quod toto il-
lius tempore obsidētes nulla vel cœli iniuria, vel
morborum violentia, vel victus penuria, vel ani-
morum (quamuis diuersę gentes, Galli, Angli,
Scoti, Belgę, Germani, sub vno Imperatore
CHRISTIANO Principe Anhaltino militarent)
distractio afflixit: quodque ipsos Principes glo-
riofissimos, duo belli fulmina, CHRISTIANVM
Anhaltinum & MAVRITIVM Nassouium, nulla
incendit æmulatio, neutro alterius gloriam in sui
imminutionem accipiente.

REX magnę Britannię, accepto de Gallię Regis de
facie interfecti nuncio, Iesuitas & sacrificulos o-
mnes ex Regno suo proscribit.

LVDOVICVS, Henrici IV Galliarum Regis filius,
anno 9. ætat. Rex Gallię declaratur, summa re-
gni procuratione ad MARIAM Reginam viduam
delata.

IOHANNES Comes Palatinus Rheni, Dux Bana-
rię, mortuo FRIDERICO IV. Electore Palatino,
vi testamenti à Frider. Electore conditi admini-
strationem Electoratus Palatini adit: Neobur-
gico auream bullam frustra testamentarię con-
stitutioni opponente.

DVIBVREGI Cluorum in Septemb Celebratur sy-
nodus ecclesiarum reformatarum in ducatu lu-
liacensi, Cluensi, Bergensi.

LVTETIÆ 26 Nouembris Parliamentum da-
mnat librum ROBERTI BELLARMINI de po-
testate summi Pontificis in temporalibus.

Hoc anno plurima à Pontificis scripta in Gallis sunt
edita, quibus Iesuitę cœdis regię rei peraguntur,
digni-

Purchase full membership to immediately unlock this page

DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'
Full Membership gives
access to 797,885 ancient
and modern, fiction and
non-fiction books.

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



1580 **1610**
 apud Basilienses pastor, & ibid. Organi in Acade.
 Professor 19. Octob.

**XIV. LEONHARDVS CONSTANS, Ecclesie
 Gallicæ apud Basilienses Pastor. 8. Nouembr. a-
 tat. 71.**

**XV. IOH. GEORG. LEO Ph. & Med. D. & Phy-
 sices in Acad. Basiliensi Professor.**

**XVI. PETRVS DENAISIVS I.C. Camere Im-
 perialis Spiræ Adlector C.S.E. Heidelbergæ tat.
 an. 59 m. 5.**

1581 **1611**
 Exercitus in Episcopatu Passauiensi anno superio-
 re in gratiam LEOPOLDI Austriaci (veneretur)
 collectus, prid. Non. Febr. in ipsis Baccha-
 nalibus, conuente Cæsare, impressione subi-
 ta & cruenta urbem minorem Pragensem, Du-
 ce Philippo Ramæo Belga occupat. Contra Ordi-
 nes regni veterem urbem firmo præsidio mununt,
 vim hostilem acriter repellunt, tandemque Pal-
 sauienses minori Praga excedere cogunt. Cum-
 que in his turbis omnia ipsis suspecta essent,
 MATTHIAM Hungariæ Regem in auxilium
 aduocant, eundemq; declaratum Bohemiarum Re-
 gem, viuentem, adhuc & publicæ tranquillitatis cau-
 sa assensum præbente Augusto Rege RVDOL-
 PHO, solenni Coronatione inaugurant. 3 Idus
 Maii.

Pacificatio domus Saxonicæ & Brandenburgicæ in
 causa successionis Iuliacensis Inttreboci facta,
 18. Martii,

MATTHIAS Rex Hungariæ & Bohemiarum literas
 Maiestaticas, Bohemis & Silesiis ab Imperatore
 RVDOLPHO datas, confirmat,

VI huius confirmationis Vratislaviæ 24. Oct. St. N.
 in consilio Principum & statum Augustanæ cõ-
 fessionis cuius urbis Nissenis (quæ Episcopi
 Sedes est) permissum, vt ministros Evangelicos
 vocent, & sacro cultui in priuatis ædibus vacent,

vsque

5581

vsque dum templum in suburbio edificetur :
promissa etiam defensio adversus Episcopum, si
quid contra molatur.

SALMVRI in Gallia conventus reformatarum
ecclesiarum celebratur.

ROTEMBVRG ad Tubanum Principes vni con-
gregantur, m. Augusto. Mittit eo legatos suos
Cæsar.

IOHANNES Com. Palatinus Rheni, Administra-
tor Electoralis Palatinatus, confirmatur ab Im-
peratore in Possessorio, dum aliter vel lege vel
transactione res componatur 30. Iulii. St. N.
Pragæ.

NORINBERGÆ Electores Imperii m. Octobri
de salute Imperii consultant, missisque Legatis
Pragam, Cæsarem officii commonefaciunt.

VILNÆ in Lithuania, Iesuita **SCAR** G A classicum
canente, 2. Iulii St. N. Pontificii eorum Prote-
stantium inuadunt, Cronouicium Theologiæ
Doctorem ex ædificio templi loco præcipitem
agunt, in quo præcipituo ille & crus fregit, & to-
tum corpus misere labefactavit. Rectorem
Scholæ & alios verbi ministros ita tractant, vt
semivivi è cotu efferrentur.

SIGISMVNDVS Rex Polonæ Smolensko occu-
pat Vilnam ingreditur victor 4. Iul. Se.

Bellum Danicum & Suecicum in 1657. o Cal-
maria Dano prodita.

ANDREAS MELVINVS Scotus ad p. oneda
Ducis Bullionæ liberatur è custodia Londinen-
si, & fit Professor Theologiæ Sedani.

AQVENSES, perturbati persecutionum Papistica-
rum, mense Iulio Iesuitarum Collegium inua-
dunt. claves vrbis ad se recipiunt: eligunt ex ciui-
bus qui vices Magistratus tantisper subeant,
dum aliter Reipub. prospiciatur.

COLONIA Reformati duntaxat tractantur; multi

5531

vrbe eliciuntur : pecunia plurimi mulctantur.

SIGISMUNDVS Rex Poloniae Ioh Sigismundo Electori Brandenburgico, & Ioh. Georgio, Ernesto, & Christiano V Vilhelmo fratribus, eorundemque posteris masculis ius fendi Ducatus Borussiae solenniter confert: Electore ipso suo nomine, fratrum vero ipsius nomine, Abrahamo Burggraui & Barone à Dhona, iuramentum fidelitatis Regi praestantibus, V Varisaviae 17. Nou.

PHILIPPVS MORNAVVS, Plessiaci Marliani Dominus egregium aedit librum, quem inscripsit *Mysterium iniquitatis, siue Papatus historia: qui adeo pupugit Pontificios: vt à Sarbona hoc ipso anno Parisiis fuerit damnatus.*

Mense Decembri in Parlamento Parisiensi pessime habiti Iesuitae, ab vniuersitatis Aduocato Martillerio, & Regio, Seruino ignorantia, improbitas, impietas eorum patefacta, miracula exhibitata: probatum, eorum doctrina & hortatu & impulsu bella excitata, caecos Reges. Cumque se recipi in corpus Vniuersitatis peterent se idem docturos quod Sorbona docet: Senatus causa ad consilium reiecta, pronunciauit, intra praescriptum tempus scripto subsignato declararent, quae hodie ostiterentur, se doctrinam Sorbonae

supra Papam esse.

temporalibus potestatem nullam esse.

vere ei Reges nostros excommunicare.

sacramento subditos soltere.

Clericos crimen laesae maiestatis incurrere.

Quae in confessione ad Rempub. spectantia cognoscuntur, omnino deferenda esse.

Abstinerent interim ab omni actu scholaritatis publice & priuati.

Adfuit actio Condæus, & Episcopi Belluacensis & Laudanensis, pares Regni,

Nati

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



RUDOLPHVS II. Imperator moritur Praga 10. Ianuarii, S. V. ætatis anno 59. m. 5 d. 23. 1611

ERNESTVS Archiepiscopus Coloniensis, Dux Bavariz, obiit 7. Februarii, æt. 58.

HIPPOLYTVS à Colibus Electoratus Palatini Consiliarius, moritur Heidelbergæ, 2. Februarii S. V. ætatis 51.

I N I S.

INDEX



INDEX RERVM

ET NOMINVM ME-

MORABILIVM: QVORVM

in hoc libro fit mentio.

A.

A ARON nascitur, 8 mori-	Abrah Bucholcerus nasc.	527
tur, 10	mor	686
Aaron Mold Regulus	Abrahamus Ortelius nasc.	522
deficit a Turcis, 736	mor	790
capitur, 737	Abrah. Colbingerus nasc	576
Abacuc floret, 84	Abrahamus Vlicus mor	660
Abas Minses fit Rex Persarum	Absolon occidit fratrem Ammon,	
722 vincit Tataros, 722	is miserē pent, ibid.	
Abdelmelecus inter preliandum	ademque Altorfianæ initium,	
apoplexia extinguitur, 697	Ac 651 670. Aurelianæ, 369 Ba-	
Abdias Propheta claret, 22, 25	siliensis, 426 Bononiensis, 234	
Abdias Godescalcus Prætorius	Coloniensis, 379. Cracouien-	
nasc. 512 mor 647	sis, 384 Dillingensis, 650 Qua-	
Abdon Iudex Israel, 11	centis, 652 Erphordiensis 380	
Abedines vincitur ab Hunniade	Ferrariensis, 378 Francofor-	
401	dianæ, 466 Grypsvaldensis,	
Abenragel pater Hali, 209	422 Heidelbergensis, 373 379.	
Abessau Iudex Israel, 11	Helmstadiensis, 654. Ihenen-	
Abia Rex Iuda, 17	sis, 574 Ingolstadiensis, 433.	
Abilius Episcop Alexandr. 156	Lipsensis, 384 Louaniensis,	
Abimelech Iude- Israel, 11	392 Lugdunensis, 651 Mar-	
Abornitorum Rex fit Christia-	purgensis, 519 Parisiensis,	
rus, 303	296 531. Pisane 372. Pra-	
Abraham nascitur, 4 vocatur ex	gensis, 375 Regiomontane,	
Vt 5. iubetur immolare filiū,	561 Rostochiensis, 389. Tubin-	
ibid mor 6	gensis, 437 Viennensis, 353	
Abrahamus Burggravius à Do-	VVircbergensis, 461 quæ dis-	
na nasc. 614	sipatur, 565 restituitur, 569	
Abrah a Granberg mor 668	Accursius floret, 351 mor. 301	
Abrah Sculterus Theol. nasc 627	Acerræ incensæ & direptæ, 66	
Abrah. Ienckvitz nasc. 791	Achab Rex Israel, 18 vincit Ben-	
	Hadad	

hadad, 19. occupat vineā Na-	Isirinum, 790. alias mules
both, 1b. occiditur in praelio,	arces, 739
1b eius domus deletur, 20	Adolph Clarēbach exuritur, 528
Achas Rex Iuda 23	Adolphus Merckerus mor. 724
Achillas obrūcat Pompeiū, 104	Adolphus Occo nasc. 512
Achmetes Bassa Hydruntum ca-	Adrianus fit Imp 161. iubet parci
pit, 439. Temesvarum & alia	Christianis, 162. vult Christo
castella, 68; frustra obsidet A-	extruere templum, 1bid. atcet
gniam, 1b. profigatur a Trans-	Iudzos ab ingressu Hieroso-
sylvanis, 782. 790. à fratre oc-	lymæ, 164. mor. 164
cisus, 473	Adrianus PP. muscam degluc.
Acholus baptizat Theodosium	337 337
Imp. 220	Adrianus fit Cardinalis, 480.
Actius floret, 71	PP. 500 mor. 507
Adæ ætas, 1. mor 2	Adrianus Cardinalis euadit ve-
Adagia Erasmi primū edita, 479	nenum, 463. omib. dignitati-
prohibentur 590	bus priuatur, 484
Adalber à Prutenis occisus, 309	Adrianus Albinus nasc. 478 mo-
Adamus Venceslaus Dux Te-	ritur, 718
schinens nasc. 648	Adrianus Turnebus mor. 625
Adam9 de Noua domo mor. 748	Ædiles Curules primi Romæ
Adamus Bodenstenius mor. 660	creati, 47
Adamus Curæus mor. 628	Ægialeus primus Rex Sicyonio-
Adelphi Terentii acta, 75	rum, 3
Adenum occupatur, 551	Æg dius de Fuscaris mor. 362
Adiaphoristicum bellum, 572	Ægidius Tschudus nasc. 465.
Adlei Tatar trucidatur, 694	mor. 644
Adolphus Comes de Nassau fit	Ægyptus capta ab Augusto, 119.
Imp 363 occiditur & diuini	à Cambyse, 31 à Selymo, 478
tus vindicatur, 303	Ægypti plage decem, 9
Adolphus Comes Nassouic nasc.	Ægyptiorum regnum destructū
363. cadit in praelio, 1b	49 119
Adolphus Comes Holsatiæ fit	Ælius Lampridius floret, 189
monachus, 358. se totum lacte	Ælius Spartianus floret, 189
perfundit, 1b mor 1b	Æmilius Paulus vincit Perseum,
Adolphus Comes Schaunēburg	& triumphat, 72. mor. 75.
fit Archiepisc. Colon. 569 603	Æmilius Porcius nasc. 580
mor. 596	Æneas in Italiam venit, 12. oc-
Adolphus Comes Morfensis oc-	ciditur in praelio. 1bid.
cupat Nouciū, 607. mor 614.	Æneas Sylvius Rex Latinorū, 12
Adolphus Dux Holsatiæ nasc.	Æneas Sylvius nasc. 385 floret,
520. mor. 694	393 fit PP. Pius II. dictus, 424.
Adolphus Baro Schwartzener	mor. 429
gius mirabiliter recuperat	Æqui amittunt, 41. oppida. 54
	Æsa

Purchase full membership to immediately unlock this page

DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'
Full Membership gives
access to 797,885 ancient
and modern, fiction and
non-fiction books.

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



I N D E X.

Albertus Marchio Brandebur.	Albinus clamores Iesu Ananiam
nasc 446 fit Archiepisc. Mo	spernit 151
gunt 478. Tezelium emittit,	Alboinus autor regni Longo-
480. 481 fit Cardinalis, 484	bardici 179
impetrat Protestantibus pa-	Albumasar Astronomus claret 299
cem 536 mor 564	Alcaicum expugnatur 479
Albertus Dux Bavarie nasc. 524	Alcari Sulcanus profligat Tur-
mor 665	cas, 443
Albertus Marchio Brandeb nasc.	Alcibiades autor rumpendi fed-
502. creatur primus Dux Prus-	eris, 41 in exilium eucitur,
sie, 516. mor 600.	42 occiditur 42
Albertus Hartenberg, & Jacob	Alcimus mor. 75
Probstus super artic de C D.	Aldenburgum occupatur, 667.
dissident, 596 mor. Albertus	abripuntur inde duo Prin-
Hartenberg, 611	cipes pueri, 417. habetur ibi
Albertus Marchio Brandeb. ca-	colloquium 674
pitur 567. obsidet Noriber-	Aldus Manuntius floret, 412. mor
gam 584 vincitur à Mauricio	804.
587 mor. 640	Alexander M. nasc. 48. interest
Albertus Fridericus Marchio	pugnæ agens an. 18. 50. fit Rex.
Brandeb nasc. 676	50. delet Thebas, ibid. ter fun-
Albertus Dux Prussie nasc. 446	dit copias Darii, 51. est conti-
fit Magister Ordinis 471	nens, ibid. capit Tyrum, ibid.
Albertus Fridericus Dux Prussie	ingreditur Hierosolymam, 1-
nasc 588 nuptias celebrat, 645	bid ponitur Monarchia, ibid.
mor. 633	Asiaticis delictis corrumpitur
Albertus Antistes Treurensis	51. Nieceam & Bucephalâ con-
consecrat p̄sules aliquot, 307	dit, ibid Babylone mor. 52.
Albertus Marchio Musonie capit	eius successores faciunt fed-
filium, 361	us, 53
Albertus à Lasco Iacobum He-	Alexander Rex Maced 46 inter-
raclidem in Moldaviam in-	ficitur, 46
troducitur, 614	Alexander Severus Imper. fauce
Albertus Kyralius vincit Turcas	Christianis 177. 178. fugientes
776 Lippam occupat 781	dignitates ornat dignitatibus
Albertus Liuoniensis Episcop	178 notariū deportat, 178 est
mor 352	comis, ibid. Vlpianum sua
Albertus Crantzius mor. 483	purpura regit, ibid. conuersa-
Albertus Durerus nasc. 433.	tur cum Athenæo, ibid. vna cū
mor 523	matre occiditur 579
Albertus Magnus nasc. 344	Alexander Rex Syrie nuptias ce-
Episcopatum propter studia	lebrat, 77 occiditur 78
resignat, 357 mor. 361.	Alexander Rex Iudæorum nasc.
Albertus Pigius mor. 560	81 fit Rex 85. mor. 91
	Alexan-

I N D E X.

Alexander filius Aristobuli secu-	pione	66
ri percussus	10	
Alexander Episc. Antioch.	199	
interest Synodo Nicenæ,	201	
mor., 201 precatur contra A-		
rium,	205	
Alexander PP. mor.	317	
Alexander VI. PP. 449. Sauro-		
rolam cremat,	496.	
celebrat octavum Iubilæum,	458	
veneno, quod alius parauerat,		
perit,	463	
Alexander Farnesius nuptias ce-		
lebrat,	623	
occupat Traiectū		
693 Bredam 690. Tornacum,		
701. Audenardum & Lyram,		
703 alia multa, 707. 708. 711.		
715 730. soluit obsidionē Lu-		
retianam,	750.	mor 728
Alexander Moldavia eucitur,		
650. restituitur,	660	
Alexand edit Grammaticā,	349	
Alexander Hegius præceptor E-		
rasmi,	431	
Alexand. Tartagnus floret,	426	
Alexander de Imola mor.	438	
Alexander Aleius Scotus venit		
VVirebergam,	539	mor. 624
Alexand. Monsignanus mor	612	
Alexander Schæncis vertit con-		
fess. August.	531	
Alexandra, Regina Iudæorū	92	
mor.	94	
Alexandria condita, sc. capta a		
Diocletiano,	189	
Algieræ vrbs à Turcis occupata,		
537		
Albigensium initium,	185	
Ali Bassa aliquot castella Vnga-		
riæ occupat,	584	590. frustra
obsidet Agriam,	584	Zigethū,
592 cæsus,	680	
Alladius Rex Latinorum,	21	
Allucius recipit sponsam à Scr-		
pione		702
Alostum occupatur		789
Aloysius Lippomanus mor.		380.
Alpenum occupatur,		424. eius apophtheg-
Alphonfus Imperium oblatum		mata,
resignat		ibid.
Alphonfus Rex Arragoniæ nasc.		357
380. mor. 424. eius apophtheg-		
mata,		468. Malacam
Alphonfus Albuquerqueus Ormu-		expugnat.
zum occupat		472.
Alphonfus Dux Ferrariæ mor		752
Alphonfus Daualus capitur,		751
Alphonfus Valdesius vertit Con-		
fess Aug. 530. mor		518
Alphonfi Epocha incipit,		356
Alphonfinæ tabulæ,		357
Aly Begus Albanix capitur		784
Amalfuenta Theohadarum fa-		
cit Regem, 176. ab eodem ob-		
truncatur,		ibid.
Amandus Polanus à Polans-		
dorff nasc		614
Amasias Rex Iuda occisus		21
Amasis Cambysen fallit		31
Ambianum agnoscit Navarraū		
pro Rege 770. occupatur,		750
Ambrosius sit Episcop		217
periculis obicitur,		221.
refutat		Symmachū,
221. arceat Theo-		221.
dosiū ab ingressu templi		222.
laudat Theodosium defun-		
ctum,		227
mor		ibid.
eius dictū		
ante mortem,		ibid.
Ambrosius suppeditat Origeni.		
sumptus,		179
Ambrosius Calepinus floret,		456
Ambrosius Catharinus mor.		586
Ambrosius Lobvasser mor.		696
Ambrosius Moibanus mor.		591
Amelia Moricensis nubit,		676
America inuenta,		454
huius in-		
colarum nates,		593
E e e		America

I N D E X.

Amersfortum Ordinibus Belg		Anatum & inferum mirabilis	
se iungit	691	pugna	736
Amilcar captus & occisus	54	Anaximander floret	28
Amilcar suscipit bellum Africa-		Anchises mor.	12
num, 61 mittitur in Hispaniã,		Ancus Martius Rex Roman.	25
62. mor	ibid.	mor.	26
Ammon Rex Iuda	24	Andes patria Virgili	93
Amon sororem raptas	14	Andragatus è nau se precipitat	222
Amram pater Moyfis	8	Andreas Rex Vngariæ, 313. fra-	
Amri Rex Israel mor.	18	trēm facit regni consortem,	
Amsterdamum se dedit	660	313. ab eo victus occiditur	316
Ambulius Rex Latinorum	22	Andreas Auerisbergius ductor	
Amurates capit Seston & Calli-		exercitus Cæsarei	768
polin, 375 Philippolin & Ha-		Andreas Barczus vi expugnat	
drianopolin, ib vincit Seruos		Smylam	781
ib. transfoditur	379	Andreas Doria occupat More-	
Amurates II. Turcarum Rex		am, 540. Africam, 672. mor.	615
391. occupat Theffalonicam,		Andreas Alciatus nasc. 449. mor.	680
394. Synderoniam, 397. soceri		Andreas Aurifaber mor.	604
filium oculis & pudendis pri-		Andreas Bodenstein Carolosta-	
mar, ib frustra obsidet Belgra-		dus Lutheri promotor, 472.	
dum, 399 ad Varnam vincit		disputat cū Becio, 486 tumult-	
Vladislaum, 404 mor	409	tuatur VVitebergæ, 494. è Lo-	
Amurates III nascitur, 574. au-		thero alienior, 500. notatur	
spicatur regnum à cæde fra-		voce Alphabeti, 502. Rorten-	
trum, 679 strangulat Cha-		burgi later, 514. mor.	561
rum Tatarorum, 708 ambix		Andreas Dudithius mor.	614
amicitiam Hispani, 718. mor		Andreas Ebertus petit confilium	
	742	à Luthero	545
Amyntas Rex Macedonum, 29.		Andreas Freyhubius mor.	729
43 45 mor	46	Andreas Gail mor.	704
Anabaptistæ trucidantur, 544.		Andreas Gerardus Hyperius nasc.	
546. eorum scripta publican-		471 mor.	621
tur	521	Andreas Grunthlerus habet cõ-	
anagis quadriennis Romę	46	iugem doctam	639
Anacreon Lyricus floret	28	Andreas Heugel fit Cancellarius	
Anastafius Imp. studiose frequẽ-		787	
rat templum, 162. fallit fidem,		Andreas Ierinus fit Episc. Ven-	
164 Flavianum pellit in exi-		tisl. 722. mor.	745
lium, 165 insolenter respon-		Andreas Iociscus mor.	636
det Hormisdæ, ib. fulmine ex-			
tingitur	166		
Anastafius fit Imp. 290. fit Mo-			
nachus	ib.		

Andre-

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



I N D E X.

65. propè accedit ad urbem Romam, 65. magnificè sepelitur Marcellum, 66. mortuus discendit in Africam, 67. vincitur à Scipione, 68. veneno perit, 69.	perit. 74
Anni Seleucidarum 54	Antiochus Eupator occiditur, 74
Annus Sabbatarus 10	Antiochus Sedetes cum Simone fœdus facit, 79. Hierosolyma obsidet 80
Annus vnde rectè inchoandus, 374 emendatur à Iulio, 108. ab Augusto 124	Antiochus Gryphus 81
Annus, in quo Christus natus, etis habet memorabilia 129	Antiochus Cyzicenus 83
Ansgarius Archiepisc. Hamburg. mor. 300	Antipater vincit Athenienses, 52 mor. ib.
